UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Practica Octaviani Vestrii I. C. Foro Corneliensis

Vestri, Ottaviano

Coloniae Agrippinae, 1597

VD16 V 940

urn:nbn:de:hbz:466:1-63002

Visual Library

M. 1.
26 Th. 482 B.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

PRACTICA

OCTAVIANI

VESTRII I. C. FORO CORNELIENSIS,

Soc. Jesu Paderborna.

IN ROMANAE AVLAE ACTIONEM ET IVDICIORVM MORES, introductionem continens.

HVIC POSTREMAE EDITIONI accesserunt analyticae Annotationes NICOLAI ANTONII GRAVATII *Briaticensis, I. C.*

IN QVIBVS PRAETER ALIA, CLXX. COMMVNES OPINIONES ad praxim pertinentes continentur.

Cum summarijs & Indice locupletissimo.



COLONIAE AGRIPPINAE,
Apud Henricum Falckenburg.
ANNO M. D. XCVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ILLVSTRISSIMO ET REVERENDISSIMO IOANNI GRIMANDO AQVILEIAE PATRIARchæ Amplissimo.

NICOLAVS ANTONIVS GRAVATIVS

S. P. D.

SVPERIORE anno cùm Venetijs agerem, IOANNES GRIMANE Pontifex dignissime, vbi hospes vrbem, lucem Orbis terrarum atque arcem omnium gentium, rerumque publicarum immensam magnitudinem, priuatarumq; etiam, non absq; admiratione perlustrassem, (qua re nihil mihi antiquius fuerat) satisque conspexissem, vulgare deinde otio detineri, à studijsque feriatum esse, indecens mecum ipse cogitaui. Quapropter quibusdam commodato acceptis libris, omnem meam curam atque operam ad consuetum iuris studiũ applicaui, sic vt amissi etiam temporis vsuram resarcirem. Et cũ inter cæteros, Octauiani Vestrij omnium concessu iurisconsulti eruditissimi libri, quorum inscriptio est: In actionem & iudiciorum mores εἰσαγωγὴ, hoc est, Introductio, in manus incidissent, eos peruol-

uere cœpi, quos doctè affabreque postquã compositos animaduerti, reguſtandos decreui, illiqueadeò placuêre, vt & ſi multos fatear in hoc ſcribendi genere ſcriptores vidiſſe, verùm qui eruditiſſimo Veſtrio cõparari poſſit (pace omnium dixerim) vidiſſe & legiſſe neminem. Is certè vnus mihi viſus eſt (vt quemadmodum ſentio, loquar) qui non ſingulos tantùm, ſed vniuerſos ſimul ordine, prudentia, iudicio, atque doctrina ſuperare videtur. Et inter legendum, cùm non paucas ad eos libros analyticas annotationes, & præſertim receptas communibus interpretum ſuffragijs opiniones ad centum ſeptuaginta, in iudicijſque vſu frequentiores contexuiſſem, (quas planè non alijs, ſed mihi vſui eſſe exiſtimabam) fato neſcio quo accidit, illas ad præſtantiſsimorum Franciſci Maſcolæ, & Ioannis Dominici Brigandi Siculi Iuriſconſultorum manus peruenisſe, omnium confeſsione nedũ in iuris ciuilis peritia, ſed in omni literarum genere eruditorum, qui eas cùm legiſſent, in communem omnium vtilitatem prælo committendas, & hortari & perſuadere, non deſtiterunt. Quod ipſe animo altius repetens, poſtquam ſenſi prudentibus acerrimiqúe iudicij viris id faciundum videri, tandem illas exhibendas eſſe foras conſtitui: ſicque ieci aleam fortaſſe fœliciter caſuram. Quæ res ſi mihi

(vt

(vt spero) iuuante Deo, ex animi sententia succedet, nostræ & aliæ lucubrationes in publicum prodibunt, hæque interea exploratoris officio fungantur, verùm si aliter eueniet, cum Epimenide illas obdormire, & tineas blattasque pascere, in arcaq; putrescere sinam. Cæterùm auguror fore plerosque, qui dicent me actum agere, & Athenas (vt adagio fertur) noctuas ferre. Sed certè si mihi disertissimus Vestrius ansam non præstitisset, manum huic tabulæ nunquam admouissem. Ipse enim ad suum Pellæum scribens, ait, dum ad patriam teneret iter, modicamque librorum haberet supellectilem, quos præ manibus habemus libellos conscripsisse; ac si diceret, incommoda fuisse in causa, ne multò plura exarasset. Sed quid hoc? nónne aperta res est, & natura ita comparatum, vt messor quantumuis diligens efficere non valeat, quin spicilegium relinquatur? Vnde nimirum, si superstites spicas collecturus accessi, ne pereant. Nec quisquam est, qui noua & nunquam dicta proferat, namque nullus scribendi locus in quouis scientiarum genere nostris à maioribus prætermissus est, nec quicquam intactum ad hoc vsque æuum perseuerat. Hinc scitè Terentius memoriæ prodidit: Nullum esse iam dictum, quod non dictum sit prius. Et quoniam sic plerique omnes ad maledicendũ

sunt proni, vt ne quidem diuinis scripturis parcant, ne oblatrent, obstrepant, blaterét calumniamque inferant: more introductũ est, Illustrissime & Reuerendissime GRIMANE, vt qui libros edunt, alicui Principi, vel præstantissimi ingenij viro illos nuncupent, vt eorum potentia & magnitudine ab inuidis munimen atque tutelam inueniant; quod quidem à me fieri precium operæ visum est, nedum vt labores nostri tutum fidumq; patrocinium habeant, sed quòd apud omnes auctoritatem etiam dũ optimo viro consecrantur acquirãt. Dum autem hæc mente voluerem, tu Princeps optime inter omnes primus occurristi, cui has nostras dicarem lucubratiunculas, & quasi primitias gustandas exhiberem: & iure quidem, nam cunctis tua virtus, gloria clari natales, glorioſaque stemmata satis explorata sunt atque eluceſcunt. Tu certè talem te iam inde à puero semper præbuisti, talisque tuæ innocentissimæ vitæ ratio fuit, vt verè possimus dubitare, an tibi dignitas, an potius tu dignitati plus ornamenti conferas. Tu ille inquam es, quem omnes vbique prædicant, hominem esse omnium honorum vsui natum, & si liuor atque insana fortuna frustra tamen oppugnare tentauerint, quos firmissimis conscientiæ præsidijs munitus, præclarè nedum contempsisti, sed contriuisti etiam & conculca-

cultasti. Enimuerò sic omnia feliciter his succedunt, qui sua consilia piè ac religiosè ad Deum referunt. Quamobrem ob incredibiles virtutes tuas extat admirabilis gloria tua, & frequens in sempiternum erit fama cum laude, vt de maioribus, etiam tuis clarissimis Heroibus supereſt, quorum gesta domi foriſque memorabilia & penè cęlestia vbique laudibus efferuntur, à quibus ob eorum fortitudinem, consilium, atque prudentiam, multarum regionum ac cessionem factam fuisse ad Venetum imperium, nemo nescius est; quorum nomina egregiaque facinora, ne historiam ordiri videar, & si prætermittenda existimauerim, non tamen ANTONII Clarissimi viri patris tui immortale nomen silentio inuoluere visum fuit, qui vno Senatorum omnium consensu ob eius prudentiã, quæ non vulgarem apud sapientes obtinebat locum, titulo Principis summæ Venetæ Reipublicæ auctus fuit atque insignitus; in qua gubernanda, dum huius lucis vsura frui permissum est, id solum semper spectauit, quod cõscientia proponebat, quodque iustitiæ ac rationi consentaneum videbatur atque congruum; & sic ille omnes Reipublicæ partes, (vt vno omnia claudam verbo) optimè tenuit, ac animum ad res præclaras adiecit, vt hominum beneuolentia, quam sibi adiunxerat, ita ad summum

uenit, vt nunquam discedere ex animo ciuium, illius singularis atque inuictissimi viri memoria possit. Ego quidem, GRIMANE vir clarissime, illius ac tuas laudarem virtutes, & latissimo in bene dicendi campo vagarer; sed animaduertens supra ingenioli mei vires munus esse, atque etiã quod tu ad omnem natus summum honorem, dignitatem & gloriam talis es, vt celebranda facere, quàm celebrari malis, eas tacitus omisi, & cæteris ingenio præclarissimis in laudes tuas encomia decantandi, panegyricosq; recitandi, hanc reliqui prouinciam, præsertim ne quis suspicari queat, me gratiam tuam aucupari voluisse. Hilari ergo animo has nostras suscipe vigilias, quas si tuo calculo comprobaueris, spes est cæteros doctos libenter tuo iudicio accessuros. Nec munusculum hoc spectes obsecro, sed promptum alacremque animum intuearis, hominis inquam, qui nullum ergate officium amantissimi prætermittet.

Vale, Patauij Quarto Kalendas Februarias, à Christo nato,

1564.

OCT. VESTRIVS IACOBO PELLAEO, S. P. D.

MORIS fuit apud veteres, mi Pellæe, vt qui iudicio vellet aduersus quemquã experiri certam actionis formulam, qua ageret, sibi à Pontificum collegio impetrare: eamq; adeò obseruare teneret, vt si contingeret eum cadere à syllaba, à causa quoque cadere intelligeretur. Hæc posteris intolerabilis sæuitia visa est, ideoque sublata formularum impetratione in laxiores iueramus habenas, in tot nouis iudiciorum legibus litigatores & iudices ad iustitiam ipsam in compedibus ex integro posuissemus: vt iam difficilè sit iudicio quemquam hodiè experiri, quin ex tot laqueis vnum aliquem incurrat, pedesque ac totam plerunque causam implicet atque inuoluat. Præbetque interim hæc occasiones tantam cauilli ansam, vt nihil aliud hæc fuisse videatur, quàm currenti equo (quod dici solet) calcaria addidisse. Nulla enim est hodiè maior defensio reorum, quàm vt veluti aucupes actores ipsos, modò ea, quam nullitatis, modò alia, quam attentatorum causas vocant, assiduè veluti quibusdam retibus captare & fallere studeant præsertim apud Romanæ Aulæ iudices, qui adeo timoratæ sunt conscientiæ & religionis, vt plerunque etiam, tametsi maximè de calumnia liqueat, vereantur tamen, ne si tergiuersationis & frustrationis causa excipientem reum minus æquis auribus auscultârint, Deum & iustitiam, atque adeò suam ipsorum religionem deserere ac prodere videantur, inualuitq; adeò communis hæc reorum & iudicum corruptela, vt vbique apud iudices, aut nullitatem, aut attentatorum duntaxat simplegadas audiamus: hinc ex litibus lites, hinc tanta actorum congeries, hinc scribarum diuundinationes, & diuitiæ malæ partæ; hinc noua hæc nostra dicendarum, vel potius ducendarum causarum ars inuidiæ tam obnoxia. Nam cùm apud veteres oratoris duntaxat ope

ra, qui causam suam apud iudices ageret, litigatores verentur, nunc apud nos in hac iudiciorum specie, duce potius, quàm oratore indigent, sed etsi hæc facilis est ars, in qua plerique etiam nulla literarum eruditione floruerunt, & florent, ea tamen apud nos Romanos vsque adeò tetrica atque inuia videtur esse, vt tyrones omnes hactenus quidem quasi per varia viarum pericula deuij & errantes, amnem (vt Plautus inquit) ad mare ducem sequuti fuerint. Fuitque tanta seniorum asperitas atque inhumanitas, vt methodum huiusce artis non solùm nunquam ediderint, verũ planè tanquam thesauris absconderint, atque ab iuniorum vsu remotum esse voluerint. Quo quidem factum est, vt cum proximo anno Romæ assiduè mecum esses, verecundè à me, vt soles omnia, non semel tantùm sed pluries efflagitasti, vt ego; qui Romæ aliquot iam annos in foro nemine Romanæ praxis (vt iam dixerim) πραξιάρχης duce versatus essem, viam à me exploratam, qua tu quoque contenderes, quanto maiore possem compendio tibi monstrarem, quò illam quasi recta facilius ingredi atque incedere certior posses, aliquod vero interim huiusce artis specimen & significationem agnoscerem. Quamobrem diu mecum contendi, vtrum difficilius, ac maius esse videretur, negare ne tibi sæpius hoc roganti, cui maiora debeo, an efficere quod rogares. Et quidem negare ei, quem vnicè diligerem, præsertim iusta petenti, durum admodum videbatur, suscipere verò tantam rem, quam nemo hactenus aggredi ausus esset, non nisi temerè posse videbar, mihi præsertim, qui non ex professo sed obiter ac quasi aliud agens huic rei operam dederim: cùm tamen nouissem te non sine magna causa precibus hoc à me tantoperè contendisse, futurumque, vt quicquid esset siue, id laudem, siue culpam mereretur, nostrum omnino id totum foret, neque vnquam è manibus exiret tuis, non potui tibi sæpius roganti diutius hoc debere, veritusque nedum Romæ tecum sum, vbi quàm sim occupatus, tu optimus es testis, num-

stis, numquam tantũ ocij nanciscerer, vt possem æs hoc alienum veluti repromissum dissoluere, vbi primùm abs te in patria proficiscens digressus sum, cum hisce æstiuis ferijs otiosus essem, neque opera mea aut Respu. aut amici vterentur, manum huic tabulæ admoui, cumque libros haberem paucos, memoria in ipsa profectione repetita, pleraque omnia conscripsi, tibique ex itinere statim misi, non spe quæstus, aut gloriæ, aut commodi (quemadmodum quidam solent) sed vt industria nostra tuæ morem geramus voluntati, qui quidem nobis amicorum charissimus & suauissimus es, & fuisti semper. Vale.

AD ROMANAE PRAXIS Tyrones Iacobus Pellaus.

ROGAVERAM sæpius Octau. Vestrium virum doctissimum ac iam diu vobis notum, quem ego sectari in Roman. praxi constitueram, quemque vnum mihi ex ingenti aliorum numero delegeram, nec seniores Praxiarchas, qui methodum huius artis non secus ac thesauros hactenus occultauerunt, vellet ipse, qui quidem ad graviora contenderet, imitari: quin potius quæ facilè suopte ingenio consequutus sit, eadem nobis tyronibus, ac mihi præsertim, qui eum iampridem colerem atque admirarer, monstrare ne grauaretur, quò faciliorem aliquando atque exploratiorem viam haberemus in tetrica hac arte, quæ mihi plerunque inextricabili cuidam labyrintho ab senioribus comparari visa est, vt interdum quidem etiam veritus fuerim, me huiusce artis desertorem aliquando factum iri. Ille verò, cui omnia cæteris difficilia, cœlesti quodam dono faciliora semper se præbuerunt, ingenium meum quandoq; deterritum sæpius ad vires suas reuocauit, ac mihi plane persuasit artis huiusce præcepta omnia viro alioqui erudito per se vltrò concurrere, ac sciens quanto maiore compendio quò vult pergat, qui recta via incedit, quàm qui amnē deuium (vt Plautus inquit) ad mare ducem sequatur, vbi proximis æstiuis mensibus, quibus propter nimios calores à foro abstinemus, ex Vrbe discessisset in patrium, noluit mihi eo in itinere otiosus esse, & quem hic videtis libellum, qualem sibi & temporis angustia, & memoriæ facilitas, nulla penè librorum copia ad me scripsit, atque ex ipso itinere statim misit. Quem ego cùm iterum atque iterum perlegissem, visus sum mihi rem iudicio quidem meo comperisse non vulgarem, nec vni tantùm mihi, verùm etiam ætatis nostræ ac posterioris quoque tyronibus omnibus vtilem & necessariā. Verebar tamen, ne, si illud ederem, autoris ipsius animum offende-

offenderem, qui si hæc, quæ mihi tam familiariter exhibuit, in lucem exitura cogitasset, vberiora profectò ornatioriaq; reddidisset. Quòd si ego mihi ipsi totam rem occuparem, verebar ne in vos, ac posteros denique huiusce artis candidatos committere & peccare viderer, quamobrem cùm longè grauius existimarem vniuersos, quàm vnum duntaxat quamuis mihi amicissimum, & de me benè meritum in re præsertim, quam ego quidem ad honorem eius pertinere arbitrarer, offendere, nō potui diutius hunc ipsum libellum apud me supprimere, quin in manus vestras veniret, ne quandoque viderer maximum illum ganeonem gnathonem Erexium æmulari, qui, cum afferrentur in mensam fercula lautiora, in ea despuere solebat, quò cæteris abstinentibus solus ipse his frueretur. Maluiq́ue hunc librum in omnium vsum exire, quàm mihi soli apud me prodesse, vtpote, qui bonum tantò melius esse, quantò communius est, non ignorem, neq; vos libelli vtilitatem ex eius paruitate expendetis, cognoscetis quippe parem magno, similemq́ue gemmis, quæ sub exiguo corpusculo precij amplitudinem ingentis celant. Legite igitur omnes, quotquot estis, ac viam, quam nobis omnibus strauit tantus vir suisq́ue calcatam vestigijs è salebrosa atque aspera, commodam leuemq́ue reddidit, ite, pergite, ac veterum inhumanitatem damnate, qui grauiter in hanc viam ingressi nobis iter nunquam monstrare voluerint, vt diutius oberraremus, ac secum nunquam nostri iuris, atq; omnium sem per incerti seneſce remus.

LIBER PRIMVS, DE SVMMO PONTIFICE, ET SACRO SENATV.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *CARDINALIVM numerus nostra ætate non est constitutus, & quando apud Pontificem hi conueniant, & num. 10.*

2 *Consistorium quare dicatur, & quid in eo tractetur.*

3 *Respub. regularium sodalitia, & Principes apud Pontificem suos habent oratores, & quid sit eorum munus.*

4 *Diplomata, vulgò bullæ, quomodo conficiantur.*

5 *Pontificia potestas breuibus describitur, & numero sequenti.*

7 *Cardinalium dignitas prima est apud Pontificem.*

8 *Cardinales æquiparantur Senatoribus.*

9 *Cardinales cur sic appellentur.*

AD REM quidem pertinet statum prius loci, & ipsius Rom. Cur. ac singula eius à capite membra describere. Auctoritas enim pontificia à suo stipite in tot membra dispartitur, vt soleant senescere curiales, antequam rem ipsam intelligant, tibi omnia vnica lectione liquebũt. Vides hic primùm Sacrosanctum & Apostolicũ Senatum, a cuius Pont. ipse

a

caput

caput est,(quem proinde maximum vocant) & Præfecti *b*. Cardinales membra sunt,quorũ certus * nostra ætate non est constitutus numerus, tametsi fortè legatur alias fuisse Apostolorũ exemplo *c*. duodenarium. Hi sancti patres aliàs bis in hebdomada apud Pont.conueniebant,nostra verò ætate decrescentib.negotijs semel tantùm, quorum conuentum vulgò consistorium, quod * ea die pro publicis negocijs simul consistant, appellamus. Apud sacrum hunc senatum electi ad episcopales,archiepiscopales, metropolitanas,patriarchales ecclesias præponuntur, instituunturq;, vbi ecclesia vacet, cuius electio ad Capitulum, Ciuitatem, Prouinciam, Regem, vel alios spectet,aliàs à Pont.sacroque hoc senatu eliguntur, ad quos munus hoc ex solita omnium Pont. reseruatione spectare dignoscitur, quæ reseruatio ad certa quoque monasteria extendi solet, quæ in libris Cameræ taxata reperiuntur,& in hoc sacro senatu idoneis personis conceduntur, vel commendantur; quare & eadem consistorialia vocamus monasteria, quòd consistorialiter de eis disponi consueuerit. Hic denique cuncta,quæ ad cultum, ad fidem,ad ipsam religionem,ad pacem Christiani gregis, ad conseruationem denique temporalis patrimonij Romanæ Ecclesiæ pertinent,tractantur. Intra sacrum hunc senatum(ceu vniuerso orbi supremum) vnaquæque * Prouincia, singulaq; regularium sodalitia ac Reges,omnes suos habent patres tutelares,quos protectores vocant, horũ munus est,electiones,& alias prouinciæ sibi addictę causas in sacro senatu proponere:solet aũt is,qui proponit,in electionib.oppositores,si qui

adsint

adsint, audire, ac de pluribus inquirere, quæ ad personam eligendam, vel instituendam, ad locum vacantis Ecclesiæ ipsamque Ecclesiam spectare, dignoscuntur, etiam per testes, (quam inquisitionem, vulgò processum vocamus,) quæ omnia scripturæ commendantur, ac in sacro senatu, prævia certa propositionis formula recensentur ab ipso proponente, ijs deniq; sacra senatus responsa expectantibus profert, etiam per apostolicam suam subscriptionem, & sigillo suis munitam, hanc expectantes Reuerendissimo Vicecancellario adferunt, qui aliam ædit suo nomine contra apocham, quæ de facto in ea narrato, vbique apud officialis expeditores fidem facit. Relatione* habita supplices curant diplomata relationi conformia, apud Abbreuiatores primum dictari dictata, apud scriptores conscribi, scriptas apud alios expeditores per Cancellariam, vel Cameram apostolicam, quandoque etiam extra ordinem per Secrerariam de quibus officijs suis dicemus locis, expediri, ac demum plumbo obsignari, estque hæc posterior expeditionis pars cum officialibus agenda, qua de re non conquerantur populi de summo nostræ ætatis Pontif. Fuit enim hic maiorum lapsus, si lapsum vocare licet, quê successores non nisi cum grauissima priuatorum vniuersi orbis iactura, qui istos prouêtus sua priuata pecunia compararunt, coercere non valent, nec facultates Ro. Ecclesiæ suppetunt, quæ restitutione priuatæ pecuniæ satis sint. Cæterùm,* hic nonnulla de summi Ponti. potestate ad te scripsissem, nisi extra fines nostri negocij visa mihi fuissent, in qua specie satis tibi scire pro nunc erit, Pon-

tificiam

ficiam potestatem crebriori omnium orthodoxorum sententia vniuersæ catholicæ ecclesiæ præesse, cui hodiè præest diuus Paulus eius nominis tertius, patria Romanus, gente Farnesia, vir etiã apud veteres incõparabilis prudentiæ, quem puto diuina certè prouidentia hisce temporibus nobis datum, quibus tot calamitatibus in dies Ro. Ecclesia affligitur, vt postquam Deorum ita paulisper conquieuerit, tot, vrgentibus malis occurrat.

ANNOTATIONES.

CVius Pontifex.] *Pontificem* * *Maximum Christianæ Reipub. caput esse, Orthodoxi omnes quotquot de religione scripsere, monumentis tradiderint. Cùm ipse vicem Dei gerat in terris cap. 2. de transl. episc. Et Petri successor existat. Cui quanta super omnes etiã Apostolos fuerit tributa potestas, ex illa Seruatoris nostri sententia apud Ioannem capite postremo, perspicuè deprehenditur, soli Petro dicentis, Pasce oues meas. In quarum numero Apostolos fuisse, nemo inficias ibit. Quod diui quoque Chrysostomi graui testimonio non obscurè eo loci cõprobatur, qui in persona Christi ad Petrum loquitur in hæc verba, Loco mei præpositus esto, & caput fratrum tuorum. Verùm hac de re verba facere, esset planè extra cancellos, quibus me circumscripsi, prosilire: Namque illud nostri est instituti, iudiciales causas breuiter tractare: quæ à tertio libro exordium sumunt. Vnde supremis (vt dicitur) labris, quæ propriam extra materiam sunt, aliquid attingere, satis mihi esse existimaui. Præsertim hac de Pontificis potestate quæ cum iudiciarijs, tumultuarijsque causis nullam habere videtur affinitatem: & ne misceamus sacra profanis. Nicolaus Antonius Grauatius* a 6

Cardinales, *Summæ quàm sit dignitatis atque ex-* b

cellentiæ ampliſsimus Cardinalium ordo, nemo eſt certè, qui neſciat. Et ſi creſcentis Eccleſiæ primordio haud quaquam in tanta fuerit præſtantia, cùm tũc Epiſcoporum plus deferebatur dignitati, vt veterum monumenta legentibus apparet. Cæterùm ſi rerum eſt viciſsitudo ſic temporũ conditio, vt, quæ floruerunt, nunc obſolẽſcant, vt ita cum Gomeſio dicam hac de re diſſerente in proœmio regularũ Cancellariæ. Cardinales * ergo apud Pontificem, principalem locum obtinent, veluti Felinus ſcribit in rubri. de maioritate & obedientia, eorumque eſt munus mortuo Pontifice aliquem ex ſacroſancto ipſorum collegio ſanctimonia, ſingulariq; ſapientia præclarum cooptare atque eligere: ſic, vt in demortui Pontificis locum ille ſufficiatur, quemadmodum œcumenicis in concilijs alijsque Pontificum ſanctionibus non vno in loco ſtatutum legimus, vt in capitu. in nomine Domini, 33. diſtin. in ca. licet de elect. capi. vbi periculum, eodem titul. in 6. & in clem. ne Romani, eodem ſimiliter titulo. In qua quidem ſummi ſacerdotis electione, eos vniuerſalis eccleſiæ vicem gerere prodidit Cardin. Alexan. citato cap. in nomine Domini. Sed Cardinales * cui Romanorum veteri magiſtratui comparari debeant, (& ſi mihi haud ſatis aperta ſit deliberatio) contendunt noſtrates. Nã Accurſius, Bartholuſq; in l. 1. ff. de offi. præf. præt. Necnon Alber. Roſa in rubric. de ſtatu homin. & Ioan. Plat. in l. curialibus, C. de decur. lib. 10. cenſuerunt Præfecto prætorio æquiparandos, cum quibus Alciatus conuenire videtur libro Prætermiſſorum primo, vbi Cardinales dictos opinatur exemplo ciuilium magiſtratuum, cùm in libro officiorum Theodoſij Præfecti Cardinales appellantur præfecti Prætorio Aſianæ diœceſeos & Præfectus Africæ, quòd maiores cæteris eſſent. Ioannes verò Imolenſis in l. ſi quæramus, ff. de teſtament. cui ſe ſubſcribit Capic. deciſ. 114. eos Senatoribus æquandos arbitratur, cuius opinionem illa Accurſij ac conſectancorum probabiliorem eſſe mihi perſuadeo, ea in primis ratione, quòd

7

8

quòd Præfectus prætorio generalem causſarum cognitionem cum ſummo (pro Cæſare) imperio ac gladij poteſtate exercebat, vt in Pandectis, Iuſtinianoque codice peculiari titulo legitur. Nec quippe alius Præfectus prætorio erat, quàm præfectus auditorio Cæſaris, veluti Aemilius ille Papinianus fuit, quem iuris aſylum ob immenſam iuris ſuppellectilem appellabant. Prætorium enim locus, in quo ius dicitur, eſt, vt in Euangelio apud Diuum Marcum legitur capite decimo quinto. At Cardinales horum nihil habent, nulliq; præſunt tribunali, ſi Mario Salomonio viro erudito & aduocato conſiſtoriali credimus incitata, l. 1. Et ſi me non lateat, prætorium quoque eſſe eam villæ partem, quam paterfamilias habitandam ſibi reſeruauit, vt Palladius libro primo, capite octauo, & Iuriſconſultus in l. 2. ff. de ſeruit. ruſt. præd. ſcriptum reliquere. Et Præfectum prætorij etiam dictum à cohorte prætoria. Apud antiquos enim cohors quædam erat, quæ pratoria vocabatur, quæ Conſuli aut prætori in prouincia præſtò ſemper erat quaſique latus eius cingebat. vt ex Ciceronis verbis coniectari licet ad Quintum fratrem Aſiæ proconſulem, lib. 1. Aſconius autê Pedianus hac de re verba faciens, ſic inquit: Veteres enim omnem magiſtratum, cui pareret exercitus, Prætorem appellauerunt, vnde & prætorium tabernaculum eius, & in caſtris porta prætoria, & hodie quoque præfectus prætorio Hactenus ille. Sed deinde cùm Imperium Romanum ad monarchiam deuenit, Principes Romani equitem vnum Romanum prætoriæ cohorti præfecerunt & prætorio ſuo, id eſt, aulæ. Qui præfectus prætorio hodie ille dici poteſt, qui magnus magiſter hoſpicij appellatur, multum tamen ab antiquo differens, vt doctiſſimus Budæus cenſet in annotat. in Pandectas. Nam antiqui Principes potentia militari Præfectum Prætorio ſecundum ſibi eſſe voluerunt, vt Burrus Neroni fuit, auctore Tacito libro octauo. Quod Plinius quoque Iunior in Panegyr. Traiani verbis loquens, in hanc profectò memorabilem

sententiam demonstrat. Ego quidem in me, si omnium vtilitas ita posceret, etiam Præfecti manum armaui. Quam sententiam à Dione luculentioribus verbis traditam legimus. Nam cùm ille nunquam satis laudatus princeps Traianus præfectum prætorio insigni cingulo adornare voluisset, sic ad eum dixisse fertur. Accipe hunc ensem, & si quidem rectè atque è Repub. imperauero pro me, sin secus, in me vtere. Vide ergo ad quatum fastigium hoc munus præfecti prætorio euectum fuerit, quod & Plinius quoq; in præfatione Naturalis historiæ indicat, ad Titum scribens in hæc verba. Et quod nobilius feciſti, dum illud patri pariter, & ordini equestri præstas præfectus prætorij eius. Hactenus Plinius. Cuius quidem præfecti prætorio instar, illum hodie arbitror esse, quem Viceregē appellamus, puta Neapolis, & in Francia magnum Cancellarium, vt Budæo placet. Vnde, etsi præcipuum antiquitus fuerit Præfecti prætorio officium, non tamen Cardinalibus conuenire videtur, quod comprobari etiā potest. Nam Præfectus prætorio legem condendi potestatem habet. l. Nonnam. C. de offic. præf. præt. Cardinales autem legem ferè neutiquam possunt. Sed eos potius Senatorum instar esse, crediderim, & huic opinioni simpliciter commemorato loco Salomonius adhæret. Quæ res & si multis comprobari possit argumentis, pauca tamen in medium afferam. Et in primis non imbecilla quidem coniectura, sic probari posse, existimo. Nam Romulo humanis iam rebus subducto, inter reges erant Senatores, ipsique Rempub. gubernabant, donec alius in demortui regis locum suffectus esset, vt apud Dion. legimus, Liuium atque Plutarchum in vita Numæ. Sic cùm inter regnum est, Sacrosanctum Cardinalium collegium Rempub. Christianam regis, difficultatique rerum consulit, donec alius ab eis Pontifex creatur. Accedat, quod apud historicos, præsertim Zonaram, Liuiumq; scriptum inuenimus, Senatores dignitate, auctoritate, rerumq; amplitudine omnibus superiores fuisse, apud Senatum enim totius erat

Reipub.

Reipubl. summa innixa, vt Senatores primas in consilijs Imperatorum partes obtinent, sicuti significare videtur Sallustius, cùm ait: Metellus properè cunctos Senatorij ordinis ex hybernis accersiri eorum, & aliorum, quos idoneos ducebat, consilium habet. Cum igitur Cardinales apud Pontificem omnes antecellant, ac ardua quæque cum illo pertractent, instar Senatorum esse, arbitror. Et hanc in partem plerique inclinant, fulti tantùm text. in capit. Constantinus, 96. distinct. inter quos nostræ ætatis Iurisconsultorum facilè princeps præceptor meus D. Ioan. Bolognetitus in l. omnes populi, numero 64. de iusti. & iur. Et Cardinales * 9
appellatos esse reor, id est, principales, vel à κραδία verbo græco, quod latinè cor denotat, quasi Pontificis cor. Nam ipsi ecclesiæ sunt cardines atque columnæ, cap. ministerium de offic. archipresbyt. Et veluti animantia à corde motum suscipiunt, & ianuæ à cardinibus mouentur: sic à Cardinalibus cùm morum, tum vitæ sanctitate, cuncti ad Christiana opera moueri debent mortales. Accedat ad hæc Andreas Barbat in eo, quem edidit tractatus Cardinalium, col. 14. vbi Cardinales partem corporis Papæ appellat per tex. in capitul. Fœlicis, de pœnis in 6. qui quidem optimè probabit, si ei legem quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest. quæ affinis est, coniungemus, & est tex. in cap. verum, 6. quæstion. 1. & cap. per venerabilem, qui filij sint legit. Nicolaus, Antonius Gratianus.

Duodenarium.) Cardinalium numerum duodenarium aliàs fuisse ad instar Apostolorum sunt, qui (subinde tamen) dixere. Nonnulli autem literis prodiderunt. Cardinales numero 70. exemplo discipulorum Christi esse debere, veluti Alberi. Ros. in rub. ff. de sta. hom. & alij quidam, vt Card. refert in clem. Ne Romani, de electione. Verùm, cùm iure cautum hoc non reperiatur, arbitrio Summi Pontificis (perspecta ecclesiæ necessitate atque indigentia) Cardinalium numerus residet, vuluti vsu ita receptum esse videmus, e

mus, vt tradidit Barba. in d. clem. Et tres clericorum ordines Cardinaliū sibi cognomen assumpsere. Nam primò Presbyteri, mox Diaconi, & longo tempore post episcopi Cardinales appellari cœperunt, si Onuphrio Panuino credimus in libello, cui titulus est, de Episcopatibus, titulis & Diaconijs Cardinalium. Et Cardinales episcopi sunt septem, Presbyteri autem viginti octo. Et Diaconi Cardinales sexdecim. Quorum titulos ordinatim describunt Specu. de legato, §. sequitur Aluar. & Præpos. in cap. 1. Episcopum vel Abbatem, & Cassanæus in catalogo gloriæ mundi, in 4. part. consid. 10. & si numero plures arbitratu (vt diximus) Pontificis esse possunt, qui supernumerarij appellarentur, nisi aliter Pontifici placuerit, veluti citati Doctores, & qui peculiares libellos de Cardinalibus scripserunt, explicatum reliquere: ad quos hac in re oportet recurrere. Namque hoc in loco specialim hæc referre, non quadrat. Nic. Ant. Granatius.

De summo Pœnitentiario, ac Sacro Pœnitentiariæ officio.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 Pontifex, ligandi & soluendi in terris quemcunque vellet, potestatem habet.

2 Pœnitētiarij summi munus, & quomodo per maiores ecclesias vrbis, Pœnitentiarij siue vicarij ab eo substituti sint, & num. 6.

3 Pœnitentiario, (quem summum appellamus) quando credatur, & de eius formula in rescribendo.

4 Pœnitentiariæ officium, viginti quatuor patronos habet.

5 Pœni-

5 *Pœnitentiarius quibus in causis rescribat, & de eo multa.*

6 *Dignitates principales in Vrbe, quæ sint.*

VIDES * quoque à Ro. Ponti. vniuersum orbem supplicem quotidie rescripta postulare, de his primum, quæ Seruator noster Iesus Christus Petro delegauit, nempe ligandi, vel soluendi in terris quæcunque vellet, quibus verbis ego quatenus ad meum thema attinet, intelligo pro nunc tributam Petro potestatem ligandi suis legibus & eosdem soluendi, quos vellet: soluendi inquam, quasi via dispensationis à suæ humanæ legis obligatione. Amplius absoluendi quoque à commissis in diuinam legem pœnitentes, tamen via indulgentiæ, quam facultatem ad omnes Petri successores traductam credimus, eam tamen soluendi scilicet solet Ponti. vni ex Cardinalibus subdelegare, quem * summum vocamus a. Pœnitentiarium, non tamen ita, vt non quandoque ipse manum apponat in hac specie, in qua summus pœnitentiarius, quatenus ad commissa in diuinam legem attinet, & eorum solutionem, subdelegatam iurisdictionem per plures vicarios & substitutos suos exercet, quos pœnitentiarios vocamus, quique per maiores ecclesias vrbis diuisi sunt, nempe in ecclesijs diui Petri in Vaticano, diui Ioannis in Laterano, ac diuæ Mariæ maioris, dispensationes verò ab humanæ legis obseruatione non nisi ex caussa, & per seipsum concedit, & ex generali Ponti. sublegatione, huiusmodi supplices audit, ac vbi eorum postulata viderit, si adsit caussa, quæ petitæ concessioni sa-

a
a

ni satis sit,& sit de rebus, solitis per ipsum concedi,rescribit ipse auctoritate apostolica,& sui officij non aliàs habito tunc à Pontifi. oraculo, sed ex generali illa subdelegatione asserit suis literis se de mandato Ponti. oraculo tunc habito rescribere: creditur q; * in hoc suę assertioni, 3 veluti de re ad officium suum spectante. Rescribit autem semper ad supplicationem partis Ponti.directam, & sub altera istarum formularum. Fiat in forma, fiat de speciali, fiat de expresso,quarum mutatione indicat rescribens taxatoribus postulanti grauitatem, & veluti per pœnitentiarium formula rescripti variatur,ita per officiales alterantur solutionem taxæ, estque adeò ingens hodie humanæ legis sylua, tum pontificiæ, tum synodorum, cùm denique cuiusuis regularis sodalitij, seu monasticæ congregationis, vt homines tot laqueis ferè in compedibus positi priscam libertatem adsectantes ad ipsum pœnitentiarium supplices confluant, qui vbi supplicis libellum manu sua signauerit, desuper diplomata sub nomine ac sigillo ipsius expediuntur. Et quia plerunqne non aliàs præcisè rescribit, sed constituta de aliqua supplicis assertione, tunc dat suo rescripto iudices, qui causa cognita actum absoluant, & vices suas in hoc subdelegat, habet que * hoc sacrum pœnitentiariæ officium pro 4 commodiori omnium confluentium expeditione viginti quatuor patronos supplicum, quos eiusdem sacræ pœnitentiariæ procuratores vocamus, hi veluti causarum patroni libellum tuarum precum dictitant, ac quasi causam orant apud ipsum summum Pœnitentiarium,à

quo

quo postulata concedi, & exinde diplomata expediri curat. Solet * etiam de pluribus, quæ iustitiam concernunt rescribere, ac ferè semper in vtraque specie inferius notata concedere, vtpote, Dispensationes matrimoniales in gradibus humana lege prohibitis, legitimationes prolis, dispensationes quoque ob ætatis, vel alicuius membri defectum ad ordines, & ad beneficia, item ab incompatibilitate plurium beneficiorũ absolutiones quoque ab homicidio in foro conscientiæ, & pro Clericis in vtroque foro cum retentione beneficiorum, ac dispensatione ad alia. Similes à simonia, ab exilio. Item à iuramento ad effectum agendi, ac etiam à periurio, commutationes votorum, licentias quoque ab aliqua humanæ legis obseruatione, præsertim regularibus ab aliquo suæ regularis legis capite. Indulgentias etiam cum locis, tum etiã personis. Cæterum & commissiones etiam plures in forma iuris, vtpote super declaratione nullitatis, vel validitatis matrimonij, quas declaratorias nuncupant, super confirmatione alienationis alicuius Ecclesiasticæ rei, quas si in euidentem, ac denique super cessione bonorum pro pauperibus, qui citra eorum culpam in egestatis perniciem inciderint, quas alienatiuas vocant pro laicis in terris Ecclesiæ, & extra, si tamen contra clericos petantur, vel si inter meros laicos, & extra statũ temporalem Ecclesiæ, impetrans iureiurando obligatus esset, in qua specie etiam inter laicos iudicat semper Ecclesia, & pro clericis super admissione ad beneficium canonum, vtpote capituli Odoardus, vel peruenit, in qua specie, siue pro clericis, siue pro laicis, semper rescribit, pro 9

ut de iure, & in omnibus alijs sunt rescripta huius officij admodum iusta, imò sancta, obstrepēt crabrones, quantum velint, fatçor tamen defectum illorum exequutiones apud ordinarios in partibus, vel si pro regulari rescribat officium, apud ipsos prælatos, qui vbi nouerint, quem à summo pœnitentiario rescriptum reportasse eorum inertia, & plerunque etiam insciti a, non quærunt quid, & quomodo pœnitentiaria rescribat, & absque alio processu permittunt imprecantes gaudere petitis, potius quàm impetratis, quòd si in præmissis ipsi non deficerent, cùm sacra pœnitentiaria non consueuerit rescribere, nisi sacris canonibus conformia, vel si præter ea, non nisi ex iusta causa per impetrantem narrata, & cum deputatione iudicium, & exequutorum in partibus, apud quos tenentur impetrantes illam legitimis probationibus verificare, plures ex impetrantibus à postulatis repellerentur, & nemo illorum commodo & effectu, nisi vel iusta formam iuris & canonum, vel si præter non nisi ex iusta causa gaudere posset, paucioresque essent impetrantes, & omnis querelarum occasio cessaret, quam opinor ab ipsis conquærentibus potius, quàm à summo pœnitentiario, eiusque officio accepto ferendam esse. Quod si quam retroactis temporibus ab ipso summo pœnitentiario acceptam ferre potuissemus, Diuus Paulus nostra ætate Pontif. Max. omnes, si qui fortè erant lapsus, vel certius, vt alios ad emendationem prouocaret, correxit, & summæ pœnitentiariæ officium pluribus optimis rescribendi formulis, & antiquarum reformationibus instaurauit, & summo pœnitentiario viro

ros à consilio & designatura suis grauissimos assessores dedit, ita, vt officium hoc φοινοκαιρόντις linguam euaserit.

ANNOTATIONES.

Pœnitentiarium.) *In Vrbe * post summum sacerdotium tres esse præcipuos dignitatum gradus, in confesso est Vicecancellarij scilicet, Camerarij & maioris Pœnitentiarij, de quo hic est sermo. Cuius dignitas (si Gomesio credimus in proœmio regularum Cancellariæ) à Benedicto 2 in lucem producta fuit, & Eugenij Sixtique deinde beneficijs aucta. Cæterùm, si plura ad sacræ Pœnitentiariæ munus spectantia, deque eius origine, quantumque à veteri stylo diuersus sit hodiernus scire tibi sit curæ: Card. alios que consulas interpretes in Clem. Ne Romani, de elect. & Gomesium cæteris diligentius atque vberius astruentem in libello de Potestate & stylo officij sacri Pœnitentiariæ. Quorum dicta exscribere necessarium minimè duxi. Verùm illud silentio non inuoluã, superiore ætate in Ecclesia magnæ fuisse auctoritatis hoc pœnitentiariæ officium, summoque in loco collocatum, veluti Cassiodorus, Socrates, & Sosomenus in historia ecclesiastica literis prodiderunt. Quod & Damasus in vita Marcelli comprobare videtur dum ait, Macellum Papam quindecim in Vrbe Cardinales constituisse propter baptismum & pœnitentiam multorum. Et hinc est, quòd morte Pontificis hoc pœnitentiarij officium nequaquam expirat. Nam aliàs inanimarum periculum salutisque discrimen verteretur, vt animaduertit etiam Zabarel. in allegata Clem. Nic. Anto. Grauatius.* a 6

De vtraque signatura, ac earum rescribendi formulis.

CAP. III.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Signaturæ, duo sunt auditoria, in quorum vno, ea quæ gratiam, in altero, quæ iustitiam concernunt, pertractantur.*

2 *Referendarij, qui, & eorum quid sit munus, & numero 10.*

3 *Signaturæ officiales, diem præstitutam in hebdomada habent, qua simul conueniant, vt si quæ postulata sint in auditorio proponantur.*

4 *Stylus est apud referendarios, siue mos, vt quæ recerint postulata, amplius non proponantur.*

5 *Citationis formula in officio signaturæ.*

6 *Pontifex quomodo in literis iustitiæ, & gratiæ rescribat, & sua manu subsignet.*

2 AMPLIVS a & rescripta quoque à Ro. Pontific. quotidiè postulantur, de his, quæ à mera Pont. liberalitate proueniunt, veluti beneficiorũ concessiones, & alia, si quæ sunt cuiusque generis gratiosa, etiam summo pœnitentiario generaliter, vt præmittitur commissa, necnon alia, quæ iustitiam concernunt de rebus Ecclesiasticis vniuersi orbis, ac etiam ex prophanis, ex patrimonio S.R.E. temporali, & aliunde ex vniuerso orbe, si quas in sequelam Ecclesiasticæ personæ, vel causæ. vel aliàs ex principum remissione, vel partium consensu deuolui ad Ro. Cu. contingat. His omnibus Pont. Max. ipse pro
1 commodiori suppliciũ expeditione, duo * constituit auditoria, in quorum vno, ea, quæ gratiã, in altero, quæ iustitiam concernunt, postulantur. Vnde & diuerso nomine ea vocamus, nempe signaturam gratiæ, vel iustitiæ. vtrique auditorio

rio viros quosdam Iurisperitos,& signaturæ gratiæ omnes quotquot sunt iurisperitos Cardinales, alios verò rarò non nisi iurisperitos prælatos proposuit, quos* referendarios vocamus gratiæ,vel iustitiæ, & quandoque etiam vtriusque signaturæ ad exemplum antiqui Referendariorum ordinis, de quo tractatum in nostra iuris ciuilis compilatione habemus; titulo de referen. libr. authent.quorum non est certus apud nos constitutus numerus. Horum *b* munus est,in suæ specie supplicum postulata videre, & si postulata sint de his,quæ petentibus concedi solent in capite supplicationis nomen suo apponere, quo solent Pont. vel Cardinali signatori, de quo inferius dicemus,rem esse concedendam significare. Quòd si supplex aliquid postulet, quod alteri possit præiudicium inferre, non solent aliquid sine partis vocatione concedere, & si res sit grauis, vel saltem rarò solita concedi, vel denique adeò dubia,vt referendarius ex se subsistat, illam in auditorio alijs confert,& non nisi ex voto totius signaturæ supplex obtinet. Quam ob rem vtrique signaturæ præposuit Pontifex Cardinalem,qui extra ordinem leuiora concedit.& grauia quoque,si quæ sint per ipsum concedi solita. Nostra ætate signatorem gratiæ habemus Nicolaum eius nominis Cardinalem Ardinghellum,Diui Pauli Ponti. Maxim. intimum:iustitiæ verò Bartholomæum Cardinalem eius nominis Guidiccionum Lucanum, virum pontificiæ legis peritissimum,& adeò puræ synceræque mentis, vt facilè cunctis summæ probitatis simulachrum videatur. Ab hoc munere rescribendi de iure penitus reuocauit summus Ponti.& Cardi-

nali

nali huic signaturæ præposito vices suas omninò delegauit, ita, vt rarò, vel nunquam ipse de iure rescribat. Solentque Referendarij signaturæ recusare supplicum libellos, qui iustitiam concernant, quasi ægrè ferat Pont. si in signatura sua proponantur. Quamobrem Paulus nostræ ætatis Pontifi. Max. constitutionem ædidit, vt in his, quæ iustitiam concernunt, rescripta Cardinalis signatoris eiusdem sint virtutis & auctoritatis in omnibus per omnia, & apud omnes, ac si manu sua signata essent, omnem si, quæ hactenus fuisset summouendo dissidentiam: idque (vt opinor) ad tollendam litigatorum ansam, qui plerunque rescripta manu Pontificis, in eorum causis adfectabant, maximè apud iudices in prouincijs. Habet* quoque vtraque signatura suam
5 diem in hebdomada constitutam, qua simul conueniant, vt si quæ postulata sint, quæ aliorum votum desiderent, in auditorio proponantur. Qua in re solent litigatores die præuia signaturæ cum eorum aduocatis esse apud signaturæ præfectos atque Referendarios & vtraque pars, rarò tamen, vel nunquam in contradictorio causam suam orare, constituta autem die munus est eius referendarij, supplicum postulata in auditorio sub compendio referre, & in re inter patres disputata, solet is, qui præest, iuxta plurium vota ea, quæ proponuntur concedere,
4 vel refellere. Estque* moris apud Referendarios, non nouus, vt postulata semel reiecta, iteratò non proponantur. Solet etiam supplex, vbi contradictorem habeat, eum coram Referendario proponente per cursores citare, sub* hac formula, Coram Reuerendo. A. citetur. N. ad dicen-

dicendum cauſſam, quare commiſſio, vel ſuppli
catio ſignari non debeat, pro prima ſignatura
Sanctiſſimi vel Reuerendiſſimi, ſecundum po-
ſtulati ſpeciem, (quas ſic vocamus) quia ſigna-
tura gratiæ coram Sanctiſſimo, ea verò iuſtitiæ
coram Reuerendiſſimo præpoſito ſuo conuenti-
re ſolet, in qua liberum eſt vnicuique Referen-
dario velle proponere, quantum tempus conce-
dat, ordine tamen antiquitatis ſeruato. Sed in
ſignatura gratiæ coram ipſo Pontif. more intro-
ductum eſt, vt duo tantum locum habeant, qui
omnibus contingit, quaſi per turnum (vt vo-
cant) raro tamẽ tempore diui Pauli tempus con-
cedit locum ſecundo, ita, vt paulatim res ad vni
cum proponentem reſtringitur, decreſcentibus
maximè negotijs. Reſcribit * autem Pontif. fe- 6
rè ſemper his verbis, nempe, PLACET. A. vel
aliàs iuxta literam ſui priſci nominis, ſi res iu-
ſtitiam concernat, ſi verò gratiam, mutato PLA-
CET conſueuit dicere. FIAT VT PETI-
TVR. A. Et ſi quandoque non ad preces alte-
rius, ſed proprio motu reſcribat, non dicit, VT
PETITVR, ſed addit in fine MOTV PRO-
PRIO, Cardinalis * verò ſignaturæ, gratiæ 7
propoſitus, ſemper eadem formula reſcribit, nẽ-
pe, CONCESSVM IN PRAESENTIA
DOMINI NOSTRI PAPAE, & deinde
ſubnectit nomen ſuum. PP. CARDINALIS
PARISIVS. Et nihilominus plerunque non re-
ſcribit aliàs in præſentia Papæ, ſed id ex genera-
li ſua delegatione ſibi conceditur. Eiſdemmet
verbis reſcribit quoque alter prælatus de ſigna-
tura gratię eiuſdẽ Cardinalis, vt opinor vicarius
adie-

adiecto tamen loco nominis Cardinalis suo proprio nomine, prout quotidiè vides. C. EPISCOPVS CAESENNAS, quo exemplo tu scire potes Christophorum tuum Episcopum Cæsennatem hoc munus iam diu subijsse, in cuius clientela te noui cuique opera tua maximè addictus sum, vt rationes promissionis tuæ, quas de me secum habes non videar conturbare. Sed reliquum tantùm est in hac specie, vt de formulis, quibus solet Cardinalis, qui signaturæ iustitiæ præest, rescribere, loquamur. Solet enim altera ex his semper rescribere, vtpote, si ad Iudices Romanæ Curiæ rescribat, PLACET DOMINO NOSTRO PAPAE, adiecto suo nomine. BARTHOLOMAEVS CARDINALIS GVIDICCIONVS. Si ad iudices in prouincijs, CONCESSVM IN PRAESENTIA DOMINI NOSTRI PAPAE BARTHOLOMAEVS CARDINALIS GVIDICCIONVS, non tamen semper sic simpliciter, quandoque enim, PLACET PROVT DE IVRE, CONCESSVM PROVT DE IVRE, PLACET ARBITRIO IVDICIS, CONCESSVM, & aliàs prout ex his, quæ in discursu orationis meæ suis locis latius legere
8 licebit, ac etiam pleraque alia, quæ ad mores huius signaturæ pertinent. Quæ * commissiones, quando ad iudices Romanę Curiæ rescribuntur. Vbi signatæ sint, (non aliàs registratæ) ad cancellariam transmittuntur, vbi is, quem cancellariæ regentem vocamus, ad omnia capita libello concessa, vice ipsius Reuerendiss. sub compendio rescribit, vtpote, DE MANDATO DOMINI NOSTRI PAPAE AVDIAT MAGISTER N.

GISTERN. CITET, INHIBEAT, ET IVSTITIAM FACIAT,& si quæ alia libello conceſſa ſint ad ſingula reſpondet, cuius reſponſum,ſignaturę extenſionem vocamus. Hoc munus hodie ſpectat ad Thomam Campegium Epiſcopum Feltrenſem nobilem Bononienſem virum Pontificiæ legis peritum. Is quandoque etiam meo tempore, dum Laurentius frater bonæ memoriæ Cardinalis eius nominis Campegius,ſignaturæ iuſtitiæ præeſſet,quaſi eius, vicarius vice ſua reſcribebat, etiam ſub proprio nomine. Sed reſcripta iuſtitiæ, quæ ad iudices in prouincijs reſcribuntur, non aliàs ad regentis manus perueniunt,ſed abſque alia ſignaturæ extenſione remittuntur ad datarium, veluti etiam quæ gratiam concernunt,qui omnibus diem datũ adſcribit,demum ad regiſtrum, vbi de verbo ad verbum in libris publicis adnotantur, & exinde auſcultata,à ſupplicibus vel eorum ſollicitatoribus reſtituuntur in forma literarum expedienda.Pro * quarum expeditione triplicem habemus viam,ſi res iuſtitiam concernat, per cancellariam & eius officium contradictarum ſub plumbo, vel per ſecretariam in forma breuis ſub annulo piſcatoris, prout venit à reſcribente conceſſum, ſi verò gratiam, per eandem cancellariam, vel per Cameram, & quandoque etiam extra ordinẽ per Secretariam,de quibus officijs, ac per cuiuſq;viã expeditionibus nunc dicemus. 9

ANNOTATIONES.

Amplius) *De vtraque ſignatura ac reſcribendi formulis.Gomeſius vir quidem doctus libellum conſcripſit, cui titulus eſt.De compendio vtriusque ſignaturæ. Multa ad rem* a

etiam eradita leguntur vulgarem apud compilatorem illum, qui Formulare variarum commissionum conscripsit, idcirco ab illis petendum erit, cùm hac in re difficultatis aliquid fuerit enatum.

b Horum.) Referendariorum munus, * quod prius confusum erat in consonantiam ordinemque prudentia Alexandri 6. redactum fuisse, Gomesius eo, quem citauimus, libello scriptum reliquit, vbi non minus copiosè, quàm eruditè de Referendarijs loquitur, eorumque officio atque dignitate, quibusque etiam magistratibus præferantur. Quos ab Iustiniano Imperatore primùm constitutos fuisse per authen. de Referendarijs, Gomesius ipse affirmat. Vnde admiratione dignum esse ait, illos Prothonotarijs anteferri, cùm notarios longè anteà à Clemente creatos fuisse, legatur: qui post Petrum, 4. insedit Pontifex, quos septem numero, teste Damaso, ad Martyrum acta diligenter conscribenda creauerat, veluti in dicti Clementis & Fabiani historia legere est. Et Clemens, vt in annalibus habetur, annis circiter 433. Iustinianum præcesserit. Verùm, * altius si rem repetamus, ab Iustiniano nequaquam Referendarios primùm institutos fuisse, censeo. Nam apud Senatum Romanum referendi consuetudinem fuisse, grauissimus est testis Cicero in Epistolis, cùm ad Lentulum sic scribit: Quæ quis patrum ex relatione Cos. censeret. Volcatium quoque nunciat, referente Lupo Tribuno Pl. Pompeium vt Ptolomæum reducat decernere, & in Oratione pro lege Manilia, cuius hæc sunt verba, quam suasit Prætor, de quo legando spero Consules ad Senatum relaturos. Constat enim Consules referendi potestatem habuisse, & vterque consul referebat, & plerunque ambo, vt ex Liuio libro 26. sic scribente deprehenditur. Consulum de prouincijs communis relatio fuit. Et si me non lateat, Prætores aliosque etiam referendi ius habuisse, tamen Consulum erat præcipuus honor, vt ex historijs dignoscere possumus. Vnde potius Iustinianum in quendam ordinem Referendarios

10

11

rios posuisse, quàm nouum magistratum creasse, mihi persuadeo, & antiquorum vestigium quasi quoddam munimentum imitatum fuisse. Et ij Referendarij, siue renunciatores, locum magistrorum à libellis, siue ministrorum hodie tenent. Nàm populares libellis supplicibus eorum postulata principibus exponere solebant, vt Tranquillus in Augusto sic inquiens testatur. Promiscuis salutationibus admittebat, & plebem tanta comitate adeuntium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, quod sic libellum porrigere dubitaret, quasi Elephanto stipem. Et ab istis libellis ministri libellorum dicebantur, qui principi in hoc negotio subseruiebant, vt fuit Epaphroditus, quem capitali pœna Augustus condemnauit. Et de Referendarijs latius loquitur Lampridius in Alexandro, cuius memorabile exemplum afferam. Alexander enim (vt idem Lampridius narrat) postmeridianis horis subscriptioni & lectioni epistolarum semper dedit operam, ita, vt ab epistolis, à libellis, & à memoria semper assisterent, nonnunquam etiam si stare per valetudinem non possent sederent, relegentibus cuncta librarijs, & his, qui scrinium gerebant, ita, vt Alexander sua manu adderet, si quid esset addendum, sed eius sententia, qui disertior habebatur. Et magistrorum à libellis meminit etiam Iurisconsultus in l. Rescriptum, ff. de distractione pignorum, cùm dicitur, Rescriptum est ab Imperatore libellos agente Popiniano, id est, libellis apud Imperatorem præfecto. Vnde antiquum est Referendariorum officium, quamuis & Notariorum etiam, vt in annot. ad sequentis libri caput postremum dicemus. Nicolaus Anto. Grauatius.

De Vicecancellario, ac Cancellaria Apostolica & literarum expeditione.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicecancellarij apostolici officium, dignitate auctoritate, & vtilitate primarium est, & nu. 11.*
2 *Abbreuiatorum officium tam maioris, quàm minoris parci, quale sit.*
3 *Diplomatum siue bullarum expeditiones, quomodo fiant, & quis ordo seruetur.*
4 *Annata quibus soluenda est.*
5 *Bullæ fit recognitio, si cum supplicatione concordet.*
6 *Cancellariæ ad regentem, quæ spectent, eiusq; ad officium.*
7 *Officium plumbatoris, atq; custodis describitur.*
8 *Iannizerorum siue sollicitatorum officium narratur.*
9 *Norarij cancellariæ in expeditione literarum seu bullarum quid agere debeant.*
10 *Bullæ à registratoribus rescribuntur, eaq; recognitæ in publicis libris reponuntur.*
12 *Vicecancellarius cur sic dicatur.*
13 *Bulla quare sic appelletur.*

OFficium cancellariæ habet Cardinalem præpositum, quem a Vicecancellarium
a 1 vocamus, * cuius officium nostra ætate ex communi curialium reputatione in Romana curia primarium est dignitate, auctoritate & vtilitate, is hodie est Alex. Cardinalis eius nominis Farnesius, diui Pauli nepos, cuius tyrocinium fuit nostræ ætatis rarissimum exemplum, cuiusque egregia iuuentutis facta quasi per transennam inspecta iam conspexerunt omnes & admi-

admirantur vniuersi. Is ratione proprij officij literarum expeditioni de rebus Ecclesiasticis vniuersi orbis, & eorum expeditoribus præest, quorum maxima est turba, nempe * abbreuiato 2
rum maioris parci, (quorum munus est ex supplicis libello signato diplomata, seu literas dictare, cuius dictaturam minutam vocant) scriptorum, abbreuiatorum minoris parci, sollicitatorum, (quos Iannizeros vocamus) plumbatorum, registratorum. Horum omnium officium est in ipsa literarum expeditione alicuius negocij, alij verò sunt officiales, quos in expeditionibus adire oportet, vbi subiecta materia solutionem annatæ desiderat, qui occisi sint, & meri annatarum ac aliarum solutionem participantes, 3
vtpote, scriptorum archiuij, Cubiculariorum, Scutiferorum, & Ripariorum. Ordo * autem 3
expeditionis talis est, vbi supplex signatam, & registratam habet supplicationem, ipse vel sollicitator curat apud abbreuiatores maioris parci, minutam literarum dictari, dictatam apud scriptores in forma literarum conscribi, scriptam in cancellaria ad bancum scriptorum, per eum (quem Rescribendarium vocant) taxari, & vbi taxata est, alter, quem dicunt (computatorē) suam apponit manum, & ibidem soluitur scriptoribus taxa, & exinde alia similis apud abbreuiatores minoris parci, apud quos solet semper aliquid de taxa, vtpote iulij quinque iuxta subiectam materiam sollicitatori remitti, & alter ipsorum nomen literis adscribit, ijdem Abbreuiatores minoris parci receptis eorum pecunijs bullā ad abbreuiatores maioris parci remittunt, apud quorum bancum duo ipsorum ad hoc de-

putati nomen ſuum paulò inferius ſubſcriptione abbreuiatoris minoris parci adſcribere ſolēt, hinc literæ officium ſollicitatorum ipſarum literarum apoſtolicarum (quos Iannizeros appellant) portantur, quibus ſoluitur taxa certa ratione, quia ſi taxa ſit ſumma triginta ducatorum, duo ducati, ac totidem caroleni de cancellaria, ſi verò infra, vnus tantùm ducatus, & duo caroleni ſimiles ſolui ſolent. Exinde ad alias ſedes Abbreuiatorum de minori parco, quas de prima viſione vocant, afferuntur, vbi ſollicitator ſoluit vnum carolenū alteri ex dictis abbreuiatoribus, qui poſtmodum literis manum apponit, paulò inferius ſubſcriptione ſcriptoris apoſtolici.

4 Quòd* ſi materia ſubiecta talis ſit, pro qua veniat ſoluenda annata, ſolui ſolet omnibus participantibus in Cancellaria reſidentibus pro rata eis contingente, vtpote iannizeris ſeu ſollicitatoribus apoſtolicis, ſcriptoribus archiuij, cubicularijs, ſcutiferis & ripalibus portionarijs. Quibus ſolutionibus factis bulla vna cum ſupplicatione in eius ventre repoſita ad abbreuiatorem de parco maiori, qui minutam dictauit, reportatur. Is* collationem facit, an bulla cum ſupplicatione concordet, quam ſi reperiat concordantem, indicat illā talem. & pro ſigno iudicij bullæ nomen ſuum adſcribit, & exinde illam cum ſupplicatione in ventre de banco ſuo proijcit in terram, de terra colligit eam cuſtos cancellariæ ſaltim per famulum ſuum, is eandem bullam in omni eius parte reſpicit, an omnes officialium ſubſcriptiones, quas ſubiecta materia deſiderat, adſint, & eius data cum data ſupplica-

plicationis concordet. Demum illam ad regentem cancellariæ transmittit. Is * respicit à quo sit collationata seu iudicata, & si videbitur sibi eam alteri ex abbreuiatoribus iterum collationandam & iudicandam dare, poterit pro suo arbitrio, deinde à supplicatione bullam separat, eandemque ponit ad partem, & si bulla sit gratiosa, manu sua adponit in margine eius vnum A. maiusculum à latere dextro, à sinistro verò vnum I. longum, & exinde certis lineis circuit scriptorum ac Abbreuiatorum taxas in bulla descriptas, quo facto bullas ponit super certo banco, & finita cancellaria venit plumbator, * qui illas de manu regentis recipit & asportat ad officium plumbi, vbi plumbantur & cordulis alligantur. Custos autem ex eadem cancellaria de manu regentis supplicationes recipit, partibus accepto à singulis Iulio vno, restituendas, admoneo tamen, quòd siue pro subiecta bullæ materia annata soluenda sit, siue non, omni casu Iannizeri * vbi bulla ad eorum bancum, vt suprà peruenerit, siue eorum alter nomen suum ei adscribit paulò inferius nomine scriptoris, & si annatur, ne supplices absentes à priuatis sollicitatoribus decipiantur, hi Iannizeri tanquam publici sollicitatores pro fide sui publici officij solent adijcere hæc verba, PRO ANNATA SOLVIT TOT. Quòd si materia non patiatur annatæ solutionem, tunc ab officio Iannizeratus non requiruntur vlteriores manus, de quibus supra diximus, nisi fortè sit aliqua materia, quæ consensum alicuius desideret. Tũc enim antequã bulla ad abbreuiatorẽ, qui illã dictauit, reportetur, & priusq; auscultetur & iudicetur.

6

7

8

9 Notarius* cancellariæ solet à tergo consensum adscribere, sed & bullis in officio plumbi plumbatis taxa plumbatorum adnotatur prope illam scriptoris : & bullæ sic plumbatæ in manibus collectorum plumbi consignantur, qui taxam suam à sollicitatoribus exigunt, vltra quam solent etiam certi caroleni ipsis plumbatoribus & pœnitentiarijs diui Petri solui. Postmodum alter ex iannizeris ibi pro tempore existens nomẽ suum intra bullam, & à latere dextro adscribit, & pro fide sui publici sollicitationis officij addit. N. sollicitauit, & tantum exposuit, calculando omnem impensam in expeditione factam, adeò, vt supplices absentes non, nisi difficulter,
10 decipi possint. Hinc* bullæ per alterum ex scriptoribus, vel eorum famulum portantur ad registrum bullarum, vbi alia taxa similis solutæ scriptoribus solui solet, in manibus alterius registratoris ad id deputari, alteri verò registratori ad hoc quoque deputato, solet etiam solui registratura ipsarum bullarum, plus vel minus, iuxta longam seu breuem bullarum seriem. Is recepta registratura bullam registratori distribuit, qui illam in quinternis & libris publicis rescribit, & in registrum ponit, registrata cum originali auscultatur, auscultatæ verò bullæ magister officij à tergo eius suæ auscultationis fidem facit per verbum auscultata, & exinde si bulla annatæ solutionem non desideret, eadem parti sollicitanti consignari solet. quòd si pro ea soluenda sit annata, non aliàs consignatur parti, sed per registratorem, qui scripsit eam, vni ex notarijs cameræ apostolicæ similium bullarum receptori deputato præsentari solet,

solet, & per sollicitatorem eidem notario solui portio annatæ, quæ ad Pont. spectat. Qua soluta idem notarius easdem bullas parti sollicitanti restituit, & hæc si materia sit gratiosa, & præsertim beneficialis.

ANNOTATIONES.

VIcecancellarium.) *In vrbe* * *Vicecancellarius primorum inter omnes, (Pontificem tamen semper excipio) locum obtinet: cùm ipse sceptrum Iustitiæ omnium virtutum reginæ teneat, quam Deus ad nos transtulit, aut certè nobiscum communicauit, & nouis in monte Syna testimonijs illustrauit. Et veluti Iustitia inter omnes virtutes summum gradum habet, sic decuit Vicecancellarium, principem locum habere. Iure ergo multis adhinc retro ætis annis ex amplissimo Cardinalium ordine aliquis in apostolica cancellaria præficitur, qui Vicecancellarius appellatur, & si antea priuatos viros hoc munus exercuisse, legatur in actis Lugdunensis concilij sub Nicolao Pontifice 3. celebrati. Quod ad Bonifacij 8. vsque tempora obseruatum fuisse, ex proœmio Sexti decretalium liquet. Cùm Bonifacius Vicecancellarium illum ad Cardinalium ordinem asciuerit, vt mihi Ioan. And. scribit. Sed cur* potius Vicecancellarius, quàm Cancellarius vocitetur, causſam reddere volens Card. Zabar. cui cæteri adhærent in clem. Ne Romani, de el. & fabulam quandam narrat, scilicet, nescio quid certaminis inter Pontificem & Cardinalem Cancellariæ præfectum superiore sæculo fuisse, qui Pontifici se parem esse contendebat, & ob id statutum, vt Vicecancellarius appellaretur, quod quidem somnium est, vt eruditè Comes in proœmio reg. Cancel. animaduertit. Nam ideò Vicecancellarius appellatur, quia solus Pontifex in ecclesia Dei cancellarius est. Et sicut Moses in regno & synagoga Iudæorũm pro Deo verus Cancellarius fuit, sic in ecclesia Dei solus Papa, cuius*

a 1

1

11

d

& Dei vnum atque idem dicitur esse consistorium, vt tradit Hostiens. in càpitul. quanto, de translat. episcop. cui se subscribunt Guilielm. Bened. in capitul. Raynutius, in verbo vxorem nomine Adalasiam, numero 205. de testament. & Cassanæus in Catalogo Gloriæ mundi in 7. part. consid. item 7. à quibus didicit Gomes, quos tamen silentio non præterijt, sicque Vicecancellarius vocitatur, quia vicem Cancellarij Dei, id est ipsius Pontificis gerit, veluti de Vicerege & similibus dici solet. Quod quidem in Cancellario Franciæ minimè locum sibi vendicat, cùm Rex ipse Cancellarius non sit, vnde non immeritò si munus hoc ab initio vni demandatum fuerit, qui Cancellarius appellaretur. Cuius potestas primaria post regem est, vt prodiderunt Luc. à Pen. in rubri. de præfect. Prætorio, libr. 12. C. Budæus in annot. in Pandectas, Purpur. in l. 1. column. 11. de offic. eius, & Bened. & Cassanæus præcipitatis locis, qui fusius de hoc officio loquuntur. Et Cancellarij scribæ dicuntur, qua dictione vsus est Flauius Vopiscus scribens, à Carino Imperatore factum esse præfectum vrbis vnum ex Cancellarijs suis. Quod scribarum munus præcipuæ apud priscos auctoritatis fuit, vt ex vno maximè Liuio libro secundo de Gn. Mutio verba faciente dignoscere possumus, ibi: Cùm militibus stipendium fortè daretur, & scriba cum rege sedens pari fermè ornatu multa ageret. Et paulò pòst scribam pro rege obtruncat. Et si Franciæ Cancellarius, nec non est Vicecancellarius, de quo loquimur, longè maius dignitatis culmen habeant, cùm iustitiæ sceptrum teneant. Et dicitur Cancellarius, quia rescripta, diplomata, & priuilegia, antequam sigillo muniantur, cancellat atque corrigit. De quo Policrates. Hic est (inquit) qui leges regni cancellat iniquas, & mandata pij principis æqua facit, vt tradunt Lucas à Pen. in l. neminem, C. de decur. libr. 10. & Gulielm. Bened. citato loco numero 193.

b Bulla.] Qui latinè pureque loquuntur, loco bullæ, diplomata

plomata dicunt, sed vnde * factum sit, vt hæc dictio eccle- 13
siasticis scriptoribus tam peculiaris habeatur, arbitror illud esse in caussa, quia diplomata quibusdam bullis insigniuntur. Nam insigne quoddam triumphantium ornamentum bullam fuisse satis constat, quam deinde ad conciliandæ virtutis notabiles Romanorum pueri vsurpauêre, ea enim & prætextæ vsque ad decimum septimum annum vtebantur, quo tempore deposita prætexta togam virilem sumebant, vt Cicero in proœmio Lælij, & Tranquillus in Augusto meminere. Hinc anni prætextæ pro annis pueritiæ apud Plinium libro 33. & Gellium Noctium Atticarum libro 1. capitu. 23. Et erat hæc bulla (vt Macrobius scribit) rotunda, & in cordis figuram formata. De qua Persius Satyra prima,

"Bullaq; succinctis laribus donata pependit.

Vnde cùm diplomata, vt robur habeant, atque firmitatem bullis pendentibus muniri debeant, vbi Diuorum Petri & Pauli imagines videntur, nimirum si diplomata, bullæ à digniore nomine vocitentur, & ab eo, quod soliditatem firmamentumq; præstet. Hinc bellissimè Glossator dixit in clem. 1. de iureiur. quod bulla dicitur plumbum pendens, siue sigillum auxeum, vel argenteum, vsque adeò, vt tunc literæ dicantur expeditæ, quando sunt plumbatæ, vt Glossæ verbis vtar super regula Cancellariæ, 14. & 60. cuius opinio testimonio Alexandri comprobatur responso 115. libro 2. & pro ea multùm arridet text. in capitu. licet, de crimine falsi. Vnde scriptores ecclesiasticos, quos barbarè in hac dictione bulla loquutos fuisse plerique omnes criminantur, ex prædictis defendi posse existimo. Nicolaus An. Grauatius.

De officio Contradictarum, eiusq; audientia, ac literarum expetitione.

CAP. V.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Officium contradictarum cur sic appelletur? & quod sit eius munus, & num. 4. & 8.*

2 *Beneficiorum resignationes vbi publicari debeãt & expectantium acceptationes.*

3 *Citatio per edictum cùm decernitur, in publica audientia legi solet & quare?*

5 *Officium siue audientia contradictarum, quas literas concedere soleat.*

6 *Officium cõtradictarum præter auditorem, duos habet lectores, & quatuordecim patronos, & quod eorum sit munus.*

7 *Officium signaturæ à certis annis, nedum in rescriptis gratiæ, sed etiam iustitiæ passim dispensat.*

QVOD si res iustitiam concernat, & ad iudices in prouincijs rescribatur, consueuerunt desuper literæ etiam sub plumbo ex-
2 pediri. 4. Quamobrem habet cancellaria alios expeditores istis rebus iustitiæ præpositos, quo-
3 rum * officium contradictarum vocamus, ea, vt opinor, ratione, quòd si inter impetrantes de persona iudicis de loco agendi iudicij, aliaue re impetrationem concernente, esset cõtrouersia, is qui se expeditioni opponit, solet hac in audientia audiri. Qua de re habet hoc officium auditorem, qui contradictiones istas audire & definire solet, & super similib. iudex est impetrantium in Rom. Cur. ordinarius, saltem à Papa verò ordinario subsitutus, prout inferius intelliges, cùm de iudicibus Rom. Cur. dicemus, vnde hanc Pont. audientiam, vocamus publicam, in

* qua

* qua vbi res publicationem desideret, vtpote 2
acceptationes expectantium, quę infra tres men
ses iuxta regulam de publicandis acceptationi-
bus fieri solent. Resignationes beneficiorum, vt
aliæ regulæ de publicandis resignationibus satis
fiat, literæ tum iustitiæ, cùm etiam mixtæ & me-
ræ gratiosæ in quibus iudices, vel exequutores
dentur cum clausula vocatis vocandis solet om
nia hac in audientia Pont. publica per certos le-
ctores ad hoc deputatos, alta & intelligibili vo-
ce, quasi per præconem legi, quam audientiam
propterea Eugenius quartus vocē præconis vo-
cat, certis literis suis de constitutionibus huius
officij earumq; obseruatione æditis, vnde si quæ
in ea publicantur tanquã gesta, in publico Prin-
cipis auditorio censentur omnibus nota. Quare
* inoleuit quoq; iudiciorum mos, vt citationes, 3
quæ per edictum publicum ob non tutum ad ci-
tandos accessum decernuntur, in hac prius au-
dientia publica legantur, & exinde vt magis in
notescant in valuis basilicæ diui Petri, & certis
alijs viciniæ citandi ecclesijs assignantur: solēt-
que publicationes & affixiones huiusmodi sic
citatum ad comparendum arctare, & nisi com-
pareat pro contumace victo tamen reputari, vn-
de si grauetur, quandocunque veniat à die habi-
tæ notitię appellat. Amplius * vbi iudices Rom. 4
Cur. quem absentem legitimè citatum reputent
contumacem, solent alteri parti comparenti fa-
cultatem citandi contumacem per istam audiē-
tiam concedere, vt videlicet singulæ citationes 5
in processu causæ necessariæ contra similes con
tumaces per istos lectores hac in audientia le-
gantur, & quasi per præconem ad singulos actus
citentur.

citentur. Hanc facultatem, quam processum per audientiam contradictarum vocamus, solēt iudices pluribus casibus litigatoribus concedere, vtpotè, si quis legitimè citatus non compareat, & pro contumace habeatur, reproductis citatione & illius exequutione, si quis semel cōparuerit, & non dimisso procuratore acceptāte recesserit, docto de eius recessu & absentia: dixi autē acceptante, quia si non acceptantem quis dimiserit, & recesserit non cogeris aliàs constitutum procuratorem monere, vt acceptet, vel recuset, neq; eum vlterius per censuras, vel aliàs cōpellere, prout aliqui ex vrbanitate, nōnulli etiam eorum inscitia consueuêre, si tamen expediat, vel aliàs placeat, poteris eadem vti vrbanitate. Ego consueui tantum constitutum procuratorem iudicialiter monere, non etiam vlterius compellere, nisi fortè expediret contradictorem habere. Tertius casus est, si is, qui semel comparuit, & nullo dimisso procuratore, quòd si dimisso non tamen eo domino litis facto mortuus fuerit, docto extraiudicialiter de eius obitu contra interesse putantes. Item si quis procuratorem dimiserit acceptantem, & mors eiusdem Procuratoris contigerit, docto similiter de eius obitu, idque si absens procuratorem dedit, si verò præsens, & recesserit, docto etiam de eius absentia. Quo casu voluit quandoque Rota amplius requiri, vt mors Procuratoris principali intimaretur, Aegid. deci. 495. quæ nostro tempore non seruatur. Solet * etiam Cancellaria per hæc contradictarum ad iudicis decretum literas iudiciales, quas vocant, maioris iustitiæ litigatoribus sub Pontifi. nomine, ac plumbeo sedis sigillo dare,

lo dare, vtpote remissorias, sequestratorias, exequutoriales, interdictorias, & brachij sæcularis inuocatorias, reuiso tamen per alterum ex procuratoribus audientię toto iudicis processu, eodemque in audientia relato, & per eandem audientiam probato. Amplius ex generali delegatione Pontifi. pro commodiori impetrantium expeditione de pluribus per signaturam concedi solitis (ne pro illis cogerẽtur supplices diem signaturæ expectare) absque alia ipsius Pon. signatura concedere, habetq; semper officium virum doctrina ac rerum Cancellariæ experientia grauem, qui expeditioni similium rescriptorum præest, & illa eiusdem Cancellariæ mores, ac dicendi formulas pro eius àrbitrio similia rescripta postulantibus concedit, negat, atque concedi solita corrigit, quem propterea officij contradictarum correctorem vocamus, quique ad hanc effectum habet locum in parco. Solet autem hæc præsertim concedere, vtpote commissiones caussarum ad iudices in prouincijs cũ inhibitione sub censuris, cum facultate citandi, per edictum aggrauandi, reaggrauandi, & brachium sæculare inuocandi, cum de rogatione etiam constitutionum Bonif. 8. & concilij generalis, quæ vtique maioris vocantur iustitiæ, prout iudiciales, de quibus suprà diximus. Amplius & pleraque, quæ dicuntur minoris iustitiæ, & ordinariæ vocantur expeditiones, vtpote simplices caussarum commissiones in forma conquestus, commissiones etiam vniu⁹, vel plurium appellationum in forma sua nobis in quibus seruatur constitutio Bonifa. circa iudicis deputationem, quod videlicet non dentur iudicis extra

tra locum rei vltra duas dietas, confirmationes quoq; libertatum & immunitatum alicuius familiæ vel loci, in forma cùm à nobis, sub qua solet etiam audientia referibere, vbi aliquem locum sub protectione Diui Petri & Apostolicæ sedis reciperet. Confirmationes etiam concordiarum & transactionum in forma communi, cum clausula, sicut ritè, & prouidè sine alterius præiudicio & sine prauitate facta sunt, ac ab vtraq; sponte receptæ, necnō confirmationes fundationis alicuius altaris sub tecto alicuius ecclesiæ, ac reseruationis iurispatronatus. Confirmationes etiam beneficiorum exemplo nouæ prouisionis, cum clausula canonicè adeptum, & sicut pacificè & iustè possides, translationes quoque alicuius professi regularis de vno ordine ad alium, non tamen laxioris, sed paris vel arctioris obseruantiæ, & hæc in forma gratiosa. Dantur etiam literæ reuocatoriæ eorum, quæ per vsurariam prauitatem gesta sunt, præsertim pignorum, vt fructus in sortem computentur, necnon alienationum Ecclesiasticæ rei, quæ in euidens ecclesiæ damnum factæ essent, non obstantibus literis, instrumentis, iuramento, renunciationibus adiectis pœnis, & confirmationib. apostolicis in forma communi, ac etiam reuocatoriæ literæ omnium, quæ contra aliquem ad sedem Apostolicam venientem post arreptum iter, comperirentur gesta. Dantur quoque literæ volentibus sanctum sepulchrum visitare, sed hodie sunt antiquatæ. Item aliquæ ad Episcopum ordinarium, vt promoto ad sacros ordines diœcesano suo de competenti prouideat beneficio in forma, cùm sicut secundum Apostolum.

Literæ quoque conſeruatoriæ priuilegiorum, aliæ contra laicos moleſtãtes clericos ſuper impoſitionibus laicis imponi ſolitis, contra prędones & inferentes extraiudiciales moleſtias, contra parochianos denique non ſoluentes decimas parocho ſuo, & ſi quæ alia in hac audientia petantur non diſcrepantia à ſacris canonibus, concedi ſolent. Habetque * iſta audientia ad hos v- 6
ſus præter auditorem duos lectores omniũ præmiſſorum, quos non niſi ſcriptores apoſtolicos eligit, quorum officium perpetuum eſt, & lectores audientiæ contradictarum vocantur, à qua ſtipem ſinguli habent menſtruam quatuor ducatorum. Habet etiam duos notarios, vnum pro Vicecancellario, cuius munus eſt, omnes publicationes & literarum ac citationum lectiones, quæ dietim in audientia fiunt notare. Alterum pro auditore eiuſdem audientiæ, quæ actuarius eſt cauſſarum, quæ coram auditore inter interpretantes contingebant, licet hodie ocioſus. Itẽ habet hæc audientia quatuordecim ipſorum impetrãtium patronos ſeu procuratores, quorum munus eſt, omnes literas, quæ per hoc officium expediuntur, veluti abbreuiatores ſolent literas gratiæ dictare, ipſasque literas ſupplicibus vel litigatoribus (receptis iuxta taxationes officij debetis ſolutionibus) ſub nomine Pon. ac Plumbeo Sedis ſigillo expeditas dare. Pro quarum expeditione, ſi iudiciales forent, vtpote exequutoriales, ſequeſtratoriæ aliæúe ſimiles, ſolebant litigatores regeſta cauſarum afferre, ad procuratores dictæ audientiæ, qui ſoli poterant in ea impetrare impetrantiũq; cauſas agere vel defendere, ac alia munera prædicta exercere, etiamſi

cipalis adesset. Is quem sibi ex aliorum numero litigator elegasset processum causæ videbat: totam eius seriem in audientia recensebat, ac pro literarum expeditione instabat, & si audientia iudicis processum probasset, literas iudiciales petitas cum narratione totius processus sub nomine Ponti. ac plumbo concedebat. Quòd si audientia non probasset iudicis processum, consueuit illum & litigatorem ad iudices, vt melius ageret, remittere. Sic rarò vel nunquam literæ huiusmodi exequutoriæ, vel aliæ pro iustitia rescribentes à curia exibant, non nisi iustè & ritè datæ, non nisiq; sub candido ac vniformi semper stylo, grauique ac veneranda forma, ac sacrosancto Pontifi. nomine, & adorandis Apostolorum imaginibus expeditæ. Nimirum, si vbique etiam apud exteras & finitimas regiones recipiebantur, obediebantur, & venerabantur,
7 veluti diuinæ iussiones. Verùm * à certis annis consueuit Signatura in rescriptis iustitiæ mixtis, ac pluribus etiam merè gratiosis, non tamen impetrationis beneficiorum omnes ab ista literarum expeditione passim dispensare, & per solitam clausulam, per breue sanctitatis vestræ hac supplicatione introclusa facultatem concedere, omnibus petentibus expediendi per Secretariam sub annulo piscatoris, adeoque frequens est ob dispensationē huiusmodi impetrantium ad ipsam secretariam aditus, vt rarò fiant per audientiam similium literalium expeditiones, remaneatque eius auditor ociosus, & ferè antiquata sua iurisdictio. Quò fit, vt quotidiè difformi & obscœno cuiusque indocti ac imperiti viri dicendi stylo dicta, plerunque etiam ineptias

eptias continentia, vtpote si ad magistratus laicos ecclesiastici status cum facultate declarandi, aggrauandi, reaggrauandi, & interdicendi prout sæpius vidi, rescribatur. Varioque, & sæpius incompto, ac ferè illegibili caractere in humili etiam papyro scripta plerunque etiam vndequaque deleta exeunt ad partes rescripta. Amplius consueuit quoque signatura litigatores omnes petentes ab expeditione literarum apostolicarum super sequestrationibus fructuum, remissionibus, & exequutorialibus dispensare, ac de rogando regulis, ? quas non sine vrgenti ratione ædiderant antiqui patres, vt non nisi ab hoc graui collegio reuisæ, & non aliàs, quàm sub plumbo expediri possent) passim concedere, vt auditor suo nomine suoque sub sigillo decernant. Quapropter expeditores contradictarum fuerunt pluries apud Pontifi. de præmissis conquesti, sed opinor potius rem ab ipso non satis intellectam. Nam vbi sub Pontifi. sacrosanctoque nomine exirent istæ iudiciales literæ nunc sub prorsus incognito apud regiones, vel plerunque nimis noto Auditoris nomine dantur. Vbi forma erat grauis sub plumbeo Sedis sigillo, ac venerandis Apostolorum imaginibus. nunc sub simplicis auditoris signo seu sigillo. Vbi adetat & sermonis, & scripturæ candor à tot prudentissimis viris per multa tempora perpolitus, & à tanto collegio omnia reuisa non nisi iustè, & ritè obtenta exibant, nunc à quouis indocto (vt dicunt) Copista dictantur ac scribuntur, & innumeræ exoriuntur nullitatum simplegadæ, quibus si meo consilio æquipollens accederet auctoritas facilè occurrerem

sed nō desunt in scæna interloquutores, qui huic tabulæ manum admoueant, & rem ipsam melius absoluant.

ANNOTATIONES.

a 8 QVamobrem.) *Non modica* antiquitus erat Auditoris contradictarum dignitas. Nam post Cardinales & Vicecancellarium primas obtinebat, in præsentia vero antiqua ab illa dignitate longius distat: multùm enim oppressus diminutusq; (si tempora consideremus) ipsius auditoris est gradus, vt non ab re conqueratur Bonifacius Vitalinus olim Rotæ præclarissimus auditor in clem. ne Romani, ℘ sanè, de electione qui de potestate, quam olim Auditor contradictarum habebat, nonnihil scribit, qua de re etiam gloss. Goffr. atque Host. in clem. Auditor de rescript. Nicolaus Ant. Grauatius.*

De literarum expeditione per Cameram Apostolicam.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Literarum expeditiones, quæ per cameram apostolicam fiunt, expressum pontificis iussum requirunt.*

2 *Pontifex signo crucis iussum & consensum præstat literis per cameram apostolicam expeditis.*

3 *Annatæ solutionem quis recipiat.*

SOLENT quoq; sollicitatores etiam per Cameram apostolicam, licet cum maiori dispendio literas expedire, quandoque voluntariè, vtpotè, si incuria sua consensum per notarium cameræ duntaxat recipi faciant. Quo casu

casu per cameram tantum literæ expediri possunt, etiam si esset materia per Cancellariã concedi solita, quare consueuerunt sollicitatores practici, vbi res sit per Cancellariam expedibilis, curare vt vel à notario tantùm eiusdem cancellariæ, vel ab vtroque consensus recipiatur, nonnunquam etiam necessariò oportet eos per Cameram expedire, vt tunc non refert, per quẽ notarium etiamsi per notarium Cancellariæ reciperetur consensus. Necessitas autem contingere solet, si subiecta bullæ materia nò sit per cancellariam concessibilis, & quandoque etiam si sit talis, indigeat tamen supplex aliqua narrationis specie, quam non consueuerit Cancellaria recipere, vel si absens is, qui impetrat & velit de beneficio prouideri absque discussione habilitatis: Quandoquidem non solet cancellaria pro absente rescribere, nisi cum deputatione iudicum, quibus hæc notio delegatur. Camera autem simpliciter confert beneficium absenti. Proinde * expeditio per Cameram expressum desiderat Ponti. iussum. Soletque alter ex plumbatoribus, vbi bullas plumbauerit, eas genuflexu ad pedes Pontifi. afferre. & iussum Pontifi. ad hoc necessarium eo signo postulare, vt infrà dicemus. Huius autem cameralis expeditionis ordo erit, vbi supplex habuerit bullam de manu scriptorum & abbreuiatorum, si subiecta bullæ materia, annatæ solutionem desideret, potest per seipsum omnes adire participantes, & eorum subscriptiones, & vt vocant manus, soluta cuique portione sibi contingente habere, prout supra in expeditione per Cancellariam diximus. sin autem nolit, vel annata sol-

uenda non sit, bullę adferuntur ad Summistam, vel eum, qui eius vices gerit. Huic dantur bullæ vna cum supplicatione in ventre, & pro suo honorario soluitur sibi supplex vnum ducatum, & quandoque duos vel tres, prout subiecta materia videtur sibi expostulare: is bullam iudicat, si cum supplicatione concordet, & corrigit, si opus sit. Is quoque Secretariorum nomine, aliã recipit taxam, quantam receperunt scriptores, & exinde bullas ad officium plumbi transmittit vbi à plumbatoribus plumbantur, plumbatas affert illas alter ipsorum ad pedes Pontifi. genu flexu, eo actu iussum Ponti. vt diximus necessarium expostulans, quem Ponti. signo crucis manu facto concedere solet, quo habito plumbator easdem bullas ad Summistam reportet, receptis tamen prius duabus taxis similibus taxæ scriptorum, amplius & certis iulijs, qui eisdem fratribus Plumbatoribus ac etiam Pœnitentiarijs diui Petri applicantur. Idem Summista eidem plumbatori receptæ bullæ fidem manu sua facit, & si bulla manum Iannizerorum non habeat, eam remittit ad alterum ipsorum ad hoc deputandum in palatio & camera ipsorum residentem, qui recepta ipsorum taxa iuxta taxationem bullæ, prout suprà in expeditione per cancellariam diximus. Si materia subiecta aliquem partis consensum desideret, eandem bullam ad notarium cancellariæ vel cameræ, quem intelligit recepisse consensum remittit, & recuperata bulla cum consensu requisito à tergo mittit: eam ad notarios cameræ, qui recepta bulla eam iuxta eorum turnum vni ipsorum distribuunt registrandam, cui sollicitator mercedem

eedem soluit iuxta longam vel breuem ipsius bullæ seriem, & is, cui fuit distributa bulla, vbi eam registrauerit, à tergo fidem suæ registraturæ manu sua facit per hæc verba. Registrata in camera apostolica, & nomen suum adscribit, N. notarius. Quòd * si bulla annatæ solutionem desideret, notarij cameræ remittunt supplicem ad depositarium Ponti. qui solet semper esse aliquis insignis Bancarius, qui portionem annatæ ad Pontifi. spectantem recipit, & de receptione fidem facit soluenti. & si Summista videat participantium manus bullæ appositas non esse, idem summista eandem ad collegia participantium mittit, & eorum residentias, quas in palatio habent, & in quibus solent certi cuiuslibet sodalitij siue collegij residere ad hoc pro tempore deputati. Quibus omnibus eorum annatæ portiones soluit supplex, & singuli bullæ manum suam apponunt, & hæc nisi materiæ annatarum sint euentuales, vtpote regressus, & similes, vel si puræ, facit tamen supplex extraiudicialem fidem, quantum notario cameræ mensario deputato sufficere videatur, quòd alius sit in beneficio intrusus, neutro enim casu tunc soluitur annata, nec Papæ, nec participantibus contingens, sed vtroque casu notarius cameræ pro integra annata nomine Pontifi. & omnium participantium recipit à supplice si sit præsens propriam obligationem, aliàs cautionem de soluendo annatam in suos euentus, si propter euentualem gratiam eius solutio retardetur: si verò propter intrusum in euentum adeptæ possessiionis, & notarius post registratam bullam soluta annata, vel recepta obli-

§.

gatione, vt suprà secundum suos casus bullam registratam parti sollicitanti relaxare solet.

De Literarum ac breuium expeditione per Secretariam Apostolicam, & de Cardinali breuium signaturæ præposito.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Secretarij apostolici de quibus rescribant.*
2 *Breuia cur sic appellentur, & num. 7.*
3 *Officium Secretariæ apostolicæ, à quo Pontifice institutum fuit, & quando, & quot in eo secretarij existant.*
4 *Breuia triplici modo scribuntur, & quilibet declaratur.*
5 *Officium Summistæ qualæ sit*
6 *Bullæ vt breuiter expediuntur, formula, siue modus docetur.*

1 NOnnunquam * etiam literæ apostolicæ de rebus gratiæ, iustitiæ, vel tertij generis mixtæ, extra cancellariam & cameram apostolicas per Secretariam expediri solent, præsertim ab Innocent. 6. citra, ante cuius tempora non erant in Secretaria, nisi certi secretarij domestici, quorum opera Summi Pontifi. de rebus fidem ac rempubl. concernentibus tantum, ad Reges, Principes, Respu. Ciuitates. Cardinales, absentes, Episcopos, & alios vtraque via rescribebant, nempe bullatica sub eisdem Apostolorum plumbeis imaginibus, sed politiori amplius, & alia sub annulo piscatoris sigillo, bre-

lo breuiori tamen,& quasi epistolari in cæra, & quandoque etiam in plumbo.a quas * literas vt- a
pote breuiores,& quasi epistolares in discrimen 2
bullarum, Breuia vsus vocauit, prout si literas eiusdem Innocentij,quas hodiernum secretario rum sodalitium libro constitutionum suarum compilatas habet, legeris, ex ibidem præsuppositis liquere poterit:desseuit tamen similium breuium in plumbo vsus, & eis duntaxat sub cæra, nostra vtitur ætas. Dixi * autem ab Innoc. 6. ci- 3
tra,quod ipse egente tunc Ecclesia accepta à plu ribus notabili, & ferè sexaginta mille ducatorũ quantitate collegium 32. secretariorum iunctis prioribus domesticis, qui aliàs collegium non habebant instituit.Ea tamen lege,vt vbi contingeret aliqua vacare vsque ad octo extinguerentur, & superstitibus collegijs vnirentur, donec res ad numerum 24. tantum temporis tractu reduceretur, & collegium exinde eodem numero ex addititijs & duobus insuper domesticis constaret,quos Pont.pro prioribus eius,ac S.R.E. secretis negotijs nulla interueniente solutione sibi semper delegit,quosque de omnibus prouentibus collegij cum alijs æquis portionibus voluit esse participes. Huic collegio,ne eorum pecunia in publica permutatione huiusmodi ocio sa esset, plura designauit emolumenta, & inter alia exercitium, & expeditionem omnium & singularium literarum in forma breuis tam sub cæra,quàm sub plumbo. Quarum literarum in forma breuis sub cæra adeò à certis annis frequẽ tissimus fuit vsus,vt Summi Pont. consueuerint aliquem ex Cardinalibus iurisperitum,& de rebus Roman. Cur. expertissimum deputare, qui

pluribus ex obseruatione Rom. Cur. per breue concedi solita, concedit. Quorum aliqua apud Staphil. suo libello de literis gra. & inst. in calce legere licebit, absque alia Pont. signatura, habito tamen eiusdem Pontif. vnæ vocis oraculo per se ipsum, vel per alium, & in expeditionibus huiusmodi non aliàs supplicationes porriguntur, sed solæ breuium minutæ ab Abbreuiatoribus, vel alio eius artis experto dictitatæ, quas idem Reuerendiss. huic signaturæ præfectus quò ad formam reuidet, additque vel minuit pro eius arbitrio, & reuisam minutam ab ipso subscriptam, supplicibus, vel eorum sollicitatoribus restituit, quę postmodum apud expeditores fidem facit: & exinde literæ in eadem formà breuis in tenuiori pergamento conscribuntur, & scriptæ sub annulo piscatoris nuncupato ferè semper nostris temporibus sub cæra expediuntur omnes apud Secretarios domesticos, quos supradiximus, & eorum Scriptores, & expeditæ expectantibus accepris earum taxa pro natura rei, necnon scriptura seu mercede restituuntur. Quorum breuium Signaturæ meo tempore præpositos Cardinales noui, primùm Reuerendiss. Bo. Me. Cardinalem eius nominis Ghinuccium, virum natura prudentissimum, & deniq; rerum Roma. Cur. experientia consumatissimũ, & modò Reuerendiss. eius nominis Crescentium, virum longè maioris eruditionis, & non minoris experientiæ. Apud hoc Secretariæ officiũ expediuntur etiam omnes supplicationes, Signaturæ per breue expediri solitæ, vel in quibus signatura indulget, vt per breue expediri possint etiam si concedatur, vt per breue supplicatione inter-

intercluſa,& iſta breuia,quæ vigore ſupplicationum expediuntur, omnia apud collegium dominorum Secretariorum,ob quorum frequentẽ vſum conſueuerunt à certis annis domini ſecretarij deputare vnum ex ſcriptoribus breuium eorum receptorem,& vt vulgò dicitur ſubſtitutum, qui nomine collegij ſupplicationes expediendas à ſollicitatoribus recipit, & breuia deſuper expediri curat,ac expedita acceptis ſolitis ſolutionibus protaxa ac mercede ſcriptorum ſollicitatoribus reſtituit. Quorum * breuiũ triplex conſueuit eſſe reſcribendi modus, nempe ſupplicatione introcluſa, & iſta ſemper clauſa ſollicitatoribus dantur. Amplius & alia ſupplicatione non alias introcluſa,ſed extenſa: Quarũ aliqua aperta dantur, vtpote,ſi non ad ſingularẽ perſonam, nec ad certum vniuerſitatis corpus, ſed ad vniuerſas & ſingulas perſonas, vel ſi ad particularem perſonam, certumque vniuerſitatis corpus,ad futuram tamen rei memoriam,vel omni caſu ſi ad Hebræum,vel eorum vniuerſitates Pontifex reſcribat: his enim caſibus ſolet Secretaria per breue apertum, alioquin ſemper per breue clauſum reſcribere. Amplius vltra literas in forma breuis, regiſtrantur quoque per ſecretariam plurimæ literæ in forma bullæ de his, quæ per cameram, vt ſuprà dictum fuit, expediuntur. Suntq; certæ præcipuæ materiæ, quæ ex antiqua obſeruatione non aliàs ad notarios cameræ apoſtolicæ,ſed ad dominos Secretarios regiſtrandæ remittuntur, vtpotè literæ facultatum, indultorum, confirmationum, diſpenſationum,abſolutionum,conſeruatoriæ,indulgẽtiæ exemptionis, donationis, infœudationis, legatio-

4

gationis, vel gubernij, necnon gratiarum omniũ ad vacatura beneficia, non tamen ad vacantia, nisi essent literæ secundæ & accessoriæ ad præcedẽtes, vtpote in forma perinde valere, & aliæ, si quæ sint literæ, in quibus fructus non exprimantur, quas omnes apud tabellam in officio Summistæ retineri solitã legere licebit, cuius * summistæ munus est, istas materias ab alijs discernere, ac ad dominos Secretarios registrãdas remittere. Cæterùm nonnullæ etiam literæ de his, quæ per cameram expediuntur, in quibus fructus exprimuntur, & quæ ad notarios eiusdem cameræ pertinere solent, per hoc secretariæ officium quandoque expediuntur ac registrantur, sed rarò & hoc quoque non nisi ex Pontifi. indulto, ex quo per eam supplex euitat manus officialium & solutiones, quæ tam per cancellariam, quàm per cameram apostolicas fieri solent, in præiudicium officialium. Solet autem Pont. hanc expeditionis viam concedere pro rebus familiarium ipsius Pont. vtpote affinium, & intimorum, pro Principibus, & eorum intimis familiaribus, vel denique pro alijs quoq; popularibus, si quos Pont. solutiones euitare velit intuitu vel Principis, vel patriæ, prout videmus temporibus nostris pluribus Germanis intuitu patriæ concedi, non quòd gratior sit Pontifici, sed quòd hisce téporibus maior pars Germaniæ à Sedis obedientia defecerit, cupiatque Diuus Paulus nunc Pon. ipsam ad ouile reducem facere, cuius * expeditionis via breuior est. Vbi enim ab abbreuiatore habueris minutam bullæ dictitatam, eam dabis datario, qui in fidem, quòd Pon. indulgeat huius expeditionis viam, scribit in calce minutæ

tæ ad ſecretarios, vt expediatur. Hinc minutam & ſupplicationem ad ſecretarios affers, apud quos alter ex ſuis ſcriptoribus bullam conſcribit, recepta bullæ mercede, & alter ſecretariorũ illam iudicat cum ſupplicatione concordantem & corrigit vbi opus eſt, & concordatam ad plũbatores remittit, plumbata ad ſecretarios reportatur, & apud ipſos regiſtratur, & ſecretarius regiſtraturæ fidem facit à tergo bullæ, per hæc verba, Regiſtrata, & nomen ſuum adſcribit: regiſtratam parti ſollicitanti reſtituit. Solent tamen Secretarij, & plumbatores ab omnibus ſuum honorarium recipere, niſi Pont. iubeat remitti: & cùm iubet, audiui pluries meo tempore & ſecretarios, & fratres plumbatores de hoc conqueri, & apud ipſum Pont. & plerunque ſunt adeò difficiles, & inexorabiles, vt ſupplex eligat potius ſoluere, quàm contendere.

ANNOTATIONES.

Quas literas* *Breue apoſtolicum appellatur, quia breuibus verbis res in eo ſcribatur, & poteſt dici breuis & breue cùm vtroque modo ab auctoribus vſurpetur. Lampridius in Alexandro. Milites ſuos ſic vbique ſciuit, vt in cubiculo haberet breues & numerum & tempora militantium. Et Imperator in l. vltim. de conueniendis fiſci debitoribus, C. li. 10. Inter chartulas confiſcati, breuis quidam aſſeueratur inuentus, qui nomina debitorum contineret, & in l. excellentia, de erogatione militaris annonæ, lib. 12. Flauius in Aurelio: Breue (inquit) nominum conſcripſit. Poſſumus etiam breuiarium dicere, ſic Tranquillus in Auguſto, Fecit breuiarium totius imperij, quantum militum ſub ſignis vbique eſſet, quantum pecuniæ in ærario, & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis, & Plinius libro 18. Verùm, vt pariter omnis culturæ breuiarium perag atur. De hac Breuium materia, quæ quantum* 7

tum

tum in Curia Romana versetur lippis (vt dicitur & tonsoribus patet, Gomesius commentarium satis curiosè fecit, quem appellant tractatum breuium, ad eum ergo confugias. Nicolaus Antonius Grauatius.

LIBER II.

DE AVDIENTIA CAMERAE APOstolicæ, eiusq; ditione ac membris.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Cameræ Apostolicæ audientia, quare sic vocetur, & cur sex prælatos domesticos, qui clerici camerę appellãtur, Pontifex sibi adsciuerit, & quid in ipsa camera tractetur, & nu. 3.*

2 *Secretarij domestici munus, quale sit apud Pontificem.*

4 *Camerarius hodie succedit in locum procuratoris Cæsaris.*

2 1 VERVMa cùm superius aliqua de Camera apostolica obiter dixerimus, nũc locus est, vt de eavberius loquamur. Vocatur * autẽ audiẽtia Camerę apostolicę, ea vt opinor ratione, quòd esset audientia Pontific. domestica, in qua Pontif. plæraque per seipsum tractabat, & audiebat: pro quibus facilius agendis adsciuerat sibi Pontif. sex Prælatos domesticos, quos propterea cameræ Apostolicæ Clericos vocamus, quasi ad cameram ipsius Pontif. ele-

electos, κλῆρος, enim apud Græcos sortem siue sorte electum significat, quo exemplo & omnes, qui ad cultum diuinæ rei eliguntur, clericos quoque vocamus. Hi erant ipsius Pont. consiliarij domestici, apud quos tractabat Pontif. omnia, quæ ad dispositionem suam seorsum à sacro senatu spectant, vtpote regimen vrbis ac totius status temporalis: rationes quoque vniuersi Aerarij. Hic etiam Pontif. viros magistratibus dabat, vel potius contra vrbi & Prouincijs præterquam Sedis Legatos, vnde etiam hodie quotquot dantur in manibus Reuerendiss. Camerarij fidum exercitium iureiurando promittunt. Hic si cum Ponti. de rebus publicis ad suam dispositionem spectantibus contrahendum erat, & tractabantur & celebrabantur contractus. Hic literæ beneficiales, veluti per cancellariam expediri solent, si supplices hanc expeditionis viam sibi elegerint, vel propter subiectam materiam, vel propter aliquam narrationis speciem gratia non esset per cancellariam expedibilis, & propterea expressam desideraret Pontif. iussionem, prout suprà, vbi de hac expeditionis via loquuti fuimus, fusius scripsimus. Hic autem contra eos vtroque seu altero Ecclesiæ gladio feriendos statuebantur pœnæ, cùm prophanæ, tum etiam Ecclesiasticæ, prout & qualitas personæ, & natura facti expostulasset. Hic si de publicis functionibus & vectigalibus tum ecclesiasticis ex vniuerso orbe, tum tẽporalibus ex statu Ecclesiæ, siue inter priuatos, seu vniuersitates, siue inter priuatũ, & fiscum esset controuersia audiebãtur causſæ. Hic deniq; subditi omnes in partibus grauati ex vniuerso statu Ecclesię temporali, veluti

ad

ad ſupremam & propriam ipſius Ponti. audientiã via appellationis, vel aliàs conuolare ſolent, ſed rebus Romanæ Eccleſiæ auctis, adeò multiplicabant negotia & cauſſæ, vt Pontif. paulatim ab his muneribus ſe reuocans, rarò in hac audientia conuenit, niſi vbi de grauioribus erarij, aut annonæ rebus, vel de mala diplomatum expeditione agatur. Amplius & nonnulla quoque ex præmiſſis conſueuit hodie per ſe ipſum ſeorſũm à camerali hac audientia expedire, vtpote electiones ad magiſtratus, & alia, ſi quæ ſunt grauiora, vel aliàs videantur Pont. ad partem expedienda, in quorum exequutionem viros adſciuit ſibi alterius ordinis, nempe familiares quoſdam
a à ſecretis, quos * ſecretarios domeſticos vocamus. Intra quem ordinem adſciuit ſibi noſtra ætate Diuus Paulus Hieronymum Dandinum Cæſennatem virum adeò obſequentis, & agilis ingenij, vt nihil ſit, quamuis cæteris non ferendũ, quòd omne non ſit ſibi factu facillimum. Reliqua munera, quæ ſuprà diximus ſoler noſtris tẽporibus audientia iſta camerales ſeorſum à Pontif. exercere, aliqua etiam per nonnullos miniſtros pro commodiori omnium exercitio dictæ cameræ inſitos, quorum tamen vota ſunt in ipſa audientia conſultoria duntaxat, quorum aliqui habent audientiam ſeorſum à camera, quaſi foraneam pro faciliori forenſium expeditione: de quibus eorumque propriis muneribus nunc dicemus.

ANNOTATIONES.

a Verùm.) *Etſi* * *Cameræ Apoſtolicæ officium longè ante à Cardinalibus, quàm Vicecancellariæ munus fuerit commiſſum*

missum, veluti Gomesius probat in proœmio regularum Cancellariæ, vt dici videatur, Camerarium Vicecancellario anteferendum, tamen ea, quam superius demonstrauimus ratione, quia Vicecancellarius iustitiæ sceptrum habet, eidem primus post Pontificem in vrbe locus datur, Camerario verò secundus, cuius quidem magna est potestas. Hic enim de Vrbis regimine studium habet, & curam. hic Ecclesiæ patrimonio fiscoque præest cap. ad Audientiam, de præscrip. & in Clem. ne Romani, de electione. De cuius potestate atque dignitate Card. Zabar. & Bonifacius Vitalinus eo loci nonnihil attingunt, vbi post glo. in verbo Camerarium, illud inter cætera memoriæ prodiderunt, ad camerarium pertinere, Ecclesiæ redditus pauperibus erogare. Quod diuum Laurentium fecisse legitur tyranno dicentem: Thesauros, quos quæris, manus pauperum deportauerunt. Et hinc descendit, quòd morte Pontificis hoc Camerarij officium non finitur: ne interim pauperes, qui alendi sunt fame perirent. 86. distin. cap. Pasce. Et ne etiam ecclesiæ redditus negligantur, sine quibus spiritualia diu esse non possunt. 1. q. 3. si quis abiecerit, & ca. cum secundo, de præbend. Quem * sanè Camerarium, locum 4
Procuratoris Cæsaris hodie vendicare, censuerunt Capic. dec. 97. & Iurisconsultissimus præceptor meus. D. Ioannes Bolognettus in rubri. ff. de officio eius, cui mand. est iuris. d. num. 17. Qui quidem Camerarius, cum Apostolicæ cameræ caput sit, fiscoque præsit, hac in re Præfecto prætorio æquiparari etiam potest, auth. de collatoribus, §. eos autem, & l. vltim. de exact. tribut. lib. 10, quibus in locis Comes sacrarum largitionum, qui thesauri custodiam habebat. Præfecto prætorio rationes reddere tenebatur. Auguror quoque Camerarium loco præsidiarij successisse, cuius quanta olim fuerit potestas satis patet. Quanquam Budæus & Pyrrhus arbitrentur Aerarij Præfectos hodie illos vocari posse, qui generales finantiarum in Francia appellantur. Nicolaus Anto. Grauatius.

De Reuerendißimo Camerario, ſeptem clericis eorumq; reſcriptis.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Officium camerarij, ſiue cameralis audientia, qua negotia complectatur.*

2 *Camerarius reſcribit de mandato Pont. viua vocis oraculo ſibi dato, & hac in re ei creditur.*

3 *Reſcriptorum formula in cameralis audientia, epiſtolaris eſt, Quorum duplex eſt expeditio.*

HVic cameralis audientiæ hodie præſunt Reuerendiſſimus Gui. Aſc. Sfortia Cardinalis eius nominis de ſancta Flora diui Pauli nepos, iuuenis caſtigatiſſimi ingenij, cuius meo prognoſtico, maior erit exitus, quàm fuit expectatio, Ioannes à Caſa Florentinus Archiepiſcopus Beneuentanus, Hieronymus Saulus Archiepiſcopus Beneuentanus, Hieronymus Saulus Archiepiſcopus Barenſis. Iulius Gongaza regulus de Nouellaria, Petrus Lippomanus Venetus Epiſcopus Veronenſis, Alexander Campegius Epiſcopus Bononienſis, Hieronymus Fuſcharus Venetus, & Franciſcus Soderinus Florentinus. Soletque * Reuerendiſſim. Camerarius ex horum voto ſeu decreto, & quandoque etiam à ſeipſo ad iudices de iure reſcribere, vtpote de omnibus prophanis rebus ad magiſtratus in ſtatu S.R.E. temporali: extra verò de ſolutionibus decimarum, de fructibus beneficiorum, de ſpolijs clericorum defunctorum, alijſque rebus Cameram apoſtolicam tangentibus. Reſcribit * autem ſemper ſub aſſertione, quòd de mandato Pont.

1

2

Pont. viuæ vocis oraculo sibi dato: creditur que in hoc suæ assertioni; tanquam sit de spectantibus ad officium suum. Formula * rescriptorum epistolaris est, & vulgò literæ camerales vocantur. Quarum duplex est expeditio. Aliæ enim obsignatæ & clausæ, Aliæ verò patentes & apertæ sub sigillo Camerarij supplicibus dantur. 3

De Thesaurario, seu magistro sacri Aerarij eiusq; officio.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Thesaurarius cur sic appelletur.*
2 *Aerarium & fiscus differunt, & quæ sit differentia.*
3 *Publica non sunt principis iure proprietatis, sed administrationis.*
4 *Quæstorum origo, deq; eorum officio.*
5 *Thesaurarius æquiparatur vrbano Quæstori.*

POst Reuerendiss. Camerarium, primus est ratione officij, is, qui a Aerario præest, quem * ideò Thesaurarium vocamus, quòd apud ipsum æs omne, quod in Camera apostolica intrat, recondatur & reponatur: cuius munus tantùm est, æs Cameræ Apostolicæ recipere, custodire, & vbi opus est erogare. Consueuit tamen à certis annis deputari mercator aliquis insignis, qui de mandato Thesaurarij æs recipit & soluit. 1 2

ANNOTATIONES.

Aerario.) *Fiscum potius, quàm Aerarium hodiè appellandum esse arbitror, cùm pecunia non sit populi, sed Principis. Differt enim* * *ærarium à fisco. Nam ærarium dicitur pecunia publica ab ære, quod condebatur in æde Saturni, vt Macrobius libro 1. Saturnaliorum, cap. 4. meminit, quòd Saturni tempore, nec auaritia, nec improbitas, nec vllum fuerit furtum commissum. Aes namque maximo fuit antiquitus in precio, aurumque iacebat, vt cum Lucretio dicam, at nunc versa vice iacet æs, aurum summo succesſit honore. Et primũ ex ære pecunia signata fuit, adeò, vt pecunia pro ære accipiatur. Ouidius in Fastis.*

Aera dabant olim, melius nunc omen in auro est
Victaque concessit prisca moneta nouæ.

Fiscus verò appellatur pecunia Imperatoris, aut Principis, quam damanium vulgò dicimus, quod verbum à fiscis dictum est, i. sportulis, vt Asconius Pædianus Actio. 2. in Verrem, his verbis docet, Fisci, fiscinæ, fiscellæ sportea sunt vtensilia ad maioris summæ pecunias capiendas. Vnde quia maior summa est pecuniæ publicæ, quàm priuatæ, factum est, vt fiscus pro pecunia publica, æs inde conficere dicatur. Hæc ille. erant enim nummorum receptacula, vt manticæ, marsupia. Et est propria ipsius principis, & non alterius pecunia, vt Vlpianus in l. 2. ne quid in loco publico, in hæc verba scribit. Res enim fiscales quasi propriæ, & priuatæ Principis sunt, sicuti patrimonium de quo Africanus in l. apud Iulianum in fine in libro iuris ciuilis primo delegatis. Et si aliquã tulum differebant. Nam aliàs Iustinianus deinde res patrimoniales fiscalibus non æquasset, vt in l. vlt. C. de quad. prescrip. Et quod inter fiscum & ærarium discrimen sit, dilucidius Plin. iunior in Panegyrico ad Traianum sic demonstrat. At fortasse non eadem seueritate fiscum, qua ærarium cohibes, immò tanta maiori, quanto plus tibi licere de tuo, quàm publi-

publico credis. Et cuius sententiæ illud adnotandum censeo, quod * publica non sunt Principis iure proprietatis, sed administrationis onere. Qua in re ex nostris multos, & magni quidem nominis: præcipuè in consuetudinibus feudorum (ni fallor) aberrasse, credo. Et quantum ab ærario distet fiscus, Dion etiàm in vita Traiani commemorat. Nam ærarium (vt diximus) populi & Reip. est, Fiscus verò principis. Hinc Iuuena. Sat. 4. 3

Quicquid conspicuum pulchrumq; est æquore toto,
Res fisci est vbicunque natat.

Et ærarij administratio Quæstorum fuit, vt Pomponius in l. 2. ff. de origine iuris in hæc verba scribit. Deinde cùm ærarium populi auctum esse cœpisset, vt essent, qui illi præessent, constituti sunt quæstores, dicti ab eo, quòd inquirendæ & conseruandæ pecuniæ caussa creati essent. Quæstorum * autem origo vetustissima fuit, & ante omnes penè magistratus. Nam vt Dionysius in annalibus ait, Regibus alius non fuit magistratus, quam tribunus celerum, qui rem militarē cum eo curaret, & Quæstores etiam, qui publicam pecuniam tractarent, ac congererent. Sic Varro, sic & Pædianus in tertiam Verrinam. Quamuis à quo quæstura primùm inuenta fuerit, incerti sint auctores, alij enim à conditore Vrbis Romulo, alij à Numa Pompilio, nonnulli verò & plures à Tullo Hostilio autumant. Cæterùm, quid quæstorio muneri conueniat, intercisè à scriptoribus traditum est, ipse tamen breuibus, aut locus expostulat, aliquid enarrabo. Coss. Prætoresque in prouincias profecturi singulos quæstores habebant, quorum curæ singula erat accepta expensaque rationibus inferre, captiuam prædam, ac quicquid auri argentique veniret appensum adnumeratumque conseruare, vectigalia populi Romani in Prouincia exigere, & demum omnium illustres rationes dare, illasque confectas atque absolutas in ærarium deponere, vt ex Gratiano in eo libro quem de temporibus 4

scripsit, Varrone, & cæteris historiarum scriptoribus coniectari licet. Hinc Asconius in Diuinationem, Hæc erat, (inquit) prima Senatoris administratio. Quæstorem fieri, & in Prouincia curam gerere, publicæ pecuniæ in vsus diuersos erogandæ. Et Ci. in Prætura vrbana, Ne diutius teneam, pecunia attributa numerata est, profectus est Quæstor in prouinciam, venit in Galliam expectatus ad exercitum consularem cum pecunia. Erant etiam * vrbani quæstores, quorũ negotiosa plenaque sollicitudinis administratio fuit. Nam & ærarij & vectigalium populi, Romæ curam gerebant. Quorum similitudinem habere Thesaurarium, quem vocamus, de cuius munere hoc capite, fortassis nõ inscitè dici posse, crediderim. Video tamen Budæum, qui censet, pro vrbanis quæstoribus præfectos ratiociniorum hodie nos habere, quos magistros computorum appellamus. Sed quos, nunc Thesaurarios dicimus, præfectos fisci nuncupari posse, idem Budæus in annot. in Pandectas existimauit. Nico. Ant. Grauatius.

De Auditore curiæ causarum Cameræ Apostolicæ, eiusq; auditorio & ditione.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 Auditor cameræ super quibus notionem habeat, & nu. 10.

2 Obligatio secundum formam cameræ Apostolicæ, ideò sic vulgò appellatur, quia ab ipsa camera ortum habuit, & de eius materia, nume. 4. cum sequenti.

3 Præuenire actorem, an & quando reus possit cupiens viam censurarum euadere.

4 Fori priuilegio, quando forenses capitolini renunciare possint.

5 Ob-

5 *Obligatio secundum formam camerae comprahēdit debitorem, etiamsi in Roman. curia non apprehendatur.*

6 *Auditor camerae, in quibus casibus ingerit se contra Episcopos caterosq; Prælatos.*

7 *Auditoris camerae multiplex est procedendi formula.*

8 *Excommunicationis in causa, quomodo procedatur.*

9 *Auditor camerae per duos vicarios iurisdictionem exercet.*

11 *Excommunicatio an sit latinum verbum.*

12 *Excommunicatio non est Christianorum inuentum.*

SEcundus * est ratione officij cui gladium, 1
vt vocant, Ecclesiæ spiritualem tradidit camera Apostolica, a is est omnium censura- a
rum alter Vulcanus & fulminator, sunt enim censuræ fulmina Ecclesiæ, vnde & omnium, qui ex aliquo capite sunt censurarum rei, concessa sibi est à camera ad partem, quasi foranea audientia, vtpote eorum, qui in constitutionem, aliasque literas Apostolicas censuratas commiserint, eisdemve parere neglexerint. Quamobrem vbi quis velit eos, qui se effectui literarum Apostolicarum super collationibus beneficiorum solutione pensionum alijsque rebus opponant, vel aliàs parere negligant, ad parendum per censuras literis adiectas compellere, huius audientiam adit. Idem si quis spontè conuentionales subiuerit censuras, consentiens se pro obseruatione præmissorũ posse excommunica-

a ri, quæ * obligationis formula ab ipsa camera initium habuit, vt debitores suos strictiore vinculo haberet obligatos, quare & formula cameræ apostolicæ vulgò vocatur, quæ post modum ad priuatos quoque traducta est. Solent enim duriores creditores, similes promissiones censuratas à debitoribus suis stipulari. Quare ipse se literarum apostolicarum & similium obligationum in forma cameræ generalem exequutorem cui nos in obligationibus in forma cameræ hoc indiscretè non concedimus, sed vbi actor viam censurarum eligeret, velletq; reum per ipsas censuras compellere ad parendum, vel aliàs faciendum satis obligationi suæ, vt præmittitur censuratæ, essetque hæc ad proprium munus suum fulminandi censuras accessio quædam potius, quá noua ditionis species, secùs autem vbi actor via ordinarij iudicij, aliasve citra censuras mallet procedere, tunc enim posset & coram quouis alio iudice causam suam agere, aliàs diceremus contra suæ obligationis formulam, qua promissor solet se iurisdictioni & compulsioni cuiuscunque iudicis ecclesiastici, vel sæcularis supponere, imò si actor cœpisset hic ad exequutionem suæ obligationis agere, posset a cœpto iudicio contra iuris regulas recedere, & aliud alibi instaurare iudicium per specialem clausulá obligationis huiusmodi, qua sibi hæc facultas concedi solet. Vereor tamen, an impunè id sibi liceret, & vt opinor, non nisi refectis expensis, quibus reum priore iudicio grauasset, quòd casus iste ex solita extensione videatur omissus, & proinde in dispositione iuris communis remaneat, hanc tamen iudicis præuentiuam electionem, de qua

qua ſupra diximus, crederem actori tantum ex obligationis formula conceſſam. Vnde * ſi reus 3
cupiens euadere viã cenſurarum actorem præueniret, prout plerunq; ſolent rei alios iudices adeundo, etiam eius, cuius ipſe proprius eſſet forenſis, vtpote, ſi Romanus eius Prætorem vrbanum, quem Senatorem vocant, vel ſi clericus vicarium Papæ adiret, non gauderet reus iſta præuentione, aliàs eſſet in facultate ſua excludere actorem à facultatibus in obligationis formula ab ipſo reo ſtipulatis, nempe compellẽdi ipſum coram quibuſcunque iudicibus, amplius & euadere cenſurariam compulſionem, ex quo iſti alij iudices non poſſunt fulminare ſimiles cenſuras, quam rem haud facilè admittunt capitolini iudices. Solentque pro viribus iſtas præuentiones cum actorũ iniuria defendere, nec aliàs cauſam remittere, niſi doceretur alibi fuiſſe præuẽtum, idq; minus libenti animo, quaſi de iure ſuo cedant, ea ratione, quòd ſtatutorum vrbis libro primo, de fo. competen. capitu. xxxiiij. cautum eſſe dicant, ne Forenſes * capitolini priuilegio 4
fori ſui valeant etiam iureiurando renunciare, cùm priuilegium ſit conceſſum populo, & non ſingularibus perſonis, prout ſolemus dicere de priuilegio fori Eccleſiaſtici, quæ licet vera ſint, non tamen inſeruiunt in propoſita ſpecie, ita vt hac ratione poſſit forenſis capitolinus, qui ſe in forma cameræ obligaſſet, compulſionem & cenſuras Auditoris cameræ euadere. Quandoquidem is, qui ſe in ampliori forma cameræ obligat, non priuilegio fori, quod iuris publici eſt, & ſtatutum, vt ſuprà prohibet, ſed defenſioni ſuæ, quæ iuris eſt priuati renunciare videtur,

& veluti confessus, conuictus, & omni defensione destitutus, non ad alium forum transit, sed animam suam pro re, vel quantitate promissa Ecclesiasticæ censuræ supponit, quæ fori sæcularis non est, & cum anima coercenda sit, non cadit declinatoria fori, & veluti in casu excepto ab ipso statuto, dum se limitat per hæc verba, videlicet, Dum tamen fuerit talis causa, quæ in curia capitolij siue foro sæculari de iure tractari possit, quandoquidem iudices capitolini, vtpote laici, animæ coertionem non habēt. Amplius huic quoque demandata est extra censurarum caussas, cum simili decidendi facultate aliarum caussarum ad partem audientia, quæ propriæ sunt caussa ipsius curiæ cameralis, à quibus omnibus nomen auditoris curiæ caussarum cameræ apostolicæ sibi vendicauit, vtpote omnium, qui ex vniuerso statu Ecclesiæ temporali, ac etiā à iudicibus Vrbis, præterquam à Gubernatore, Vicario, & Senatore grauati, Pontifi. appellant, & ad cameralem tanquam supremam & propriam Pontifi. audientiam via appellationis recurrere solent, quos omnes & similes eorū caus. sas, tanquam ordinarius à Papa substitutus sine alio rescripto audire, & pro iustitia diffinire solet, contra decis. cccxxxvj. si à iudice de appel. in no. secundum quam non potest in huiusmodi caussis appellationum se intromittere, & quicquid facit hodie est ex speciali facultate sibi nouissimè data, præterquam in appellatione a iudice Marescalli, aliàs curiæ Sabellorum, quarum est ordinarius, prout si capitula iurisdictionum vrbis Syxti. iiij. lib. statu. inserta legeris, liquere poterit, procedit tamen in similibus datis dilatio-

dilationibus, seu seruatis (vt aiũt) terminis substantialib. in causis beneficialibus rotalibus dari, seu seruari solitis, item causarum quoq; omnium exemptorum, quas Pont. suæ camerali audientiæ reseruauerat. Is contra eosdem si criminaliter quauis via etiam inquisitionis procedẽdum sit, iuxta formam iuris pœnas omnes Ecclesiasticas infligit, ac etiam pecuniarias, nõ tamen corporis animaduersiones, quas si in causis suis nouerit omninò infligendas. Solet veluti Ecclesiasticus iudex reos ad Gubernatorem vrbis, tanquam ad exequutorem brachij sæcularis, & gladij Ecclesiæ temporalis, de quo inferius dicemus, remittere. Idem si ciuiliter inter ipsos, vel eorum alterum ad cuiusuis instantiam procedendum sit, inter quos veluti eorum ordinarius via monitorij, vel summariæ petitionis diformi tamen procedendi formula, nempe, si hodie de minori summa centum agatur absq; dilationibus & terminorum substantialium obseruatione. Si verò de maiori summa ageretur datis dilationibus & rotalibus terminis in beneficialibus causis dari, seu seruari solitis. Quo exemplo etiam inter non curiales & extra Romanam curiã degentes ordinaria auctoritate ius dicit, vbi contrahentes ratione initi cõtractus, aut destinatæ solutionis in Ro. cu. ac eorũ suppositionis cameræ apostolicæ eiusdem Ro. cu. forum sorti fuissent. Quod * tamẽ Aegi. de fo. comp. in camera ianuensi conclu. cccv. & Inno. in c. licet ratione, in principio de for. comp. & in c. dilecti filij, circa medium ver. & intelligo hoc si ibi inueniatur, restringunt ad casum, vbi debitor in Ro. cu. apprehenderetur, quam restrictionem audi-

tor

tor non seruat, imò etiam in obligationibus extra Romanam curiam factis, & in quibus solutio fuit alibi destinata, dum tamen forma cameræ adiecta sit, se ingerit etiam contra absentes,
6 vt infrà dicemus. Et * generaliter etiam extra istas personas, & casus, vbi de pensionibus super fructibus ecclesiasticis, vel de ipsis fructibus inter quoscunque ageretur, qua generalitate vtitur ipse in suis casibus sine discrimine contra quoscunq; prælatos etiam episcopos, & nititur etiam illam ad Cardinales extendere, tametsi in generali dispositione non veniant, nec vlla ratione auditor id comprobet, nisi certis, vel potius in certis exemplis, quibus ostēdit apud suæ curiæ notarios, aliquos Cardinales ordinarium iudicium eorum forsan inscitia passos quandoque fuisse: quod etsi concederemus, non tamen præiudicat ordini, adeoque à certis annis suam iurisdictionem iure, vel iniuria auxit, vt quocunque vult spiret, licet quandoque audierim apud diuum Paulum in auditorio gratiæ de iurisdictone sua disputatum, & contra ipsum de pluribus vocatum, in eo præsertim capite decernendi monitorij extra curiam contra non curiales, nec ratione debiti, vel criminis in curia contracti, cuius partis acerrimus fuit defensor Thomas Cortesius, dum viueret episcopus Vasionē. nemini in auditorio secundus, à quo hæc omnia accepi. Crediderim tamen iurisdictionem auditoris in hoc posse defendi, vbi reus diu in solutione cessasset, vel in crimine insurdesceret, adeò, vt ratione peccati hoc factum auditori, veluti ecclesiæ denunciaretur, vt propterea ad eximendum reum à peccato eundem ad solutionē debiti,

debiti, vel criminis expurgationē, quasi via denunciationis per censuras ecclesiasticas & moneret & compelleret. Fateor tamen auditorem non debere hac via vices suas omnibus petentibus passim, sed cum maiori cognitioni caussæ ac personarum discrimine concedere. In alio quoque opinor auditorem iurisdictionē sibi vsurpare, vbi contra non curiales & in Rom.cu. non deprehensos vigore obligationis in forma cameræ, extra Ro.cu.initę, in qua non esset solutio in eadem curia destinata per audientiam cōtradictarum nulla prȩcedente citatione, sed iurata duntaxat absentia procedit, in qua specie etiam vbi solutio fuisset in curia destinata, fuit aliàs tempore Aegidij sacrum palatium in voto, vt auditor non posset similem obligatum in Ro. cu. non deprehensum coram ipso ad iudicium euocare. Aegid. de For. comp. in caussa mea. Ianuen. conclu. 305. Apud * istum auditorem multiplex est procedendi formula secundum suos casus, si via monitorij, vel summariæ petitionis in casibus sibi concessis agatur, & lis contestetur. Diximus autem multiplicē esse, quia si hodie de minori summa centum non aliàs seruatis terminis substantialibus, si verò de maiori eiusdem terminis substantialibus, prout in beneficialibus seruatis ad diffinitiuam, & quando via monitorij veniret monitus condemnandus ad reintegrationnm eiusdem monitorij per litis contestationem, & comparationem rei ad viam simplicis citationis redacti procederetur, si actor viam censurarum eligeret, & habita reintegratione, reus prævijs citationibus, prima ad videndum se excommunicari, quia non paruit

monito-

monitorio, nisi pareat excommunicatur, nisi ad
8 primam cum intimatione. Qua * intimatione facta citato reo ad videndum se declarari, & literas decerni, declaratur, & similiter literæ decernuntur, decretæ relaxantur parti, relaxatæ publicantur, & pro publicatione in acie campi floræ ad finguntur. Reus postmodum per decem dies expectatur, quibus lapsis in tertia citatione ad videndum se aggrauari, reaggrauari, & brachium sæculare decerni, aggrauatur, reaggrauatur, & brachium sæculare decernitur. Quòd si lis non contestetur, & monitorium sit exequutum in curia præuijs similibus citationibus proceditur, vt suprà vsque ad brachium sæculare. Si verò monitorium fuerit extra curiam exequutum, tunc præuijs quatuor dilationibus siue citationib. ad docendũ se paruisse monitorio pro prima, secunda, tertia, & quarta dilationib. tandem reus ob non paritionem excommunicatur, & exinde vsque ad brachium sæculare, vt in superiore casu proceditur. Non absimilis est procedendi formula, vbi ad paritionem literarum apostolicarum cuiusuis generis etiam exequutorialium, & illarum exequutionem procederetur, præuijs scilicet quatuor similibus dilationibus, seu citationibus ad docendum se paruisse literis apostolicis, vel exequutorialibus reus excommunicatur, & successiuè, prout suprà declaratur, & brachium sæculare decernitur. Quòd si ad exequutionem literarum apostolicarũ contra aliquem ex alio capite procedendum est, & non quia negligat parere, sed quia commiserit in eas, tunc citato reo productis literis, & probato, quòd reus cõtrà fecerit, declaratur in curriſſe

pœnas

pœnas in literis contentas. Idē si reus canonibus pœnalibus, & censuratis contraueniſſet, & propterea pœnæ canoni adiectæ infligendæ eſſent probato facto contra canonem ad pœnas iuxta diſpoſitiouem canonis procedi ſolet, quòd si ad exequutionem obligationis in forma camerę, & cōuentionales cenſuras procederetur, habet hæc formula à debitore conſtitutos procuratores irreuocabiles etiam iureiurando ad confitendum iudicialiter debitum iuxta rei promiſſionem, vt etiam inuito reo poſſit creditor per organum dictorum procuratorum ad releuandum ſe à via ordinarij iudicij reum habere confeſſum, & tanquam contra confeſſum à iudice exequutionem & ipſius rei compulſionem etiam per cenſuras eccleſiaſticas iuxta obligationis formulā. Quare præuia citatione ad confitendum debitum, & videndum ſe excommunicari, niſi reus per ſeipſum fateatur debitū, obtinet actor per alterū ex procuratorib. nominatis illud iudicialiter cōfiteri, & notarius actuarius permittēte ſtylo abſque alia præſentia, verbo vel ſcientia dicti procuratoris nominati confeſſionē huiuſmodi extendit, ſub ipſius nomine, & iudex ſub eadem citatione decretum excommunicationis cōcedit, cum dilatione, niſi infra tres dies non aliàs ipſi reo intimanda, lapſo triduo citato reo ad videndū ſe declarari & literas decerni. declaratur, publicatur, & prout ſuprà in alijs diximus, vſq; ad brachiū ſæculare proceditur. Huic auditorio hodie pręeſt Ioan. Baptiſ. Cicada nobilis Ianuēſis, exercet * is iuriſdictionē per duos vicarios ſuos quorū vnus priuatis, alter verò publicis pręſunt iudicijs, habetq; auditorium ad cauſſarum vſus

nouem

nouem notarios actuarios omnes maxima cauſ-
ſarum congerie occupatos, intra quorum ſoda-
litium ſiue collegium ſolent ſemper adeſſe ple-
riq; in arte notariatus celebres viri, ad quorum
collegium ſolent iudices huius auditorij non-
nunquam litigatores remittere, vbi de his, quæ
ad artem notariatus ſpectant controverteretur,
& in pluribus, etiam extra artem de his, quæ ſuis
temporibus viderint ipſi in auditorio ex certa
obſeruatione, in nonnullis caſibus ſeruatum, &
eorum reſponſis conſueuerunt litigatores ac-
quieſcere, vel iuxta illorum ſententiam iudices
decernere.

ANNOTATIONES.

a 10 IS eſt.) *Auditorem* * *Cameræ inter curiales antiquitus dicere cõſueuiſſe, in quibuſdam memoriæ promptuarijs ſcriptum inueniri Aegidius teſtatur deciſione 210. meminit & Rota deciſione antiqua 728. de cuius quidem auditoris poteſtate idem Aegid. non vno in loco in mentionem incidit, vt liquet deci. 196. 805. & 308. vbi ait. extra Romanam curiam iuriſdictionem haudquaquàm habere. Cæterùm multis ab hinc annis Auditoris laxior eſt poteſtas, atque magnifica, vt ad magnum iuriſdictionis culmen ſit eius munus euectum. Hic inter alia gladium habet ſpiritualem, fulmina in contumaces diraſque precationes mandat, excommunicationem ſcilicet, (ita enim ſacri ſcriptores*

11 *vocant,) quod † verbum etſi alios apud auctores non legatur, vt politioris literaturæ viri barbarum eſſe contendant, & pro excommunicatione, interdictionem dicant, nihilo ſecius verbum communico apud plures legere eſt, quorum Ciceronis tantùm omnium principis teſtimonium aſſeram ex Orat. pro C. Balbo. Eſt enim in populum Romanum graue, non poſſe vti ſocijs excellẽti virtute præditis, qui velint cum periculis noſtris ſua communicare. Quid enim aliud ſignificet communico, quàm participo, & quod priuatum eſt,*

aut eſſe

aut esse potest, vniuersorum facio? Inde (vt auguror) excommunico, id est, extra communionem hominum pono, eorumq; consuetudine rerumq; vsu interdico. Cyprianus verò excommunicatos eleganti vocabulo abstentos vocauit. Sed cùm * excommunicationis sermo inciderit, sciendum est, 12
haudquaquam Christianorum fuisse inuentum, vt Theologi Pontificijque iuris interpretes autumant. Nam Druides & Carceres Galliarum populos sacrificio impios interdixisse, Cæsar libro septimo Commentariorum, de illorum moribus, ac ritibus scribens, demonstrat, qui viuam excommunicationis, qua vtimur, imaginẽ in hæc verba exprimere videtur. Si quis aut publicus, aut priuatus eorum decreto non stetit, sacrificijs interdicũt, hæc pœna apud eos est grauissima. Quibus ita est interdictum, hi numero impiorum ac sceleratorũ habentur, his omnes decedunt, aditumque sermonemque defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque his petentibus ius redditur, neq; honos illis communicatur. Hæc Cæsar. Liuius etiam libro sexto, Decadis iij. excommunicationis similitudinem innuere videtur his verbis: Qui victus acie excessisset, eum ne quis vrbe, tecto, mensa, lare reciperet: diram execrationem in populares, obtestationemq;, quam sanctissimam potuerunt, aduersus hospites composuerunt. Et libro 10. Decadis iiij. Huius atrocitas facinoris nouam veluti flammã Regis inuidiæ adiecit, vt vulgò ipsum liberosq; eius execrarentur: quæ diræ breui ab omnibus Dijs exauditæ, vt sæuiret ipse in suum sanguinem effecerunt. Testatur etiam Aemilius Probus in vita Alcibiadis, Eumolpidas sacerdotes à populo Athenienſi coactos fuisse, vt Alcibiadem deuouerent, eiusque deuotionis, quò testatior esset memoria, exemplum in pila lapidea incisum, positum fuisse in publico. Qua de re & Plutar. in eodem Alcibiade, ac Iustinus libro quinto, vt cætera in præsentia omittam, quæ in annotationibus suis in Probum attulit Hieronymus Magius Anglarenſis. Vnde Christiani nedum ab Euangelio, Diuiq;,

Pauli institutis sed ac ethnicis scriptoribus excommunicationem extimescendam esse discant cùm Ecclesia ipsiusque præsules in contumaces, tumidos, inobedientesque spirituale gladium vibrant. Nicolaus Antonius Grauatius.

De Gubernatore Vrbis, eiusq; auditorio & ditione.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 *Gubernator vrbis intra quadragesimum duntaxat lapidem iurisdictionem habet.*

2 *Curia Sabellorū, quæ sic appellatur, est Marescallus vrbis, & de eius potestate.*

3 *Prauentio locum habet, inter curiam Sacelloni & Senatorem vrbis.*

4 *Gubernator vrbis excommunicare non valet etiam in causis vigore obligationis in forma camerę.*

5 *Gubernatoris officium in quo consistat.*

6 *Gubernator duos vicarios habet.*

7 *Iudicandi ratio multiplex fuit olim Romę in capitalibus iudicijs.*

8 *Parricidium antiquitùs non solùm parentis, sed cuiuscunque hominis cædes appellabatur.*

9 *Gubernator Vrbis æquiparatur Quæstori, & Præfecto Vrbis.*

a HVic proximus est alius a Cameræ Apostolicæ minister, cui camera alterum Ecclesiæ gladium, scilicet temporalem tradidit. Is ratione proprij officij inferior est auditore. Verùm à certis annis consueuerunt Reuerendiss. pro tempore S. R. E. camerarij, vt se ab ordi-

ab ordinarijs cameralibus audientijs reuocarent, vices suas ei subdelegare, idque à tãto tempore, vt iure quasi præscripto hanc sibi delegationem vendicare posset, quasi munus proprio eius officio vnitum, qua ratione solet is veluti vicecamerarius auditorem, ac etiam partes ipsos clericos in camera, & alibi omnes prælatos præcedere, non autem ratione proprij officij, quod proximo ex omni capite inferius est, siquidem si gladium eccles. à cuique traditum respiciamus, dignior & grandior est spiritualis auditori datus, quo animaduertit in animas, si * territorium iste vrbem duntaxat & districtum infra quadragesimum ab vrbe lapidẽ pro territorio habet, nec in vrbe vniuersas populi species: Auditor verò vsq; ad exteras & finitimas regiones. Quòd si species populi vrbis cuiq; datas auditor eas habet, quas Pontif. velut digniores suæ propriæ & camerali reseruauerat audientiæ, nempe, familiarium suorum, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium & aliorum eadem ratione à iurisdictione aliorum iudicium exemptorum Romanam Curiam sequentium, vtpote Oratorum, Principum, & Ciuitatum, officialium Romanæ Curiæ, & insignium mercatorum, reliquis inferioribus Romanam Curiam sequentibus Marescallus * vrbis ius dicit, quem hodie Curiæ Sabellorum iudicem vocamus, & vbi grauentur, auditorem appellant, prout si capitula distinctionis iurisdictionum vrbis per Syxtum quartum, & bullam per Iulium secundum æditam libro statutorum vrbis cõpilata legens facilè dignoscere poteris. Is igitur ratione proprij officij gladio tẽporali Ecclesiæ ferit eos, & bra-

chij ſæcularis eſt exequutor, cauſſas quoque brigoſorum, treguarum, ſecuritatũ, aut pacis ruptarum, querelas etiam vaſallorum aduerſus barones ſuos infra fines ſui territorij quadrageſimum ſcilicet lapidem, etiam capitales, cauſſas etiam mercedum omnes ſine tribunali, & ſine ſcriptura ſummariè & manu regia audire & decidere debet, iuxta formã ſtatutorum vrbis, vel iuris communis, vbi ſtatuta deſint, & in omnib.

3 * etiam prædictis inter ipſum & ſenatorem vrbis locus eſt præuentioni, & ſi concurrant omnibus Senator præfertur. Non * poteſt tamen Gubernator in cauſſis ſuis etiam, ſi vigore obligationis in forma cameræ corã ipſo ageretur, excõmunicare & cẽſuras eccleſiaſticas alias fulminare, quod munus hoc propriũ ſit auditoris, de

5 quo ſuprà loquuti fuimus. Is * denique ratione vicecamerariatus, & tanquam vicecamerarius omnibus iuſdicentibus, & officialibus vrbis ceu ſuperintendens præeſt, & iure præſidentiæ huiuſmodi ſolet in primis paci Ciuitatis, & Romanæ Curiæ ſtudere, ac alijs officialibus vrbis, & Romanæ Curiæ in concernentibus pacem, & quietem Ciuitatis, & Curiæ Romanæ aſſiſtere, eiuſque manum & auxilium præſtare. Amplius & litigatores omnes ad ipſum venientes extra

6 prænarratas cauſſas ad eius notionem pertinentes ad ſuos iudices remittere, reducesque facere, & in quib. à ſuis fortè iudicibus apud ipſum conqueruntur ſe grauatos cauſſas ipſorum non inter litigatores, ſed inter eum, qui de iudice conqueritur, & ipſum iudicem audire, & vbi non erit iuſtas fuiſſe querelas prouidere, vt in quãtum iuſtũ eſt à paſſis grauaminib. releuetur, &

quòd

quòd iudices debitas dilationes ac terminos nõ denegent,& quos nouerit iudices alioſue iuſtitiæ officiales contrauenisſe,eadem facultate coercere poterit,vel honeſtius agẽdo omnia Pont. referre.Tu ſi capitalia Syxti quarti, bullamque Iulij ſecundi ſuperius citatam legeris, ferè hæc omnia de officijs Gubernatoris & Vicecamerarij comprobare poteris. Conſueuerunt tamen à certis annis pleriq; Gubernatores, cognitionem cauſſarum,& ex illis prouentus adfectantes, litigatores à iudicibus ſuis grauatos apud ipſos reclamantes, non aliàs prout tenentur controuerſiam inter reclamantẽ & iudicem audire,& litigatores demũ ad ſuos iudices remittere, ſed omnes quotquot veniũt,& eorum cauſſas,quantumcunque alibi cœptas audire, & decidere, & plerunq; etiam reis calumniantib. ſignificationes priuatas facere, ne vigore mandati alterius cuiuſq; iudicis moleſtari poſſint, & miniſteriũ iuſtitiæ impedire. Quòd ſi contra formam ſuarum ſignificationum tametſi à iuſtitia abhorrentium,in aliquo contrà fiat,exequutiones pro viribus retractare,& plerunque cum iudicibus pugnare, quorum exequutores quandoque ſolent dare pœnas. Quamobrem noſtris temporibus videmus Gubernatores vbi ptoh biti ſunt, nullum habere tribunal,pluſquam tribunal ſibi cõſtituere,vbi cauſſas manu regia,& ſine ſcriptura expedire tenerentur: Scribarum copias habent, qui ingentem actorum congeriem quotidie ſibi congerunt, & de vnoquoque minimo litigatorum actu notando contra communem morem notariorum aliarum curiarum, idque etiam ſi cauſſa commiſſaria ſit, in qua poſtmodum re-

gesta cum graui litigatorum dispendio compilare solent, prouentus faciunt, & vt vides in cómissarijs caussis bis exigunt. Solerque* Gubernator pro commodiori forensium expeditione duos in audientia sua vicarios habere, vnum in publicis iudicijs, is solus in hac Alma vrbe, & si semper tyro caussas, vbi de summa rerum agitur, audit & iudicat. Res certè à tantis patribus prætermissa, de qua pluries apud multos conquestus fui, nec cessabo, donec videro tantæ rei aliam præscriptam esse formam, maximè nostra ætate, qua ob iudicum tenuitatem, vel modicam pietatem non valent rei fisco resistere, imò iudices ipsi solent reos ex suo præscripto more, quasi hostiliter insectari. Quòd si aliquis virorum ordo publicis iudicibus constitueretur, vel saltem quatuor latrunculatores vrbis locum haberent, vbi bis in hebdomada conuenirent, & non nisi omnium voto possent reum torquere, vel iudicare, cessarent hæc omnia, apud istos rarò, vel nunquam caussas defendo, quod vt semper facias, rebus sic stantibus plurimum suadeo. Alterum habet Gubernator suæ curiæ vicarium, qui priuatis præest iudicijs, apud quem minus versatus sum, nulla tamen certa adest apud ipsum procedendi formula, quare nec monstratione indiges. Tu quanto minus hoc in foro versaberis, tuæ magis prospicies conditioni. Solent autem hîc versari tantùm causidici (causidicos autem auctoritate Fab. Quintiliani eos voco, qui nobiliore foro inutiles extitissent) ac huiusce fori veluti canes laniarij esse adscriptitij.

ANNO-

ANNOTATIONES.

ALius Cameræ.) *Cùm vtrunque gladium à Deo Pontifex habeat, spiritualem scilicet, de quo diximus, & temporalem, de quo in præsentia loquimur hunc Gubernatori Vrbis exercendum tradidit. Hic enim delictorum est animaduersor & castigator. Verùm ad quam antiquorum magistratuum similitudinem constitutus fuerit, certum non habeo. Nam* ratio iudicandi Romæ tum Reipub. florente, tum Imperatorum ætate varia fuit & multiplex & vt cuilibet liberum fuit potenti, leges latæ sunt & potestas. Liuius enim apud Regem fuisse hoc munus iudicare videtur, dum de Superbo rege in hanc sententiam loquimur. Metum vt incuteret, cognitionem capitalium rerum sine consilijs per se solus exercebat: propterque eam causam occidere, in exilium agere, bonis multare poterat. Et Suetonius etiam in Caligula idem ostendit, quòd Imperator ipse causas cognoscebat. Duumuiros etiam iudicandi rationem in iudicio tamen perduellionis habuisse, ex Liuio liquet libro primo, ab vrbe condita, qui Horatianum iudicium agens, sic memoriæ prodidit: Duumuiri perduellionem iudicant, si à Duumuiris prouocauerit, prouocatione certato, si vincent, caput obnubito, infœlici arbori reste suspendito, verberato, vel intra pomœrium, vel extra pomerium. Hactenus Liuius. Consules hanc deinde in perduellionis reos potestatem habuisse, idem Liuius de Bruto loquens, enarrat, qui primus Consul Iunios, Vitellos, & Aquilios supplicio affecit, etsi de his, quæ capitalia erant, alibi sæpè non iudicasse legatur, vt Liuius libro secundo. Populo etiam iudiciorum potestas permissa fuit, & primum iudicium de Coriolano fuit, qui in exilium pulsus est, si Liuio & Dionysio credimus. Sed ex Ciceronis sententia primum iudicium illud fuisse videtur M. Horatij, de quo meminimus, ait enim ipse in Oratione pro Milone, Romana ciuitas primũ iudicium de capite vidit M. Horatij, qui nondũ libera*

ciuitate, tamen populi Romani comitijs liberatus est, cùm sua manus sororem interfectam fateretur. Et hoc primum, quod Romæ fuit de capite iudicium parricidij fuit. Nam cùm M. Horatius sorore interfecta in iudiciũ est adductus, illum lege Numæ de parricidio interrogatum aiunt Festus,
8 Dionysius, & Plutarchus. Vnde * Parricidium non parentis, sed cuiusque necessarij cædem appellabant. Lege enim Numæ Pompilij ita cauebatur, Si quis liberum hominem mortisciens duit, parricida esto. At Marcellus in l. prima, ad legem Pompeiam de Parricidijs, ait, huius criminis non teneri, nisi qui patrem, matrem, fratrem, sorores, aliosque propinquos occiderit. Verùm, illum etiam Parricidij teneri existimo, qui in patriam machinatur, quæ communis omnium parens est. Hinc Cicero libro primo Offic. Potest enim, dij immortales, cuiquam esse vtile, fœdissimum & deterrimum parricidium patriæ, quamuis is, qui se eo obstrinxerit, ab oppressis ciuibus parens nominetur? Sed redeamus vnde digressi sumus, Tribuni Pleb. diem capitis quoque dicebant, vt de Virginio Tribuno legitur, Prætores insuper, Quæstores capitalibus iudicijs præerant, quorum officium primo Digestorum libro ab Vlpiano enarratur, Varrone de lingua Latina, multisque alijs. Cùm ergo plerique fuerint, qui capitalibus quæstionibus præerant, cui magistratui Gubernator magis adhæreat, dubitationem res habet, cerserem
6 tamen * potius Quæstoris, quàm alterius instar habere, cùm ille cæteris laxiorem in quærendis, puniendisque malefitijs potestatem habuerit. Hinc Quæstor à quærendo, & quæsitor vocatur, Vergilius,

" Quæsitor Minos vrnam mouet.
" Et Claud. Quæsitor in alto
" Conspicuus solio pertẽtat crimina Minos.

Quamuis Præfecto Vrbis, Gubernatorem æquari etiam posse, auguror. Et licet hic intra quadragesimum lapidem iurisdictionẽ exerceat, ille verò ad centesimũ vsq; cognitionem,

ani-

animaduersionemque habuerit, vt in Pandectis legitur, de officio Præfecti vrbi, nimirum videri tamen debeat. Nam Principes Romani valdè propagatum tunc imperium habebant. Et huic opinioni maiorem in modum concinit, quod doctißimus præceptor meus D. Bolognettus scribit in rubric. de offic. eius, nume. 17. vbi de magistratibus Neapolitanis loquens. Magnum iustitiarium Præfecto vrbis æquiparat. Qui nempe magistratus cum vrbis Gubernatore affinitatem habet. Quanquam dicat Purpuratus in l. prima, num. 96 ff. de offic. eius, quòd præfecti vrbis simulachrum apud nos nequaquam videtur, cuius iurisdictionem ad Prætorem translatam esse, auctor est Feneſtella. seu potius Pogius Florentinus eius libelli auctor, qui falsò Feneſtellæ, veteri auctori addi videbitur. Nicolaus Anto. Grauatius.

De Præsidente Cameræ Apostolicæ.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Officium Præsidentis cameræ Apostolicæ quale sit.*
2 *Præsidens cameræ Apostolicæ habetur ad instar quæstoris vrbani.*

HVnc sequitur àlter, quem cameræ Apostolicæ a præsidentem vocamus, cuius * munus est rationibus vniuersi ærarij præesse, & rationes cuiusque alterius, qui prouentus cameræ Apostolicæ administrasset in vrbe, vel in prouincijs recipit, & veluti earum censor videt, ac in adiutorio cameræ recenset.

ANNOTATIONES.

Præsidentem.) *Hic (si Budæo credimus) Quæstoris * vrbani locum vendicat, de quo supra in cap. 13. nonnihil attigimus. Nicolaus Anto. Grauatius.* a 2

De aduocato priuatorum seu pauperum.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati pauperum officium.*
2 *Pauperum cura habenda est.*
3 *Paupertas vbique contempta.*
4 *Aduocati publici decem ab Athenienſibus ſingulis annis conſtituebantur, qui delatos criminis defenderent.*

VErum cum ſuprà diximus priuatorum cauſſas inter ipſos, & fiſcum hac in audientia tractari, iure inſtitutum eſt, vt in eadem audientia habeant priuati ære publico aduocatum, qui * apud Patres, priuatorum partes, maximè pauperum contra fiſcales aduocatos tueatur, & defendat.

2 1

ANNOTATIONES.

Aduocatum.) *Curam pauperum eſſe habendam, cùm Seruator noſter non vno in loco prædicauerit, conſentaneum Pontificibus viſum fuit, ſi Aduocati pauperum officium ære publico conſtituerent: ſic, vt pauperes, quibus parua eſt pecunia, aduocatorum cupidini ſatisfacere non valentes, indefenſi ne pereant. Quod quidem ne pauperibus expedient, Deo ingratum ſit, nemo eſt, qui non videat. Nam quæ pauperibus facimus, Chriſto facimus, Matth. 25. Et fœneratur Domino, qui miſeretur pauperis, vt Sapiens ait Prouerbio. 19. Idcirco Principes huic ſancto neceſſarioque muneri acrem ſummamque curam impendere deberent, hac præſertim tempeſtate, qua frigere charitas adeò videtur, vt vix vnum reperiri patronum poſſit, qui gratis (veluti iure obſtringitur) patrocinium inopi præſtare velit, vbique * iam contempta eſt paupertas.*

a 2

Et

Et vt Salo. citato loco scribit, Fratres hominis pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserunt ab eo. Non immeritò conquerebatur Ouid. lib. 3. de Arte.

Curia pauperibus clausa est, dat census honores.

Et idem in 1. Fastorum.

In precio precium nunc est, dat census honores,
Census amicitias, pauper vbique iacet.

*Amplectendum est ergo à cūctis principibus munus hoc pijssimum, vt eorum in ciuitatibus illud pro pauperum defensione constituant: ad quod * Athenienſium institutum illud pertinere videtur, ab Aristotele monumentis traditum. Qui singulis annis aduocatos publicos decem sorte constituere consueuerant, qui delatos criminis defenderent. Nico. Anto. Grauatius.* 4

De Aduocato fiscali.

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Aduocati fiscalis officium.*
2 *Aduocatus fisci primò annalis erat.*
3 *Aduocatus fisci comes appellari potest, & quoscunque præcedit aduocatos.*
4 *Procuratoris fisci munus nobile est, & simplices aduocatos præcedit.*

SEquitur alter aduocatus, a qui partes fisci tueri solet, cùm ipsa audientia, tum etiam extra apud alios Romanæ curiæ iudices, ad quos vbi opus est pro parte fisci de iure respondet, is vtique est eiusdem consistorialis ordinis. a 1

ANNOTATIONES.

Qui partes fisci.) *Aduocatum * fisci ab Adriano Imperatore.*

2 peratore primum institutum fuisse tradidit Budæus in An-
notationibus in Pandectas, tit. de officio Quæstoris, & me-
3 minit Vestrius sequenti capite. Et hoc *patrocinij fiscalis
munus olim annale erat, l. cum aduocato. C. de aduoc. diuers.
iudi. Quod deinde ad biennium prorogatum fuit. l. sancimus
ij eod. tit. Verùm hodie perpetuum est. Et hoc quidem offi-
4 cium magnæ auctoritatis, dignitatisque est, adeò, qui † illud
exercet, vt comes appellari queat, l. 1. eo, quem citauimus ti-
tulo. Et quoscunque ob eius nominis excellentiam aduoca-
tos etiam antiquiores præcedit. Nam ex tituli claritate facilè primus quisque tenebit, si Ioanni Imolensi, Angeloque credimus in l. qui soluendo ff. de hæred. instit. Necnon &
5 Archidiacono in c. quoniam, 16. dist. eo in loco, cùm de syno-
do loquitur. Quinimò † Procurator fisci aduocatos (si modò aliam non haberent dignitatem) præcedit, cùm ipse appella-
ri aduocatus possit, vt pulchrè Glossator tradidit in l. non in-
telligitur. §. vltim. in verbo. restituuntur, ff. de iure fisci. Cu-
ius officium nobile est, & si procuratorum secundum regu-
lam vile sit munus, vt latius ab Iasone explicatur in rubric. C. de procur. Ioanne Platea in l. vniuersos, ff. de decurionibus, lib. 10. Rebuffo in l. si quis procurationem, eo. titu. atque Bono Curtile in tract. Nobilitatis, in 3 part. num 142. Nico. Anto. Granatius.

De procuratore fisci, ac eius officio.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Confiscari quid sit.*
2 *Aduocati fiscalis munus.*
3 *Procuratoris fisci officium.*

2 POst aduocatum locum habet in audientia procurator fisci, qui fiscales causas in ipsa camerali audientia, & apud alios Rom. Cu. iudices ex facto instituit, agitque vel defendit. Fiscales autem causæ sunt, vbi de publica pecu-

pecunia, vel vindicta ageretur. Hinc* confiscari 1
dicimus, in publicum ius ærarij aliquid redige-
re, vt Suet. in Augusto testatur, dum inquit, deui-
ctis his, & cõfiscatis promissa veteranis præmia
soluentur. Adstipulantur nostrates iurecon. in
in pandectis, ac tractatu de iure fisci. Hoc* fisca
lis patrocinij munus, à superioribus prætermis-
sum legitur, ab Adriano Imperatore primum in
stitutum, ante cuius tempora non curarunt prin
cipes fiscalibus caussis patronum, vel Aduocatũ
dare, quibus arridet Plinius Panegyrico inqui-
ens. Quæ præcipua tibi gloria est, sæpius vinci-
tur fiscus, cuius mala caussa est nunquam, nisi
sub bono principe. Tantaque eorum fuit indul-
gentia, vt crescente propterea hominum mali-
tia, ac in omni malorum genere peccandi facili-
tas, institutus fuerit fisci patronus, vel aduoca-
tus,* qui aduersus reos fisci caussam pro publica 2
vindicta ageret, estque munus hoc nostra ætate
ad malos mores cohibendos admodum neces-
rium, & ad pacem, ac quietem Ecclesiasticæ rei-
pub. plurimùm conducit, ac in Roman. Cu. non
mediocris est negocij, atque auctoritatis, pluri-
mumque, & Principis, & priuatorum interest,
vt non nisi à viro probo, erudito, ac in Rom. foro
versato exerceatur. Is* enim in cameralı audi- 3
entia patribus, ac alijs extra audientiam iudici-
bus in fiscalibus caussis assistit, caussarum secre-
ta noscit, ac pro libito intuetur, & in omnibus
votum, saltem consilij gratia præstat, non tamen
iudicat. Idem denique publicis consistorijs in-
teresse consueuit, ac pro publico eius officio pe
tere ac curare, vt de rebus sic publicè peractis,
quarum testimonium perpetuò habere reipub.

inter-

interfit (vtpote de alicuius principis obedientia Pontifici præstita, ac similibus per aliquem ex Protonotarijs Apostolicis ad perpetuam rei fic gestæ memoriam publicum fiat documentum, Reliqua, quæ ad hoc munus spectant, facilè poteris in foro versans à te ipso dignoscere. Hæc tibi pro breui monstratione nostra satis erunt.

ANNOTATIONES.

Procurator fisci. *Si antiqua monumenta legamus, illum fisci procuratorem apellatum fuisse dignoscemus, cui omnis res fisci commissa erat: quem Iul. Capitolinus in Maximino rationalem appellat, cùm ait. Erat fisci procurator in Libia qui omnes Maximini studio spoliauerat. hic per rusticanam plebem interemptus est, sed cùm per eos, qui rationalem in honorem Maximini defendebant, viderent auctores cædis, &c. & huic sententiæ Lampridius in Alexandro accedere videtur. Quæ fuit Alciati quoque sententia titul. de fund. reipub. prin. lib. 11. quæque testimonio Imperat. comprobari potest, in l. curator, C. de modo multarum, vbi Legista appellatur, id est, rationalis. Et differt procurator fisci à procuratore Cæsaris, quicquid Alciat. eo loco dixerit. Nam Cæsaris procurator dignitate superior fisci procuratore erat, l. ad fiscum, & l. sequent. C. vbi causse fiscales, & quòd sit discrimen, nuncupatim docuit Paul. Castren. in l. 2. C. si aduer. fiscum, quia officium procuratoris Cæsaris in iudicando consistit. d. l. 2. Procuratoris autem fisci in agendo atque procurando, qui quandoque curator reipub. appellatur. d. l. curator. Nic. Anto. Granatius.*

De Commissario Cameræ Apostolicæ, eiusq; officio.

CAP. X.

Post

POst procuratorem fiscalem sedet quoque a commissarius eiusdem cameræ Apostolicæ, qui eiusdem cameræ negocia tractare, gerere & exequi solet, quæ ad iudicia non attinent. Is exactionibus publicisque functionibus, & vectigalibus, ac etiam annonæ & cudendæ pecuniæ, alijsque cameralibus negotijs præest. Estque hoc munus ex sui natura non vulgare, cuius auctoritatem ostendit suo tempore Ioannes Baptista Brocchus Imolen. maior auunculus meus, qui auctoritate sui officij se ad ipsum munus adeò euexit, vt totam Vrbem, ac vniuersam Rom. Curiam machinam regere cunctis videretur, sed nostra ætate humilioris vestræ conditionis, & omnia ferè, quæ ad hoc munus spectant, Gubernator Thesaurarius, Præsidens & Procurator fiscalis gestant.

ANNOTATIONES.

Commissarius.) *Non modicum ætate superiore commissarij Cameræ munus fuit. Nam ædilis officio, Monetalium, denique Quæstoris fungebatur. Cæterum nostra ætate his muneribus vacuus est. Cùm Vrbis Gubernator, Thesaurarius, Præsidens, Fiscique procurator illa velati, quæ ad eos pertinent, exerceant. Sic, vt Commissario Cameræ illud euenisse videatur, quod Corniculæ, quæ auibus præstare gloriabatur, sed cum illæ pennas reparerent, nuda inuenta est, facetè tamen dictum sit. scio enim graues huic muneri viros præesse, quibus honorifica nec in præsentia deficit potestas. Nico. Anto. Granatius.* a

De Clerico sacri Senatus, seu collegio Reuerendiss. Card. in Camera Apostolica residente.

CAP. XI.

Vlti-

VLtimus & post omnes residet is, qui in camera apostolica iura & prouentus Cardinalibus designat, & alia si quæ tractantur ipsos Cardinales tangentia tuetur & defendit.

De eadem Camerali audientia, deq; vtriusq; ripa foraneis iudicibus.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Audientia cameralis in hebdomada in palatio Apostolico conuenire solet, & quid sit eius munus.*

2 *Caussæ ripales ad cameralem audientiam spectant, & cur caussæ ripales dicantur: & de vtraque ripa.*

3 *Notarij decem sunt in camerali audientia, & eorum quid sit munus.*

1 SEd postquam de membris cameræ Apostolicæ satis diximus, ad corpus ipsum cameralis audientiæ redeamus. Cõsueuit * enim hæc audientia ter in hebdomada conuenire in Pallatio Apostolico, & loco suo, quem propterea cameram vocamus Apostolicam, in qua publica, quæ diximus negotia tractantur, & audiuntur caussæ, si quæ species sunt præter eas, quas supra diximus ministris ad partem demandatas, vtpote, si de mala diplomatum expeditione per ipsam Cameram facta, si de publicis functionibus, vectigalibus, & alijs publicis prouentibus cum Ecclesiasticis ex vniuerso orbe, tum temporalibus ex statu Ecclesiæ temporali, siue inter officiales Romanæ Curiæ, quibus pro maiori parte designata sunt, siue inter ipsos publicanos exa-

exactores & collectores, vel eosdem & priuatos seu vniuersitates, ac etiam inter ipsos priuatos & suas vniuersitates, vel denique si inter quemlibet ex prædictis & fiscum sint controuersiæ. Amplius * & caussæ quoque omnium mercium, quæ ad hanc Vrbem & ripam Tyberis ex mari, vel à montibus vectæ sunt nauibus quas ripales vocant caussas. Idque siue iudicium inter ipsos mercatores, siue inter eosdem & nautas, & alterum ipsorum priuatum agatur; quas caussas sue audientiæ Camera reseruauit, fauore eorum, quorum opera vehuntur merces, ne (vt opinor) cogerentur in eorum controuersias exactionibusque iudices adire. & ordinaria subire iudicia quibus etiam pro commodiori eorum expeditione per certos vicarios substitutos apud ipsos, & super ripa fluminis residentes ius dicit, quorũ vnus maritimis & inferioris ripæ mercibus præest, quem camerarium ripæ vocant. Is est semper Romanus ciuis; quod eius electiõ, & totius quasi foraneæ audientiæ suæ regimen Populo Romano, cui mercium frequentia præcipuè expedit, antiquitus demandata sunt. Alter verò montanis & superioris ripæ mercibus, quam in discrimen alterius, Ripettam vulgò nominant. Quòd si litigatores, vel pro grauitate caussæ, vel in omnibus appellantes velint in camera audiri, eorum similiter audientia, ac suarum caussarum decisio pro commodiori ipsorum expeditione, vni ex Patribus ad partem demandatæ sunt, qui se propterea nedum Cameræ Apostolicæ clericum, sed & ripæ & ripettæ & Præsidentem vocat; quod munus consueuit, aliàs vni & seniori omnium Decano perpetuò dari, hodie vnicui-

que ad tempus per turnum (vt aiunt) cõceditur. Solentque similiter alias causas, sed audiendas tantùm & auditorio referendas ad petitionem partis inuicem distribuere, & sedentes in loco publico omnes litigatorum peritiones seu (vt aiunt) instantias audire, quas alter ex Patribus clericis certo libro, quem Decretorum nominant, ad partis suggestionem recipit & conscribit, quibus receptis solent Patres se in secretiori loco reuocare, vbi singulæ petitiones & contradictiones huiusmodi in libro receptæ leguntur. Aliæ verò disputantur in tres partes, & re digesta, solet is, qui scribit ex plurium voto in margine libri & fronte petitionis huius audientiæ responsa, seu decreta adscribere. Soli tamen clerici dant vota, cæteri omnes ad consilium suam proferunt sententiã. Is verò ex patribus, qui scribit, (quod munus menstruum cuique ex patribus ipso ex turno contigere solet) librum decretorum interim apud se, & in domo sua retinet, ad quem & litigatores & notarij aditum habent, decreta in suis caussis vident, & apud acta actuarij notant sub citationibus partium, quarum cedulæ eiusdem notarijs causarum actuarijs ante audientiam per litigatores dari solent. Notarij
3 * autem numero sunt decem, quorum munera fuere acta causarum cameralium ceu ipsarum actuarij summa fide conscribere, consensus contrahentium in beneficialibus dispositionibus recipere, ac secum supplicationes summarium, & datam demum omnia in libris publicis cameræ Apostolicæ per extensum adnotare. Qui libri omnes in publico loco, & archiuio seruari solent, ad quã notarij omnes pro libito aditum habent.

Ipsi-

Ipsíque sunt huius loci custodes ac literas Apostolicas, quæ per Cameram expediuntur in alijs libris archiuij ad hunc vsum destinatis de verbo ad verbum registrare, prout supra, vbi de expeditione literarum per Cameram fusius loquuti fuimus.

De Camerali carcerum visitatione.

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Carceres singulis mensibus visitantur.*
2 *Iudicum visitantium carceratos quale sit munus.*

VErum cum ingens tot iudicum Rom. Curiæ numerus ingentem quoque præ populi multitudine habeat semper carcerum copiam, & quisque ad partem suos audiat & iudicet, plerunque euenit, vt reorum causſæ ob iudicum occupationes, nonnunquam etiam ob culpam longius producantur, quam causſæ ipsæ & mala carcerum mansio desiderent. More a introductum est, vt Patres * ipsi tanquam supremi iudices, vt suprà, omnes, vices ipsius Principis regias gerentes, pro pietate sua sæpius in anno, vtpote singulis mensibus carceres omnes visitent. Non tamen omnes, qui in camerali audientia locum habent pro simili carcerum visitatione conueniunt, sed loco Reuerendiss. Camerarij is, qui vices suas gerit, ac semper alter ex septem partibus clericis, & secum quoque omnes alij, quos suprà diximus cameræ ministros, Thesaurario & Præsidente exceptis, ac cuiusque ipsorum Vicarij Latrunculatores. Hi * omnes indicta die apud singulos carceres Vibis

per ſpaci. mtemporis publi.o in loco ſedent,& coram ipſis ſinguli rei ſuo ordine vocati audiun tur,ſi volunt,& Patres audito reo,ac meritis ſuę cauſſæ intellectis, etiam a iudice ſuæ cauſſæ, qui patribus ſeriem omnem pro ſuo officio recen- ſere ſolet,pro natura facti,pro qualitate rei,pro ſtatu cauſſæ,pro tempore ſuæ carcerationis, ſo- lent pro ipſius liberatione, vel aliàs pro eius ex- peditione decernere, & plerunque etiam vbi o- mninò pœna infligenda ſit reo, illam pro pieta- te ſua mitigare. Sic ſi aliquis pro ciuili debito diu fuerit carceris mancipium,vel aliàs ſuæ pau pertatis teſtimonium habeat in fronte, vel ini- pſa audiētia,ſolent Patres pro ſimili pietate ſua pro liberatione carcerati decernere,& pro illius facultate creditori quoq;conſulere,vtpote quod reus certa gaudeat dilatione, ac ſolutionis diui- ſione, ſub cautionibus tamen, & quandoque et- iam pro non cauere valentibus ſub eorum obli- gatione, & triremium pœna,nonnunquam et- iam ſi paupertas debitoris ſit in aperto, & ipſe deſperans poſſe ſoluere malit cedere bonis, ſo- lent Patres ſola profeſſione reum ad beneficium ſimplicis ceſſionis bonorum admittere, & facti per ipſum,fida tamen bonorum indicatione pro ſua liberatione decernere. Quapropter vigilant creditores, ad quorum inſtantiam detinentur, & in viſitationibus huiuſmodi intereſſe ſolent, ac reorum obligationibus pro viribus ſe oppo- nere. Eſtque iſtorum patrum officium maxime pium,quibus nonnulli etiam extra cameram, & Pont.indulto adiuncti ſunt, præcipuè Vicarius ipſius Pont. in vrbe & ſua diœceſi, de quo infe- rius dicemus, Vnum tamen huius audientiæ fa-

ctum

ctum improbo, quòd Gubernator & Vicarius in causis, in quibus sunt iudices, habeant pro reorum suorum liberatione, vel retentione in hac audientia votandi licentiam, in quibus si merita causæ duntaxat recenserentur, & alijs patribus iudicandi munus relinquerent, quippe honestius agerent.

ANNOTATIONES.

More introductum est.) *Huic instituto quodammodo Iurisconsultus arridere videtur in l. si quis vxori § si fugitiuum, de furtis. Triumuiri enim capitalibus quæstionibus præerant, & carceris rerum capitalium custodiam agebant. Nicolaus Anto. Grauatius.* a

De iudice Marescalli vrbis, quem hodie curiæ Sabellorum, at iudice soldani Rom Cur quem hodie turris nonæ iudicem vocamus.

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Iudices pedanei vnde dicti, & nu. 4.*
2 *Iudex curiæ Sabellorum, est iudex ordinarius curialium inferiorum ordinis.*
3 *Meretrices iudici curiæ Sabellorum tributum pendunt Et quis primus fuit, qui vectigal à lupanarijs exigendum statuit, nu. 6.*
5 *Dictio de plano quid significet.*

APud duas vltimas carceris custodias videlicet Turris nonæ, & curiæ, & Sabellorum residunt iudices quidam a pedanei, qui *a loco nomen habuerunt. Vnus enim Turris a 1

nonæ. Alter verò curiæ Sabellorum iudices vocantur, quorum originem, ac propriam ditionē inueſtigare nunquam animus meus paſſus fuit. Hoc tantùm ſcio, quòd veluti humilioris ordinis iudices quaſi *b* in plano ius dicunt, etiam vbi de leuioribus criminibus ageretur, & cauſſæ à primo turris nonæ ad curiam Gubernatoris; & ab altero ſcilicet curiæ Sabellorum ad auditorem cameræ per appellationem deuolui ſolent, qui veluti iſtarum appellationum ordinarij iudices ſua ordinaria facultate cauſſas huiuſmodi reſpectiuè, vt ſuprà audire & decidere ſolent, licet Gubernator etiam in appellationibus à iudice Mareſcalli ſe intromittat, de facto tamē, quia ad auditorem ſpectant tanquam à iudice curialium inferiore ad ſuperiorem. Eſt* enim iſte iudex curialium inferioris ordinis iudex ordinarius, qui apud curiam Sabellorum reſidet, qui omnibus Rom. Cur. ſequentibus non exemptis, ſed humilioris conditionis ius dicit, etiam vbi de crimine ageretur, & eorum iudex eſt ordinarius, prout indicant nobis capitula Syxti, 4. ſuperius per nos citata. Huic* etiam omnes meretrices vrbis certum annuum ſoluunt cenſum, quem vocant tributum, idque à tanto tempore citra, vt nullo adparente titulo, iure iam diu præſcripto exigat etiam ab inuitis, cuius ſolutionis nulla certior ratio, niſi fortè ex antiqua eſſet conuentione inter iudicem & meretrices ipſas, quæ non habentes à lege actionem, qua poſſint pro mercede ſuæ artis ob turpē cauſſam agere iudicem ſibi hoc annuo cenſu conduxerūt, qui deficiente actione, quaſi in ſubſidium ſuum impartiretur officium. Quamobrem videmus

omnes

omnes meretrices ad hunc iudicem confluere, qui officio suo meretricias mercedes pro qualitate mulieris arbitratur, & passim de illis aduersus iuris regulas iure sibi præscripto ius dicit.

ANNOTATIONES.

Pedanei, qui à loco.) *Qui sint* Pedanei iudices, aut Pedarij *Gellius lib. 3. cap. 18. egregiè declarat sic, vt Accursij aliorumque consentaneorum error demonstretur. Vetustas nempè Pedaneos iudices vocauit, quòd pedibus incedebant, sine aliquo honore. Nam qui maiori erant in magistratu tantùm sella curili per vrbem, & in curiam honoris gratia vehebantur. Vnde curules dicti sunt. Hinc Iuuenalis.* 2 4

Vis ne salutari, sicut Scianus habere
Tantundem asque illis sellas donare curules.

In curru enim quædam sella erat, supra quam considebant, vt Gell. narrat, quæ teste Horatio libro 1. Epistolarum eburnea erat.

Cui libet hic fasces dabit eripietque curule.
Cui volet importunus ebur.

Pedanei etiam erant, (& si in hanc sententiam non accedat Gell. qui non voce suffragabantur sed in aliorum sententiam pedibus ibant: quod præsertim contingebat, cùm de rebus modici momenti Senatus consultum habebatur, tunc enim singulorum suffragia non rogabantur, sed aliorum sententiæ per discessionem illi adhærebant, locum in quo senatum ingressi considerant deserentes, & ad loca eorum, quorum sententiæ adhærebant, accedentes, & sic pedibus in sententiam ibant. Hocque contingebat cum Senatus consultum per discessionem fiebat, non autem per rogationem. Nam tunc rogabatur vnusquisque, suamque sententiam verbis offerebat. Marcus autem Varro equites quosdam esse ait, quibus amplioribus magistratibus functis, nondum tamen à Censoribus in Senatores lectis, non esset ius dicendæ in senatu sententiæ, cùm tamen in Senatum venire liceret, sed quam

sententiam principes dixerant, in eam descendebant. Nicol. Anto-Grauatius.

b 5 Quasi in plano.) De plano † ius dicitur, quando non pro tribunali, editóue loco quid à Prætore statuitur, sed in planicie pauimenti, vt animaduertunt, & bene Accursius in l. Nequicquam. §. de plano. ff. de off. proco. sul. & Bar. in constitutione ad Reprimendum, in verbo de plano. Quod quidem eueniebat, cùm de modicis caussis ageretur, in magnis autem maiorum mos fuit, vt pro tribunali sedens ius diceret prætor, neque in subsellijs, aut alibi. Nec omnibus magistratibus tribunalis fastigio vtendi ius fuit, sed maioribus tantum, videlicet Romæ Consulibus, Prætorijs & Præfecto vrbis: & in prouincijs Proconsulibus, Præsidibus, & Imperatoribus: minores verò magistratus in subsellijs ius reddebant, vt auctor est Pædianus. Nam inter magistratus discrimen erat in sedendo, cùm maiores in sellis altioribus considebant, minores in subsellijs. Quod & Vlpianus considerauit in l. 1. de iudicijs dum ait, qui pro tribunali præest, vel aliam iurisdictionem habet. Quia non omnis, qui iurisdictioni præest, tribunal ascendit. Et de magistratibus maioribus Gellius consulas lib. 13. cap. 14. Nic. Anto. Graua.

c 6 Meretrices.) Qui * ouum vectigal ex lupanarijs primùm exigendũ statuit, Caligula fecit, vt in ipsius vita Tranquillus atque alij literis prodiderunt. Nic. Ant. Graua.

De Senatore vrbis.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 Senatoris siue Prætoris vrbani officium.
2 Senator tres habet substitutos vicarios.
3 Iudex capitolinus appellationum ordinarius est, quæ in senatoris curia fieri contingunt.
4 Iurisdictionem capitolinam multi Pontifices confirmarunt.

5 Sena-

5 *Senatores cur dicti, & cur patres conscripti.*
6 *Prætorum duplex iurisdictio, vrbana. s. & peregrina.*

SED cùm suprà dixerimus in delegatione regiminis Vrbis, Gubernatori facta, certas populi species fuisse exceptas vltra curiales, quorum audientiam diximus Auditori cameræ demandatam. Alia * species est Romanorum Ciuium, quibus Ponti. prætorem dedit vrbanum, a. quem vocamus Senatorem. Is in cliuo residet capitolino, & Romanis ciuibus ordinaria facultate ius dicit. Tres * habet vicarios substitutos suos, quorũ duos, qui priuatis præsunt iudicijs, collaterales vocant. Hi gradu differunt. Vnus enim vocatur primus. Alter verò secundus. Tertius est latrunculator. Quòd si ab altero appelletur, iudex * adest ad partem Capitolinus, qui omnium appellationum ordinarius est, à cuius sententia, si priori sit confirmis, lege municipali prohibente nõ appellatur. Adsunt quoque certæ sedes, vbi singula artificum sodalitia, quæ apud tabellam sub porticu parieti adfixam legere licebit, suos sibi deligunt consules artifices, qui sodalibus suæ artis, quasi in plano ius dicunt, à quorum sententijs grauati Conseruatores vrbis ibidem residentes appellant. Hanc * capitolinam iurisdictionẽ suis rescriptis confirmarunt & ampliarunt Iulius ij. Leo x. & nouissimè Diuus Paulus iij. Pont. Max. Apud istos ego nunquam fui versatus, hoc tãtùm scio, quod capitolini suis statutis litigatores, & causas in compedibus posuêre. Tu si legeris, facilè capitolinus eris.

1
a
2
3
4

ANNOTATIONES.

QVem vocamus senatorem.) *Senatores ex primoribus patrum centum numero à Romulo fuisse institutos, nemo est, qui ambigat. Quos* ob honorem patres, ob ætatem Senatores à senio appellauit, ab hinc verò geniti patricij dicti sunt. Deinde Tarquinius Priscus alios centum equestris ordinis adscribi in senatores operam dedit, patresque conscripti tũc primùm cœpti nominari, veluti in nouum senatum lecti atque conscripti. Et non quòd in Imperatoris diademate conscripti fuissent, vt somniauit Accursius in §. filiusfamilias, Institutionibus, quibus mod. ius patr. potest. sol. Quanquam postremò vsus obtinuerit, vt omnes senatores vno patrum conscriptorum nomine vocarentur, veluti Plutarchus his pene verbis demonstrat. Hic nostro sæculo senatores à romanis patres conscripti, ab exteris principes vocantur. Quod & Sallustrij ætate receptum fuisse ex ipsius historia in Catel. liquet, cùm ait. Dilecti in quibus corpus annis infirmum, ingenium sapientia validum erat, reipub. consultabant, hi vel ætate, vel curiæ similitudine patres appellabantur. Vnde proceden tibus temporibus patres etiam conscripti nuncupati, qui in nouum senatum erant lecti, quanquàm postremò vsus obtinuerit, vt omnes senatores vno patrum conscriptorum nominarentur. Hinc apud Ciceronem in orationibus in Senatu habitis coniunctim Patres conscriptos appellatos legimus. De Senatoribus pluribus scribunt Dionysius li. 2. Liuius 1. & Plutarchus in vita Romuli. Sed quoniam hìc dicendi non est locus, silentio ea præterire visum fuit, cùm Senator, de quo in præsenti capite mentio habetur, & si Senatoris nomen habeat, officio tamen Prætoris vrbani fungitur, vt Festrius hic etiam autumat. Prætorum autem † duplex fuit iurisdictio, Vrbana vna, Peregrina altera, sicq; duo erant prætores sed qui inter vrbanos ius dicebat, Prætor vrbanus appellatus est, & magnapenes hunc magistratum publici priuatiq; iuris potestas fuit, vt nouum ius condere, & vetera abrogare facultatem habuerit, & vsq; adeò prætoris postmodum auctoritas aucta fuit,

fuit, vt, quod Prætor edixisset, ius honorarium appellaretur Vt Liuius li. 5. & Iustinianus in Instit. de iure natur. §. Prætorum. Et prætori regia insignia, sella curulis, trabea, lictores sex, & consulares apparatus dabantur, auctoribus Festo, Flauio, atque Liuio. Sed cùm in vrbem vndiq; peregrinorũ turba postmodum confluereret, & Prætor causßis non sufficeret, creatus est alius Prætor, qui Peregrinus fuit appellatus. Sed Vrbanus inter ciues, Peregrinus verò inter ciues & peregrinos ius dicebat, vt Liuius lib. 22. in hæc verba scribit, Romæ iuris dicẽdi vrbana sors Pomponio, inter ciues Rom. & peregrinos P. Furio euenit & li. 23. Prætores prouincias sortiti L. Apustius Fullo vrbanam iurisdictionẽ, M. Atilius Glabrio inter ciues & peregrinos. Hæc ille. Et vterque Prætor iuris quiritium vindex erat. Et quanquam sunt, qui putent, vrbanum tantùm fuisse apud quem lege agere liceret, vt filios emancipare, seruos manumittere, bonorum possessionem, & tutorem ex lege Attilia postulare, & cætera agere, quæ iure quiritium continerentur, tamen publicã priuatamq; iuris dicendi potestatem habuisse, magis exploratum video, veluti ad hunc vsq; diem inter ciues auctoritate Pontificis accedẽte Prætor ipse vrbanus habet, qui hodie nescio, quo pacto Senator vocatur. Nicolaus Antonius Grauatius.

De Vicario Vrbis, eiusq; ditione & officio.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 Vicarij vrbis iurisdictio, & officium, & nu 8.
2 Vicarius vrbis beneficia haudquaq; confert.
3 Vicarius vrbis summariè procedit, infrà tamen lx. ducatorum summam, & nu. 8.
4 Appellatio quæuis etiam non friuola, à sententia vicarij vrbis prohibetur, infra tamen summam ducatorum quinque idem & nullitas.
5 Episcopi, cæterique ordinarij absque sedis apostolicæ

stolicæ indulto suis vicarijs pontificalia demanda re nequeunt.

6 *Pœnæ pecuniariæ à præsulibus in pios vsus erogandæ sunt.*

7 *Iudices ecclesiastici, vbi pœna corpori infligenda est, reos ad seculares iudices remittunt.*

8 *Vicarius vrbis an Camera auditori præferendus.*

TErtia species excepta est clericorum, cui Pontifi. veluti suo peculiari populo a Vicarium suum dedit, atq; constituit. Is * in re constitutionis huiusmodi, omnia in facultatibus habet, tam in vrbe, quâ sua dœcesi, quæ Pon. ipse, cuius vices gerit veluti ordinarius in sua habet dioœcesi, lege iurisdictionis vel dioœcesana, vtpotè lege iurisdictionis canonicam habet obedientiam, & subiectionem clericorum, & aliorum in omnibus; quæ ad Ecclesiam attinent, notionem causarum omnium, quæ ad forũ Ecclesiasticum ordinarium spectant, quarum appellatione beneficiales vrbis, & dioœcesis non excipio, licet rarò vel nunquam aliquorum forsan inscitia apud ipsum tractentur, pœnitentibus quoque signum pœnitentiæ imponit, Ecclesiq sacramenta confert. Lege verò dioœcesana synodum conuocat, Ecclesias ac Monasteria etiam regularia, nisi iure speciali essent exempta, visitat, nonnulla tamen sunt ipsius ordinarij munera, quæ in generali deputatione huiusmodi venire non solent, vtpote, inquisitio, correctio, punitio, à beneficijs amotio, ac ipsorum beneficiorum collatio. Quamobrem * solent Pontif. hæc eidem Vicario, præterquam beneficiorum collationem

lationem indulto suæ facultatis in specie concedere. Licet legerim Pontif. quandoque solitos fuisse, præsertim Eugenium iiij. vicario suo concedere facultatem conferendi capellas, seu parochias Vrbis, idque ea, vt opinor, ratione, quod Pontifices de cura animarum studiosi, rebus vniuersalis Ecclesiæ distenti, saltim per vicarium suum in Vrbe, & propria diœcesi magis possent eas idoneis conferre personis, quæ curæ animarum haud passim cõmittendæ præesse possent. Eodem indulto iurisdictio Vicarij ad omnes laicos, & forenses, qui ratione alicuius initæ confraternitatis, vel habitationis, vel seruitij in hospitalibus, monasterijs, & alijs locis pijs religionem sequi videntur, extenditur; quasi propterea videantur eius forum velle sortiri, nec non ad Hebræos omnes vrbis, viduas, etiam pupillos, & alias miserabiles personas Christianas, quasi hæ sint de gremio Ecclesiæ, & inter istas species veluti ordinarius iudex Ecclesiasticus Vrbis, & diœcesis vsque ad quamcunque summam ius dicit, ordinaria facultate. Ad alios verò omnes extra istas species eodem extenditur indulto in causis, in quibus non de proprietate rei, sed locationibus, euacuationibus, pensionibus ipsarum locationum, responsione, deuolutione casalium, prædiorum, domorum, vinearum, & mercedum ageretur, vsque ad quamcunque summam. In alijs verò rebus, vbi de proprietate rei ageretur, ad limitatũ lx. ducatorũ auri, de camera ac in omnibus suis casibus, quos suprà diximus, etiam extra vrbẽ, & diœcesim vsque ad quadragesimum lapidem. Quibus omnibus suis casibus ius dicit ordinaria facultate & infra

infra ſummã lx. ducatorum limitatã, Formul:*
5 proceſſus ſummaria eſt, & regià, præuia verbali
petitione vel monitorio, ſola facti veritate in-
ſpecta, abſq; vlla terminorum ſubſtantialium
obſeruatione, regiſtri confectione, & vbi* nõ a-
4 geretur de maiori ſumma quinque ducatorum
ſimilium eodem indulto prohibetur litigatori-
bus quæuis etiam non friuola appellatio, & ius
dicendi de nullitate proceſſus. Huic quoq; Pon.
omnia demandauit pontificalia, quę ordinarius
in ſua exercet diœceſi, quæ in generali non veni-
6 unt Vicarij deputatione, immò* ſine Sedis in-
dulto nequeunt ordinarij ſuis in Vicarijs dele-
gare, vtpote, prophana loca conſecrandi, & pol-
luta reconciliandi, ad ſacros ordines promouen
di, etiam per alium Epiſcopum per ipſum eli-
gendum temporibus tamen à iure indictis, ac e-
tiam puniendi omnes extra clerum ratione cri-
minis ad Eccleſiam ſpectantis, vtpote, blaſphe-
miæ, vſurariæ prauitatis, periurij, inceſti, & ſi-
milium, idque etiam ſi ſignificationibus vt vo-
cant, cuiuſuis alterius Rom. Cu. iudicis poſſent
6 ſe tueri, necnon de pecuniarijs pœnis, quæ* in
ſua curia reis infliguntur, ad libitum ſuum di-
ſponendi in vſus tamen infraſcriptos, vt videli-
cet officiũ vicariatus, caſibus, veſtibus, tunicel-
lis, planetis, alijsque ad miniſteriũ dicti officij
neceſſarijs rebus inſtruat, vt notarijs, & alijs mi-
niſterijs de illis poſſit condignam dare merce-
dem. Cæterùm, & cum alijs viſitatoribus carce-
rum quoque viſitandi, & pro carcerum libera-
tione vel retentione votum dandi. Quòd ſi co-
ram eo de crimine agatur, & pœna corpori om-
7 ninò ſit infligenda, ſolet* is veluti Eccleſiaſti-

cus

cus Iudex reos ad Gubernatorem vel alios iudices sæculares remittere. Pro quorum omnium ac ipsorum forensium expeditione, habet is tres notarios seu scribas publica deputatione deputatos, necnon duos vicarios substitutos, vnũ qui priuatis seu ciuilibus, alterum verò qui publicis seu criminalibus præest iudicijs, apud* quos 8
infra summam limitatam lx. ducatorum summarius est processus via verbalis & summariæ petitionis seu monitorij absque vlla terminorũ substantialium, prout suprà diximus, obseruatione. Quòd si de maiore ageretur summa, ordinarius est processus iuxta naturã causſæ, & termini substantiales obseruari solent, de quibus inferius suo dicemus loco.

ANNOTATIONES.

VIcarium.) *Vicaria* dignitas quæ sit ipso nomine* 1
demonstratur. principis enim solet representare re- 8
uerentiam, vt de officio Vicarij, Valentinus, Valẽs & Gratianus AAA. dixêre. Hinc Cic. 6. Verr. succedam ego vicarius tuo muneri. Et de vicarij officio in iuris Pontificij libris peculiari titulo etiã habetur, & C. de off eius, qui vic. ali. iud. Sed Vicarius † Vrbis an cameræ Auditorem præce- 9
dat, controuertitur, verùm Ant. de Pe in tract. de iurisdi. episc. c 6. licet subdubius vicariũ præcedere censet, eâ quippe ratione, quia ordinarius est iudex, Pontificemque repræsentat. De cuius quidem vicarij potestate non nihil apud Pauinum videbis in tract de offic. & potest sed vac in fine Nicolaus Antonius Grauatius.

De Capellanis Summi Pontif. & Sacri Palatij causſarum Auditoribus.

CAP. XVII.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Capellani ſummi Pontificis hodie duodecim ſunt.*

2 *Auditores ſacri palatij hodie appellantur, qui prius capellani ſummi Pontificis dicebantur. & de eorum munere.*

3 *Rotæ auditorium cur ſic appelletur.*

2 REBVS a. Romanæ Eccleſiæ auctis ex vniuerſo Orbe ad Pon. cõfluebant, cùm de beneficijs Eccleſiaſticis, tũ etiã de alijs reb. litigatores nedum priuati, verùm etiam Principes, & reges, quorum cauſſæ ad Romanam Curiã, vel iuris diſpoſitione & natura cauſſarum, vel Principum remiſſione, vel denique de ipſorum litigatorum cõſenſu deuoluebantur. Adeò enim antiqua noſtrorum Patrum deuotio traxit populos, vt vniuerſus orbis, etiam finitimæ regiones huc venirent ſua ſponte, accepturi non dum peccatorum veniam, ſed in eorum controuerſijs ſacroſancta certè ipſorum reſponſa, hu cauſas, dummodo conſiſtoriales nõ eſſent, qua ſacri palatij vocant, audiebat Pont. per ſeipſum ſeorſum à ſenatu in capella ſua, ad quam proſtarum cauſſarum audientia & expeditione, ni niſi iuris peritos adſcribat, vnde & Pont. capellani hodie quoque vocantur, & in capella diuinis inſeruiunt. Hi † ſunt noſtra ætate numero duodecim, licet alias plures, intra quem ordinem hodie habes Ioannem Paulum Ptolomeum, decanum Ferrarienſem, Petrum Vorſtium epiſcopum Aquenſem, Flandrum, Ioannem Mo hedanum epiſcopum Rauellenſem, Hiſpanum, Hieronymum Verallum archiepiſcopum Ro-

ſanenſem

sanensem Romanum, Thomam Tanonem Pistorienſem, Iacobum Puteum Nitienſem, Fabium Acorombonum Eugubinum. Proſperum Sanctæ crucis nobilem Romanum, Peregrinum Fabium Bononienſem, Sebaſtianum Pighinum Regienſem, Ioannem Romanum Gallum, Antonium Auguſtinum Hiſpanum, viros doctiſſimos ac ſanctos. Huic ordini Pont. paulatim ab hoc munere ſe reuocantes primò audientiâ tantùm litigatorum, cauſſarum ad partes conceſſerant, quare * & auditores cauſſarum ſacri palatij nouo vocati ſunt nomine, ad quorum relationem Pontif. in cauſis iudicabant, hæc ſunt innumera Pont. decreta, quæ de inferioribus quoque beneficijs vides libro decretorum compilata. Hanc audiendi & cognoſcendi facultatem habent omnes ex generali illa & priſca delegatione, cùm primùm in eum ordinem ſunt adſciti. Quamobrem ſolemus dicere hanc ordinariam eſſe, quòd illam quaſi à natiuitate habeant, & cum ea naſci videantur, eiſdem cœperunt Pon. cauſſarum quoque deciſionẽ ſuo reſcripto concedere, & tractu temporis more introductum eſt, vt ferè in omnibus ſpeciali reſcripto decidẽdi facultas eis delegetur, huic reſcriptorum ſacri palatij frequentior vſus, & iudiciorum ipſius ſacri palatij peculiares mores, quibus te inſtruere oportet, poſtquam hæc obiter dixerimus, præter ipſum opus, vbi tamen operæpretium eſſet, haud enim potuiſſes Romanam aſſequi praxim ac iudiciorum mores, ſi hæc ignoraſſes, quæ corpus loci ac ſingula eius à capite membra tibi demonſtrant. Nunc ad ipſa iudicia deſcendamus, ſed prius aliqua de militib. huius

iudicialis militiæ, eorumque Romano vsu dicemus, sine quibus suprà diximus iudicium consistere, verùm si adhiberentur, faciliorem redderent iudiciorum exitũ, nempe Aduocatis, Procuratoribus, Sollicitatoribus, & Notarijs.

ANNOTATIONES.

a REbus.) *Quoniam de Rotæ Auditorio multa literis mandauit Gomestus in Proœmio Regularum Cancellariæ, idcirco de hac re aliquid attingere satis esse existimaui. In hoc igitur Auditorio duodecim præstantis prudentia viri, & iuris antistites pro controuersijs decidendis præsunt: Quanquam numero plures antiquitùs præfuisse constat, sed ad duodenarium Syxtus IIII cohi-*

3 *buit. Hi Rotæ† auditores vulgò appellantur, propterea (vt auguror.) quòd in orbem sedentes controuersias ventant atque examinant. In hoc enim auditorio cuncta ad doctrinam, prudentiam, integritatem, ac sanctitatem attinentia inesse mihi videntur: vt virtutis quoddam monimentum vocari iurè possit. Ab his Auditoribus ob summam eorum iuris peritiam, insigne iudicium, publicam auctoritatem, incredibilemque grauitatem, quod in controuersijs deciditur, tanquam ex oraculo dictum in omne æuum creditur, vt in rebus iudicatis eorum sententiæ, (quas decisiones Rotæ vocamus) demonstrant. Quarum quanta sit auctoritas, nemo nescius est, vnde non iniuria dici potest, quòd tanta est Auditorum Rotæ opinio, quanta Pythagoriæ apud Pythagoricos fuit, vt nullus non satis esse putet dicere. Sic Rota definiuit Hos auditores Præfecti Prætorio instar esse Marius Salomonius censuit in l. 1. de officio præfecti prætorio. Verùm ex his, quæ in superioris libri capite primo diximus, an rectè arbitratus fuerit, aperte constat. Nicolaus Antonius Grauatius.*

De aduocatis consistorialibus.

CAP. XVIII.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Aduocati consistoriales decem, & eorum munus quale sit.*

2 *Aduocatorum consistorialium priuilegia.*

3 *Aduocati qui dicantur, & qui patroni, procuratores, & cognitores.*

VErum cùm in electionibus, quæ ad ecclesias in consistorio quotidie fiebant, plerunque apparerent oppositores, & res in controuersiam iret, causæ a aduocatorum opera indigebant. Quamobrem * ne vnicuique passim a
liceret hoc munus apud sacrum hunc senatum 1
obire, constituerunt Pontif. ordinem decem virorum, qui egregij essent iurisperiti, quique non nisi solenni eorum publico periculo intra hunc ordinem admitterentur. Huic * ordini in 2
numera per summos Pont. & Imperatores concessa sunt priuilegia, præsertim laurea doctorea in vtroq; iure, cæsareo scilicet & pontificio doctos iuuenes ornandi. Amplius, & locum parentis in ipso ordine ad filium iuri peritum, & aliàs idoneum transmittendi, quod ad nepotes etiam ex filio iure traduceretur, imo nostris temporibus ad fratrem benignitate tamen principis pro ea duntaxat vice extensum fuit. Horum virorum proprium munus in foro erat in consistorio sacroque senatu electionum, aliásue etiam grauiores causas pro altera parte tueri. quas consistoriales vocant, à quibus etiam ipsi consistoriales dicti sunt aduocati. Hodiè tamen decrescentibus negotijs & eligendi facultate, vsurpatione quadam in

principes trãslata, in hac specie ferè ociosi sunt, & in publicis duntaxat consistorijs non minus quàm poetæ caussas sibi confingunt, ac passim conducti apud omnes Romanæ Curiæ Iudices de iure respondent.

ANNOTATIONES.

2 ADuocatorum.) *Vetustissimum fuisse aduocatorum munus, quandoquidem necessarium aduersus iniurios patrocinium semper fuit ex Iurisconsultis cæterisque auctoribus manifestum est. Nam superiorès nostri multùm Reipub. aduocatos prodesse, illos tamen, qui non tantùm prudentia, lingua, atque facundia, sed morum religione, vitæque sanctitate nimiù quàm præstabiles sunt, esse fuerunt. Sed proh Deum immortalem, perpaucos videt nostra ætas, qui syncerè, fideliterque hoc tractent munus, sed adeò ardenti pleriq; omnes auaritiæ incumbunt, vt non absque difficultate quispiam, qui fidem fluxam clientibus non gerat, reperiri queat: quibus maxima profectò obseruantia est, post quam ipsi tanta cum fide, & caput, & fortunas suas aduocatorum manibus committunt. Iure igitur Pontifices Max. apud sacrum Senatum duodecim constituêre aduocatos, viros quidem in iuris prudentia atque omni virtutum genere probatissimos, qui non primam cutem, sed sanguinem (vt ita dicam) & medullam iurium eruere valeat.*

3 *Et vt Festus Pomp. docet. Aduocatus * nomen est tam accusatori, quàm defensori commune, qui si olim fuerat forte inutilis, vulgò caussidicus dicebatur, auctore Quintiliano. Asconius Pædianus in Diuinationem, discrimen faciens inter Patronum, Aduocatum, Procuratorem & Cognitorem, in hanc sententiam loquitur: Qui defendit alterum in iudicio, aut Patronus dicitur, si orator est: aut Aduocatus, si auxilius suggerit, aut præsentiam commodat amico: aut Procurator, si absentis negotia suscipit: aut Cognitor, si præsentis causam nouit, & sic tuetur vt suam. Sed hac de re Valla legendus*

dus est lib. Elegant. 4. c. 2. Et aduocatum esse, dignitas est l. vlti. C. de postul. & l. laudabile. C. de Aduoc. diuers. iudi. Sunt certè aduocati vtiles atq; necessarij, nam publicis in rebus ac priuatis lapsa erigunt, fatigata reparant, sic, vt non minus militare dicantur, quàm qui gladijs, clypeis, & thoracibus militant, l. Aduocati, C. eodem ti. Est etiam piũ hoc officium. Nè seruator noster Christus multoties in hoc mũdo aduocati munus exercuit, & vt cætera omittam Magdalenæ aduocatus fuit, veluti super illud Lucæ 10. Martha, Martha, sollicita es, &c. Augustinus in hæc verba demonstrat. Dominus pro Maria respondit Marthæ, & factus est eius aduocatus, qui iudex fuerat interpellatus. Insuper mulieris deprehensæ in adulterio aduocatus fuit, vt Ioan. cap. 8. Allegauit enim tunc Christus accusatores haudquaquam idoneos esse, dicens: Qui sine peccato est vestrum, primus in eam lapidem inijciat. Quod quidem aduocati munus postquam humani generis redemptor ipse ad patrem ascendit pro nobis continuò exercet. Ioanne sic attestante in priore epistola capit. 2. Sed & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem, Iesum Christum iustum: & ipse propitiatio pro peccatis nostris. Nicolaus Antonius Granatius.

De Procuratoribus causarum sacri Palatij.

CAP. XIX.

SVMMARIVM.

1 Doctores Romæ procuratorum munere funguntur, verum illi oratores sunt, & non procuratores, num. 3.

2 Procuratoris officium vile est.

HVIC proximus est alius virorum ordo, quorum munus est, consistoriales & sacri palatij, quas rotales dicimus, aliásue

causſas ex facto inſtruere, & orare, a quos* procuratores cauſſarũ Romanæ Curiæ, & ſacri palatij vocamus. Intra quem ordinem non niſi graues viri toga, ac laurea doctorea candidati, ſolenni etiam eorum periculo admitti ſolẽt, quorum certus nunquam fuit conſtitutus numerus. Huius ordinis tametſi proximo inferioris, ſemper aliqui Romæ floruerunt viri adeò celebres, vt nemini ex ſuperiore ordine fuerint ſuis temporibus ex communi reputatione ſecundi. Intra hunc ordinem ego proximis annis, dum hic Romæ vellẽ mihi ocioſus eſſe, vt priuſquã inaliquã meſſem manũ admouerẽ, quid magis expediret, maturius deliberarem, præter omnem mentem meam, ac pedibus potius iui, & neceſſitate & amicorum precibus impulſus, in quo animus meus adeò conquieſcit, vt nihil eſt, quod amplius ambiam. Vno tantùm conſueuit ſtomachus meus faſtidire, quòd liceat hîc Romæ vnicuique indocto & imperito plerunq; etiam infami viro extra iſtum ordinem, non dico artem exercere, ſed nomen hoc procuratoris cauſſarum Romanæ Curiæ (apud veteres non vulgare) ſibi arrogare, ac profiteri etiam apud acta cauſſarum cum dedecore grauiorum eiuſdem nominis virorum, cumque cauſſarum & litigatorum periculo. Quod nuper intelligens Ponti. Motu proprio ad Rotæ Decanum reſcripſit, vt omnibus extra iſtum ordinem artem exercentibus illius exercitium auctoritate ſua interdiceret. Decanus autẽ interdixit, ſed interdictione huiuſmodi ad preces multorum ſuſpenſa, remanet res in pendenti. Ego ſi meæ ſententiæ accederet æquipollens auctoritas, nemini artis exercitium

ercitium interdicerem, sed vsum duntaxat huius nominis, statueremq; vt aliquo diuerso & humiliori nomine, vtpote sollicitatores causarũ, & palàm & apud acta nomenclarentur, ita, vt qui temerè hoc nomine vteretur, pœna falsi veniret plectendus. Huius nominis priuatio detraheret quoque huius conditionis hominibus omnia, quæ in sequelam istius nominis sibi accesserunt, famã primùm, deinceps litigatores & causas, simulq; remanerent ocioſi, & interdictio exercitij absque nostro facto sequeretur, & veluti homines inferioris ordinis præcederemus ipsos in audientijs apud auditores & signaturæ præfectos, vel fortè melius causarum exercitium in sacris duntaxat consistorio ac palatio eis interdicerem, ac reliqua omnia Rom. Cur. & vrbis pro publica eis dimitterem palestra, ex qua optimis luctatoribus ad hunc grauiorum virorum ordinem solito eorum periculo daretur aditus.

ANNOTATIONES.

QVos procuratores.) *Hoc munus verè non procuratorum est quorum vile est officium, Institut. de except. §. vlt. in.* 2 *Sed Oratorum † aut patronorum.* 3 *Quod quantæ apud antiquos fuerit existimationis, ex Demosthenis, Ciceronisque maximè libris certissimum accipere possumus argumentum. Et hi, quos procuratores sacri Palatij vocitamus, iuris periti sunt: nec intra hunc ordinem solenni absque periculo admittuntur, ita, vt legali in philosophia, qui minimè illustres fuerint, procul arceantur. Hinc est, ordinem hunc præstantissimos semper iurisconsultos habuisse. Quorũ propriũ est officiũ causas orare, iudicesq; in facto instruere, quamobrẽ oratores, aut patroni propriè appellantur. Etsi me non lateat, patronã pro aduo-*

cato & defensore inueniri & pro re & tempore à politiori literaturæ non leuibus auctoribus ita obseruatum. Namque Vlpianus in l. 1 §. ait prætor. ff. de postulat. in hæc verba loquitur: ait Prætor, si non habebunt aduocatum, ego dabo. Et paulò pòst, vel metu patronum non inuenerit. Et Cicero libro secundo ad M. Cælium: Noui ego vos magnos patronos, hominem occidat oportet, qui vestra opera vti velit. Et idem in Bruto: Iam in patronorum numerum peruenerat. Cæterùm extra Vrbem nomen Aduocati, omnes vsurpant, modò legulei sint, quorum magna est turba, ita, vt plerisque Terentianum illud conuenire videatur, Huic opus est patrono, quem defensorem paro. Idcirco non mirum, si huius farinæ aduocatos à causidicis mediocribus proclamatoribus, aut rabulis sæpissimè superatos videmus Nicolus Antonius Granatius.

De Sollicitatibus expeditionum, & caussarum Romanæ Curiæ.

CAP. XX.

SEQVITOR est proximo sollicitatorum ordo, quorum * in Romana Curia duæ sunt species, alij qui supplicibus in eorum impetrationibus & diplomatum expeditioni desuper necessariæ operam præstat, quorum aliqui publica permutatione recipiuntur, quos sollicitatores literarum apostolicarum, seu Iannizeros vocant. Aliqui priuati, quos sollicitatores expeditionum vocamus, quorum plerique semper fuerunt, & sunt in Romana Curia insignes viri, qui non mediocres opes sibi ac arte compararunt, soletque Datarius & alij Romanæ Curiæ taxarum receptores certum quid de summa taxata sollicitatori remittere, idque eius intuitu, & eo animo, vt non supplici, sed sollicitatori remittant, quæ

dere

de re iustè sollicitatores faciunt, vt supplices hoc etiam remissum veluti expensum ferant, vtque totum lucro cedit suo, sed pauci sunt hac obuentione contēti, nec desunt, qui sibi plus luerentur, quàm erogent. Tu si huic operam dabis tantum accipiens, quantum pro timorata conscientia labori tuo condignum arbitraberis. Alij verò sunt causarum sollicitatores, quorum aliqui sunt procuratoribus quasi adscripticij, aliqui sui iuris, omnes solent sibi aliquem ex procuratoribus deligere, & hoc tantùm inter vtranque partem interest, quòd primi à procuratoribus causas accipiunt, & procuratores eorum opera in sollicitandis causis vtuntur. Alij verò potius à seipsis causas habent, & procuratores conducunt, qui ab eis diuerso causas accipiunt. Estque similium sollicitatorum in Romana Curia satis ingens numerus, & ipsi ferè omnes causas sibi occupant. Qua de re conquesti pluries fuerunt procuratores nostri, non tamen omnes, sed alij exiliores, quos sollicitatores, veluti tenues viros in causis suis non consulunt, & à liminibus suis abstinent. Quamobrem procuratores isti facilè in hanc iuerunt sententiam, vt crederent hoc genus hominum causas etiam suo marte in plurimorum damnum regere, ea ratione, quod veluti homines alicuius eruditionis sæpius procuratores, quos sibi deligunt, domi consulant, quàm conducant, sola monstratione nostra contenti, acerrimi sunt causarum defensores, Hispani præsertim, quorum aliqui apud me diu versati fuerunt, & versantur, nimirum si contra istos querulos semper causam ipsorum sollicitatorum, vtpotè iustam acerrimè defendi.

De Notarijs actuarijs cauſſarum Sacri Palatij.

CAP. VLT.

SVMMARIVM.

1 *Notarios quadraginta octo ſacrum palatium habet, & de eorum munere, atque priuilegijs.*

2 *Cancellariæ Apoſtolicæ regens cauſſas inter auditores æqua lance diſtribuit.*

3 *Notarij cur ſic dicti.*

4 *Notariorum ordo antiquitus honeſtus fuit, ſed poſtea vilis.*

5 *Notarij ſerui publici erant.*

6 *Accurſij opinio refellitur, quòd ideò Notarij ſerui publici dicuntur, quia publicè ſeruiunt.*

VSu quoque comprobatum eſt, vt perſona Notarij tametſi abſque ea iudicium conſtet, perquàm ſit neceſſaria, quamobrem
2 *habet ſacrum Palatium notarios cauſſarum
1 ſuarum actuarios quadraginta octo, ſinguli ſcilicet Auditores quatuor, apud quos omnia, quæ in iudicio ſibi vtilia, vel neceſſaria litigatores putant, veluti apud perſonas publica fide probatas recipiuntur adnotanturque. Nec ſolent intra hunc ordinem admitti, niſi ſint viri probatæ fidei, quamuis non niſi publica permutatione. Habent quoque certum vniuerſitatis, ſeu ſodalitij corpus, cui ſummi Pont. innumera conceſſerunt priuilegia, ac certis legibus eorum artem exercent, quarum aliquas libro conſtitutionum Apoſtolicarum, quas rotales dicimus, aliquas verò ab ipſo ſodalitio, ſiue collegio legere licet, ſoletque
2 * Cancellariæ Apoſtolicæ Regens officio ſuo

suo caussas inter Auditores æqua lance distribuere, & inter quatuor notarios cuiusuis auditoris. Alter solet singulis mensibus extrahi, quẽ proinde Mensarium dicunt, quique inter connotarios auditori sui caussas suo auditori in maiori turno contingentes diuidit, & vnicuique æquam portionem designat. Quòd si inter ipsos de re officium concernente, aliqua exoriatur controuersia, solet generalis omnium mensarius & eo non valente Decanus auditorum eam audire & definire. Reliqua si quæ supersunt ad notarios pertinentia, à te ipso secum versans citius edisces, quàm velis, non recenseo omnia, satis enim mihi visum fuit, eos breui hac nostra monstratione silentio non prætermisisse.

ANNOTATIONES.

Notarij.) *Dicebantur* olim notarij, quia notis scribebant, id est, compendioso scribendi genere, sic, vt miranda quadam solertia atque celeritate omnium dicta notis exciperent. Erant enim notæ quædam literæ, quibus singulis singula verba significabant, vtputa, Q.D.E R.F.P.D.E.R.V.I.C. hoc est, Quid de ea re fieri placeret de ea re vniuersi ita censuerunt. Et hæ, Q V.E C.P.D.L. id est. Quæue eius caussa parata, do, lego. Et similes, in quas quidem singulares antiquorum literas Valerius Probus & Petrus Diaconus interpretamenta adiecerunt, qui in tam difficili obscuroque scribendi genere non modicum beneficium posteris præstitere. Antiqui enim ex communi consensu primis literis celeritatis caussa verba notabant, vt apud auctores & in veterum etiam monumentis, non vno in loco comprehendere licet. Hinc Suetonius de Tito verba faciens, sic scriptum reliquit, E pluribus cõperi, notis quoq; excipere velocissimè solitũ, eo-* a 3

cum

cum amanuensibus per ludum, iocumque certantem imitari chirographa quæcunque vidisset. Et Martialis lib. 10.

Nec calculator, nec notarius velox
Maiore quisquam circulo coronetur.

Et Modestinus in l. inter eos, ex quibus cau. maio. Eos, qui notis scribunt acta, præsidum Reipublicæ causa, non abesse certum est. Iulius autem Cæsar notas transposito literarum ordine vsurpare consuevit, præsertim in epistolis ad familiares, vt auctor est Tranquillus, in quibus, si quæ occulta perferenda erant, per notas scripsit, id est, sic structo literarum ordine vt nullum verbum effici posset, quæ si quis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum literarum, id est, d, pro a, & perinde reliquas commutet, veluti apud Gellium est quoque legere lib. 17. cap. 9. Sic plerosque hodie scribere etiam animaduertimus, cùm nullis, aut paucis eorum literæ communicari velint, quas vulgus ziferas appellat.

4 Et Notariorum * siue scribarum ordinem honestum fuisse ex Cicerone in v. in Verrem coniectari possumus, quòd eorum hominum fidei tabulæ publicæ, periculaque magistratuum committantur. Et pro domo, Scribæ, qui nobiscum in rationibus momentisque publicis versantur, non obscurum de meo in Rempub. beneficijs suum iudicium decretumque esse voluerunt. Et si scribarum munus apud Græcos multò honorificentius fuisse, quàm apud Romanos scriptum reliquerit Probus in Eumenæ. Cæterùm temporum progressu vile apud Romanos neglectumque hoc officium fuit, vt serui, *

5 publicii-lud exercerent, veluti à Iurisconsulto demonstratur in l. t. ff. rem pupilli saluam fore, in l. non aliter, de adopt. & in l.

6 §. exigere, de magistr. conuen. Hinc illud * Accursianum, quod communis nostrorum schola sectatur in §. cum autem, Instit. de adopt. haudquaquam auguror esse verum scilicet, Notarium ideo seruum publicum dici, quòd publicè seruiat, in publicis, priuatisque negotijs acta & rationes conscribendo. Nam verè seruierant, qui ad illud munus adhibebantur.

Sed

Sed postea Arcadius & Honorius. A. A. in l. Generali, de Tabul. C lib. 10. sancierunt, liberos homines esse, qui ad hoc munus adsciscerentur, nec seruis amplius illud exercendi pateat aditus, vt ad veterem, priscumque morem restituisse videatur. Nic. Anto Crauatius.

LIBER III.

DE IVDICIIS.

Iudicium plurifariam accipi, & quale sit in nostra specie.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium quindecim modis accipitur. & nu. 5.*
2 *Iudicium quid sit. & nu. 9.*
3 *Iudicium vnde dicatur.*
4 *Iudicia quæ de caussa instituta fuere. & num. 6. & 10.*
7 *Iudex secundum allegata & probata ius dicere debet.*
8 *Iudicium quomodo intelligatur.*
11 *Iudicis officium quale esse debeat.*
12 *Iudex in re dubia ad arbitres eligendum partes cogere potest.*
13 *Lites & contentiones malæ sunt.*

IVdicium a*iure nostro plurifariam accipi solet, nempe quindecim modis, quos docet glo. instit. qui. non est permi. face. test. §. præterea, verbo, iudicium. Sed nostro casu pro humano contentioso accipiemus, quod homo inter homines contendentes exercet, de quo nobis nego-

a 1

negotium erit. Quod sic diffiniemus. b Iudicium
b * est caussæ discussio cum cunctarum personarum interpositione: vel aliàs, est actus legitimus
2 trium personarum, Iudicis, Actoris, & Rei, super eadem quæstione. c. forus, extra de verb. sign.
vbi glo. arg. ca. 1. 4. q. 4. Dicitur * autem iudicium
3 quasi ius dictum, quod veteres inquisitionem vocarunt, vnde & auctores, iudiciorum præpositos, quæstores, vel quæsitores vocant. d. ca. forus, quod nomen inquisitionis etiam vsque ad nostra tempora traductum seruamus in altera specie criminalis iudicij, in qua via inquisitionis procedi solet. c Et institutum * est iudicium pro
c bono pacis, ne homines in eorum controuersijs
4 ad arma conuolarent. Estque d officium maxi-
d mè pium tum iudicis, cùm ipsorum, qui litigatoribus patrocinantur. si iudices & caussarum patroni, quorum officium potius esset pij mediatoris piè atque christianè agerent, sed omnia ad vitium, vbi enim pietatis officium erat, vt proximos inuicem controuertentes ad concordiam Christianam quæ pacem, quasi pij moderatores conduceremus, nunc est vtilitatis atque uaritiæ, vt nobis ipsis bonas paremus opes iure vel iniuria. Isque in hac arte magis celebratur, qui sua calliditate ac cauillo & inuersa conscientia lites sibi nutrit, citiusque ditatur. De omnibus non loquor, sed hoc timoratæ conscientiæ tuæ relinquemus, ac rem nostram prosequemur.

ANNOTATIONES.

Iudicium.) *Iudiciũ * nostros apud Iurisconsultos variis modis dicis in confesso est, quos Spe. de iudi. §. 1. & 2. & Interpretes in Decretalib. & Iustiniano Codice in rub. eod.*

eod.tit.bene cumulateque recensent. Sed iudicium illud quidem in primis accipitur, quod coram iudice pro ordinatione causſa diſcutiendæ in iure fit. Et eſt actus trium perſonarum: ſcilicet iudicis, actoris, & rei. Sicque Cæſareo in iure atque Pontificio in tit. de iudi. capitur, & in cap. forus. de ver. ſig. Et iudicia* teſte Cicerone in oratione pro A. Cæcin. & primo de Oratore, Aut diſtrahendarum controuerſiarum, aut puniendorum maleficiorum cauſſa reperta ſunt. Dicitur etiã iudicium (& ſi noſtrates hoc omiſerint) diuinatio illa, cùm de conſtituendo accuſatore quæritur, iudiciumque ſuper ea redditur, cui nam potiſſimum ex duobus pluribusve accuſatio, ſubſcriptioue in reum permittatur: tunc enim, qui nam magis ad accuſandum idoneus ſit, quaſi diuinare iudicem oportet, vt Gell. teſtatur lib. 2. cap. 4. Cui rei affine illud eſſe videtur, quando iudex ex coniecturis, præſumptionibuſque ſuam fert ſententiam, iuxta tradita in c. aſſerte, de præſump. nempe ad iudicandum & quodammodo diuinandum, tunc iudex conijcitur, quanquam veteres deficientibus teſtibus, ex probabilibus etiam ſignis iudicabant, idque erat, quod dicebant, Suffragio optimo, vt Ariſtoteles refert lib. Reth. primo. Nos verò hoc genere probationis aliàs iuuari, non autem conſtitui putamus, quod quidem intelligendũ erit, niſi iudex ſuam ſententiam ex præſcripto, lege, edicto, ſenatuſconſulto, aut teſtimonijs reddere teneatur, etenim ſecũdum leges, nec aliter tunc diuinare neceſſum erit, illarumque normam ſeruare obſtringitur, reum ſiue abſoluant, pœnis vel ipſum immodent, prohibeant ve aut permittant, neque latum vnguem ab eis diſcedere fas erit. Hinc* eſt, quòd ſecundùm allegata & probata (ita enim dici ſolet) iudices lites dirimere tenentur. l. illicitas. §. veritas. ff. de off. præſid. vbi Bart. cæteriq; hoc autumant, & Fel. qui latè ſcribit in ca. paſtoralis, §. quoniã. de off. deleg. Et vſque adeò hoc verum eſt, vt ſi particulari ſententia aliud iudex perceperit, nihilo ſecius ſecundum probationes ſuam proferre ſententiã debet. Quam quidẽ opinionem

6

Com.opi. nem inter interpretes receptionem esse testatur Couuarru. lib.Vari.resol.primo.nu.6. vbi affatim rem hanc explicat, necnon Hieronymus Magius Iurisconsultus Anglarensis lib. 4 μισοπυγιστίας siue commentariorum ad l.cum vir nubit. C.ad l.Iul.de adult. Quin etiam inter Theologos crebrior calculo hanc opinionem receptam esse, ex dictis D.Thomæ omnium præcipui, veritatisque indagatoris diligentissimi patet 2.2.q.67.art.2.& Caiet.ibi, atque Sylues.Prier.in sum-
8 ma in verbo iudex.2.q.5. Cæterùm † quomodo intelligatur iudicium, à multis dubitatum est, aiunt enim plerique pol-litem contestatam tantùm esse iudicium, auctoritate Isidori relata in d.cap.forus.Alciat.tamen hanc improbat sententiam in dispunct.2.cap.24.vbi Isidorum arguit, vehementerque etiam maledictis eum aggreditur. At ipse crediderim non ad vocabuli etymologiam Isidorum eiusque consectatores respexisse, sed ad caussas, discussionumque perfectum examen, nam tunc certè ipsaque lite contestata peculiariter iudicium dicitur.l.cum fundus, vbi Ias.nu.4.ff.si cert.pet.ex cum ecclesia, ibique Dec.nu.4.de appell.& tradunt Pap. in rub.C, de eden.nu.17.& doctissimus præceptor meus D. Ioan.Bolagnettus in l.edita.nu.19.eo.tit. Sicque Isidorum ipsiusque consectaneos defendi posse arbitror, aliàs iure à doctissimo Alciato per ea, quæ in medium affert reprehensos
b fuisse facilè quisque existimabit.Nic.Anto.Grauatius.

9 Quod sic.) Quid * sit iudicium, quotque modis definiatur, Doctores legas in Pandectis, Iustiniano Codice & Decretalibus in rubr.de iudic.atque Rober.Maran.in praxi.in 2.part.in princip.vbi latè disserit.

c Et institutum.) Iudicium * nempe ex necessitate in-
10 uentum fuisse neminem latet, ne quis propria auctoritate ius sibi dicere, aut vltionem sumere auderet, l. nullus. C. de iudæ.cap.nisi bella, vbi Glossator.23.q.1.cap.ad hoc.16.q.1.& tradit Spec.tit.de off.om.iud.§.potest, in principio. Nemo certè domi securus viueret, si iudicia instituta eorumque

magi-

magistratus non fuissent. Quinimò parum nobis leges profuissent, iuxta Iurisconsulti sententiam in l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur. Essent quidem leges absque magistratibus tanquam nauis sine gubernatore, & sine duce ipsa phalanx, reueluti si ex choro ipsum choryphæum auferre velis. Magistratus nanque lex est loquens, vt Cicero tertio de legibus probat, & in oratione pro Cluent. Idcirco non immerita voce Pindarus Iustitiam absque interprete mutam esse aiebat. Iudex certè quasi animatum ius est, nam græcè δίκαιος ius, & δικαστὴς iudex dicitur. Nico. Anto Grauin.

Estque officium.) Verisimi* iudicis officium est, lites componere, pacemque omni cura ipse ne turbetur Respu. inter omnes quærere, iuxta politicum Vlpiani præceptum in l. congruit. ff. de offi. præsi. vbi Bart. cæterique adnotant, & in l. 1. §. & post. ff. de no. ope. nunc. l. æquissimum. de vsufr. & c. finem litibus. de dolo & cont. I. sin l. quidam existimauerunt. num. 3. ff. si cert. pet. & Afflict. decis. 13. in fin. & deci. 149. nume. 6. Hinc est, vt ipsi literis prodiderunt, quòd * in re dubia, aliquibus tum etiam ciuibus iudex pro componenda lite controuersantes ad communem amicum, arbitrumque eligendum compellere potest. Qua de re cum hic nostri non sit instituti eam pertractare, quia longus esset habendus sermo, Felinum consulere poteris in rubric de treuga & pace. Lanfranc. in tracta. de arbitr. quæst. 45. Caccial. tract. de transf. quæst. 20. Barba consi. 1 colum penult. lib. 3. Ieso. præcitato loco, & Polit. qui eleganter loquitur in trac. substi. in materia pupilli quæst. 8. colum. 3. Sed quòd ad nostram attinet propositam materiam satis est ab eis illud assequi, optimi iudicis munus esse, lites componere. Et iure quidem, vt eæ dirimantur, inimicitiæ, contentiones, atque dissidia, quæ * florentes etiam vrbes euertere, soloque æquare possunt. Idcirco in iudicio (maximè pio Christiano) non contendere conuenit, vt Seruator noster ait Matth. 5. Ego autē dico vobis non resistere malo sed si quis te percusserit in de-

d

ii

12

13

xteram maxillam tuam, præbe illi & alteram: & ei, qui vult tecum in iudicio contendere & tunicam tuam tollere dimitte ei & pallium, & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo, alia duo. Hæc Redemptor noster. Lites enim controuersias atque contentiones maximum nobis damnum afferre, ex D. Paulo docemur ad Rom. 2. & 1. Thess. 4. & Corinth. 6. Non ergo iniuria inter ethica præcepta Iurisconsultus monumentis prodidit in l. item si res, §. vlt. ff. de aliena. iud. mut. cau. fa. Quod verecunda cogitatio eius qui lites execratur, non est vituperanda, magnæ certè expensæ labores atque molestiæ litigantes sequuntur, etiam si victores euaserint, vt satis sit semel vinci, quàm sæpius vincere & diutius litigare. Hinc Cicero lib. 2. offic. admonet litibus quantum liceat, & nescit an paulò plus etiam, quam liceat abhorrere, esseque non modo liberale nonnumquam de iure suo decedere, sed etiam fructuosum. & in hanc sententiam multa adducit Luc. à Pen. in l. litibus. C. de agric. & cens. lib. 11. Agant ergo iudices, quod debent, iustitiam colant, lites ne foueant, eæ vt immortales quodammodo fiant: sed syncerè, vt iura sanciunt ius suum cuique tribuant, illudque præ oculis semper habeant, Leui. 19. & 24. Non facies, quod iniquum est, nec iniustè iudicabis, non consideres personam pauperis, nec honores vultum potentis, æquum iudicium iudica inter vos, siue peregrinus, siue ciuis peccauerit. Nicolaus Antonius Grauatius.

Iudicium nostrum multiplex in specie, & plures eius diuisiones.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 Iudicium multiplex est. & num. 15.

2 Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud mixtum.

3 Iudi-

3 Iudicium spirituale quid sit, quid ecclesiasticum, & temporale.

4 Ius patronatus de re spirituali, atque temporali participat.

5 Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinarium.

6 Princeps expressim rescribere debet, vt summariè in causa procedatur, aliàs sūmarius processus negatus censetur, etiam si rescriberet, fiat vt petitur, de quo vide nu. 18.

7 Princeps & si multa iudicij substantialia tollere possit, non tamen citationem. & nu. 23.

8 Contumax in sui odium habetur pro presente. & num. 4.

9 Iudicium vniuersale, generale, commune, & speciale.

16 Princeps soli causas summariè decidendas rescripto imperant.

17 Legatus de latere, an summariè causas decidendas committere possit?

19 Rescriptum & principis gratia ad libellum refertur.

20 Priuilegium à principe concessum ex forma supplicis libelli declaratur.

21 Verbum, fiat, concessionem gratiæ ipso facto denotat.

22 Citatio est de iure naturali, idcirco nullus defectus in iudico potentior est, quàm citationis.

24 Contumax multas patitur pœnas, & quas.

25 Contumax priuilegij forum allegare non potest.

2 IDem iudicium * multiplex ratione diuerso-
1 rum. Abb. in rub. extra de iudi. siquidem, si fi-
2 nem respiciamus triplex est. Ciuile, * quod
ad priuatum commodum tendit, gloss. l. prætor.
ff. de sepulc. viol. vtpote si de feudo. de mutuo &
similibus ageretur, vt in c. cæterùm, & c. dilecti,
& causam de iud. Criminale, quod ad publicam
tendit vindictam & vtilitatem, vtpote, quum de
crimine ad publicam vindictam agitur. vt in c.
at si Clerici, & in c. cum non ab homine, de iudi.
Idque si corporalis sit, siue pecuniaria ipsa pœ-
na gloss. d. l. prætor. Diciturque publicum. l. 2. §.
capitalia. ff. de publ. iudi. de quo modica, vel po-
tius nihil dicemus. Mixtum, quod participat de
natura vtriusque, glos. verbo summa in §. primo
instit. de actio. Vbi Doct. & præcipuè Iason vt
pote si de crimine ciuiliter ageretur. cap. tuæ de
procur. c. super his de accu. Ciuiliter autem de
crimine agi solet, cum de crimine ad priuati de-
taxat commodum, gloss. & Bar. in l. 4. ff. de sepul.
viol. Inno. cap. qualiter de accu. Bart. in rubr. de
iudic. & not. in §. summa. & in §. pœna instit.
3 de actio. Quòd * si respiciamus materiam, vti-
que triplex est. Spirituale, vbi de re spirituali
seu Ecclesiastica ageretur, vtpote de beneficio
Ecclesiastico, de matrimonio, de decimis, de vsu-
suris, alijsq; similibus, in quibus versatur pericu-
lũ animæ, de quibus in Cle. dispendiosa de iud.
& in c. exhibita eo. tit. Temporale seu prophanum
vbi de re mera temporali & prophana, id est re-
mota à phano & Ecclesia, de quibus in cap. ve-
nerabilis de iudi. Mixtum, vbi de re, quæ partici-
paret de vtroque extremorum nec præcisè de

alte-

altero est,& vtpote si de iure patronatus,de pen sione Ecclesiastica, de beneficio vno ageretur. Ius* patronatus enim de spirituali participat, quia circa rem Ecclesiasticam & præambulum ad institutionem præbet, quæ iuris est spiritualis,ad nota,per Abb. in rubri.& in capit.quanto de iudici.Amplius & de temporali quoque participat,quia laico competit,& ad hæredes transit,vt in cap.filijs.16.quæst. c. Si* verò respiciamus formam, vtique triplex Ordinarium, in quo ordine plenè seruato procedimus.cap. examinata de iudi. extra ordinarium, in quo extra ordinem.cap.nouiter de iud. Quod nobis qnandoque à l. indulgetur, vt in causis electionum, postulationum,dignitatum, personatuum, officiorum,canonicatuum,præbendarum, decimarum,matrimonij,vsurarum.Clem. dispendiosa de Iudic. ac etiam in inquisitionibus hæresis, in quibus seruare ordinem esset inuertere. cap. ad nostram extra de iureiu.Eadem *b* quoq; facultas procedendi extra ordinem quandoque rescripto Principis nobis concedi solet in his, in quibus alias de iure tenemur secundum ordinem procedere.Soletque Princeps rescribere, vt sum mariè causa discutiatur, c requiriturque* de hoc specialis mentio in ipso Principis rescripto quod signaturæ extensionem vocamus, Clem. sæpè de verbo.signific. adeò vt si in corpore supplicationis hoc exprimeretur,& non in signatura Principis, non videretur concessa hæc facultas,tametsi expressa esset in corpore,& Princeps rescriberet,audiat vt petitur. Sed desiderat expressionem de hoc in ipsa signaturæ extensione, vtpote,Audiat summariè & prout petitur,aliàs

4 5 b c 6

alias censeretur negatus summarius processus, expressisset enim Pont. si voluisset. c. ad audientiam de decimis, Rot. decis. 466. nota quod in commissione in anti. & 351. si in commissione impetrata in nou. Verũ, quicquid dicat d Princeps

d 7 *licet possit suo rescripto multa substantialia iudicij, quæ sunt iuris positiui tollere, vt litis contestationem, libelli ac articulorum dationẽ & pro illis & similibus dilationes, non tamen potest à partis vocatione dispensare, idque doc. dicunt, quòd vocatio partis sit iuris diuini, moniti eo exemplo quòd ipse Deus antequam iudicaret Adam à paradiso terrestri, prius vocauit ipsum. ca. pastoralis de sent. & re iud. in cle. Nos aliter dicimus, quia si vocatio & partis præsentia deficiat, deficiat notio ac discussio causæ, quæ corpus est & substantia iudicij, vt nostra diffinitio suprà docet, qua diximus, iudicium esse causæ discussionem cum cunctarum personarum interuentu, & satis est, quod interueniant verè vel fictè. Fictè autem contingit pluribus modis, in vtraque persona rei vel actoris communiter vigore citationis, e quia * citatus & contumax in

e § sui odium reputatur pro præsente ad tex. & nota per Bald. ibi in auth. qua in prouincia in fi. C. vbi de cri. ag. op. fine citatione contingit in persona actoris, quando de notorio ageretur facto, vel crimine, vel aliàs per viam generalis, vt in c. bona de electio, vel specialis inquisitionis, vt in c. qualiter el. 2. de accu. Vtroque enim casu fama repræsentat actorem & eius vices gerit. ca. accedens de accusat.

9 Nunc * ad tertiam redeamus iudicij diuisionem, quod ratione quantitatis quadruplex est,

gl. c.

gl.c.2.de lib.oblat.Specu.de iudi.in fi. Quandoque est vniuersale, vt cũ petimus vniuersum ius, vtpote bonorum possessionem vel hæreditatem l.1.ff.de rei vendicat.l.sed si.§. fi.ff.de petit.hæredi.Specul de iudic.2. parte,ab hoc genere non longè distat beneficij ecclesiastici petitio & iudicium ipsum beneficiale.Inno.ca. conquerente de offi.ordinarij,Abb.in ca.2.de lib.oblat.veluti enim in vniuersali iudicio quis petit se declarari hæredem vel bonorum possessorem, & hæreditatem,pro vt est ius,adiudicari,& corpora veniunt in sequelam eodem exemplo in beneficiali petimus declarari rectorem & adiudicari ius beneficij,cui postremò accedunt corpora. Idem si quis petit ciuitatem vel castrum, vtroq; enim casu vendicamus ius beneficij vel ciuitatis vel castri cum pertinentijs, ad notata per Innoc. & post eum per Io.Andr.in nouellis in c.cum venerabilis,de religiosis domibus,vbi habes,quòd secus fit in dignitatib. ecclesiasticis, vtpote si quis petat Præposituram vel Archidiaconatum, pro quibus is,qui agit non habet specialem actionẽ, & implorat prætoriam cognitionem, seu Iudicis officium.Innoc.& Io.Andr.ibidem. Aliquando generale, vt cum non vniuersum ius,sed generaliter aliquid petimus,veluti cùm agimus pro socio,negocio gesto,vel tutela.gl.d.ca.2.extra de libel.oblat.Specula.d.2.parte tit.de iudic.Communę,veluti cum finium regundorum,famil.erciscun.& communi diuidundo agimus.c.ex literis.de proba.Spe.vbi suprà.Speciale seu singulare,in quo non omnia veniunt,sed duntaxat, quæ actio proposita cõprehendit,veluti cum agimus rei vendicatione,actione,depositi,& similibus.

ANNOTATIONES.

a Idem.) *Multiplices* iudiciorum species atque partitio-*
25 *nes, tam ciuiles, quam criminales, mixtas, spirituales, tem-*
porales, ordinarias, extraordinarias, vniuersales, commu-
nes, generales, speciales, aliasque etiam, luculentissimis
copiosissimis commentarijs tractauit Maran, citata in prae-
in 4 part, distinct. 1. ad vsque finem, in alijsque insuper, qua
sequuntur, vbi non minus acutè, quàm copiosè omnia disse-
rit, ab eo ergo petas, si quid in materia quæstionis emerserit
Nico. Ant. Grauatius.

b Eadem.) *Caussas summariè decidendas esse soli princi-*
pes rescripto imperant, sed ab eis quidem inferiores minis-
mè. vt Glossator dixit in Clem. sæpe, in ver. mandamus de
verb. sign. vbi Card. in 1 & 12. q & in Clem. dispendiosam,
in fin. de iudic & ita etiam consulti Alexan. & Soc. respon-
16 *derunt ille consi. 106. li. 2, hic consi. 96. lib. 1. Cæterum* le-*
gatum, quem de latere appellant, eandem quoque habere po-
testatem (& si non de iure,) de stylo tamen, tradidit Fel. in
cap. olim. colum. 3 de iudic. Quæ de re latius Ias. scribit in l.
Nemo potest, 2. lect. num. 6 deleg. 1. Et quod à principe inferio-
res caussas summariè terminandas committere haud qua-
quam valeant, comprobatur etiam auctoritate Rotæ decis.
6. de iudic & decis. 16 de rescript in antiq. Lap. allega. 102.
in fin. & latius n. 28. Sed abundantius Felin. in cap. 1. de re-
script. col. 1. & 2 & in cap. 1 de const. vbi ad propositam ma-
teriam duas ampliationes (sic enim nostri vocant) & quin-
que declarationes tradit Nico. Anto. Grauatius.

c Requiritur.) *specialem* principis iussum summariè*
18 *vt lites terminentur requiri, in confesso est vsque adeò, vt si*
supplici in libello caussam summariè decidi petatur, ipseque
princeps iudici rescriberet, quod audiat & iustitiam faciat,
nihilominus summariè cauuam commissam esse non videtur
vt Alex. prodidit consi. 93. lib. 2. & auctor hic, quibus consen-
sit Ias in l. iustitia, col. 1 ff. de iust & iure, vbi verba illa,
iustitiam faciat, non aliud indicant quam iuris ordine seruato
ius titiam reddere. Quinimò quod fortius est, vt auctor
hic

hoc in loco asserit, nec summaria cognitio à principe concessa videtur, si rescriberet, Audiat vt petitur, si tamen non adiecerit verbum summariè, licet in libello supplici summariè procedi petitum fuisse. Quæ res certè scrupulo carere nequaquam videtur, sic, vt totis pedibus in hanc sententiam eundum non esse censeam. Cùm * rescriptum, principisque gratia ad libellum refertur, veluti in facto consulti respondérunt Alex. consil. 84. col. fin. lib. 1. & Corn. consil. 220. lib. 2. & Ias. tradidit in l. 1. C. de diuers. rescrip. Huc accedat quoque Bal. in cap. inter dilectos, colu. penul. de fide instru. vbi * ex supplicis libelli forma obtentum à Principe priuilegium declarari testatur, ipsumq; Bal. eo loci cæteri interpretes sequuntur, atque Dec. consil. 378. Cur. consil. 185. num. 5. & Gram. decis. 103. num. 20. & seqq. qui ad rem non pauca congerit, nec non & Ias. con. 93. libr. 4. Quæ opinio Iurisconsulti suffragio fulcitur in l. si defensor. §. interrogatus. ff. de interrog. act. & in l. 1. §. si quis simpliciter. ff. de verb. obli. & Imperatoris in §. præterea, instit. de inut. stip. vbi haudquaquam necesse est in respondendo eadē omnia repeti, quæ stipulator expresserit. Nam quæ in præfationibus dicuntur, in contractibus reputata intelliguntur. l. Titia. §. idem respondit. ff. de verb. oblig. Et optimè his arridet, quod Bar. in vlt. quæst. scribit in l. si quis intentione ambigua. ff. de iudic. cui ibi Bal. consentit, quòd quando actoris intentio est certa, responsum autem ambiguum aut obscurum, intelligitur iuxta ipsius voluntatem, traduntque etiam Oldr. consil. 184. Socin. consil. 67. col. 3. lib. 1. & Niconit. alleg. 1. numer. 9. Quonam modo quæso, petenti gratiam à pijssimo Principe optioribus possit verbis responderi (ea vt concessa intelligatur) quàm verbum Audiat vt petitur, aut placet, vel fiat, aut æquipollens? nam hæc sinè verbare ipsa ad eundem tendere finem nemo est, qui negare valeat. Et verbum * fiat, vel simile, Baldo auctore in l. cum apud. C. de comm. ser. manum. gratiæ concessum alio absque adminiculo denotat, quod &

19

20

21

ipse idem scriptum reliquit in l. humanum, in fi. C. de legib. & Calder. etiã voluit in c. quis quis, per illum tex. de elect. qui in graui cauſſa ita obtinuiſſe teſtatur, cui ſe ſubſcribum. Barbat. in cap. in noſtra. numero 19. de reſcrip. & Fel. in ca. Rodulphus. num. 50. eod. titu. & in rubr. de conſt. numero 13. Quibus etiam non modicùm conferunt, quæ Franc. à Ripa ſcribit in l. reſp. libro titul. de reſcrip. cap. 11. quæque cumulatiſſimè ad rem congerit Gomes. in compendio vtriuſq; ſignaturæ, qu. 16. Et quòd per verbum placeat in reſcripto appoſitum, conceſſum eſſe videatur, vt in cauſſa ſummariè (ſi id tamen libello ſupplici petitum fuerit) procedi poſſit, nuncupatim Caſſad. probat nõnullorum exploſa ſententia ſtylo potius, quàm iuri veritatique adhærentium, in deciſ. 7. de reſcrip. qui hanc ſententiam Imperatoris teſtimonio communit. in d. §. præterea, inſtit. de inutil. alijsq; etiam auctoritatibus, quas in medium affert. Hoc idem quoq; (& ſi nullum affert teſtimonium) amplectitur Anto. Mar. Papaz in ſuis additamentis ad Rotæ deciſ. 28. nu. 4. de reſcri. Nec noſtræ ſententiæ repugnat Rotæ deciſ. cui Veſtrius inmititur ſub nu. 10. in antiq. aliàs 379. quæ impreſſorum vitiõ incorrupte allegatur. Nam in illa facti ſpecie Pont. non reſcribit per verbum audiat, vt petitur, ſed per verbum audiat & iuſtitiam faciat, id quod in noſtra non eſt diſceptatione, Vnde iure optimo ſummarius ordo ſiue proceſſus, licet fuerit petitus, conceſſus tamen nequaquam videtur, quia ſi voluiſſet, conceſſiſſet, illa namque verba iuſtitiam faciat, iuris ordine ſeruato eam miniſtrari denotant, vt ſuperius demonſtrauimus. Idcircò ſummariè procedi non poteſt, quia id princeps noluit, & ſic quoq; Bellameræ deciſio procedat nu. 276. quiidem exiſtimauit, quod aliàs Rota, præcitata deciſ. 10. ſecus verò erit, cum Princeps reſcribit per verbum Audiat, vel fiat, aut placet, vel petitur. Quæ verba aſtruunt, Principem quod petitum fuerit concedere voluiſſe, veluti ex prædictis liquidò demonſtratum eſt, præſertim ex Gomeſio, apud quem citato

in loc

in loco de his verbis, deque eorum vi atque virtute abundanter videbis: aliàs quid principis verba operarentur dicentis Audiat vt petitur, cum nihil aliud, quàm in causſa ſummariè procedi petatur: maximè ea vt citius expediatur, néue longius lites protrahantur, quæ Reipublicæ & occaſionem criminum & non modica etiam detrimenta præbent, vt pulchrè exorditur text. in clement. dudum de ſepult. & habetur in l. ſi quis ingenium, §. in ciuilibus. ff. de capt. traditque Bartol. in l. hæc igitur. C. de nouo Cod. fac. Cæterùm in hac facti ſpecie, qua crediderim Veſtrium loquutum fuiſſe, eius opinio locum habere poteſt, quando ſupplici in libello plura petuntur, quorum aliqua gratiam, aliqua verò iuſtitiam continent, hoc nempe themate, ſi princeps per verbum fiat vt petitur, aut placet, reſcriberet ſolùm ea concedere videtur, quæ iuſtitiam, non quæ gratiam concernunt. Nam propter rerum mixturam, Verbum fiat, aut placet, propriam naturam, quæ gratiæ conceſſum denotat, nequaquàm retinet, vt eleganter conſultus Cornel. reſpondit conſil. 5. column. 3. & conſil. 19. column. 5. libr. 2. & iterum conſil. 48. libr. 3. cui conſentit Franci. à Ripa in rubr. de reſcript. numer. 18. nec non & Gomes. vbi ſuprà. & conferunt, quæ poſt Ioan. Andr. atque alios comprobat Gemin. in cap. ſi cui nulla. column. 1. de præben. in 6. vbi in dubio reſcriptum potius iuſtitiæ, quàm gratiæ interpretari debet. Et hanc doctiſſimi Veſtrij egregij noſtra tempeſtate iuriſconſulti fuiſſe mentem crediderim, quo cum me hercule congredi non ſtatui, nec eius opiniones vnquam accuſare, aut tantillum labefactare, cui ob eius virtutem multa me debere ſentio. Verùm, ſi petatur in cauſſa ſummariè procedendum eſſe, ſimpliciter & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, terminis palatij non ſeruatis, & ſola veritate inſpecta, & concederetur, quòd procedatur ſummariè & cæt. quod omnia prædicta conceſſa videantur per verbum & c. docet Rota

deciſ.

decis.1.de rescript.in antiq. & Aegid. Bellamerus compre-
tanit decis.338.&394.nisi eorum aliquid deletum fuisset,
vt eò loci est legere. Nicol. Anto. Grauatius.

d 22 23 Princeps.) Nullus * iudicij potentior est defectu,
quàm citationis, quæ defensionem à iure naturali proueni-
tem respicit. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. Hinc præclarè di-
xit Rota decisio.364.cùm iura.& 201.licet in causa iur.
quod etiam diabolus si in iudicio esset, audiri deberet. Et ad-
que adeò hoc veritati innititur, vt * Princeps citationis de-
fectum supplere non possit. Felin. in cap. ex parte 2. de off.
Com. opi. deleg. Dec. consi. 63. viso puncto. Aflict. decis. 307. in fin. &
que communis opinio Boerio teste, in decis. 247. numero 7.
Qua de re affatim scribunt Felin. & Dec. in cap. quæ in ec-
clesiarum. de constit. ille numer. 26. & 66. hic nume. 23. Ia-
cin. consil 120. li. 3. Cur. con. 170. numero 17. Vant. in trā.
de null. titu. de null. ex def. cit. in principio, & Aymo. Cra.
de antiq. temp. similiter in princip. numero. 39. vbi testatur
in his, quæ à libera principis voluntate non pendent, vt pa-
Com. opi. cùm de alicuius iurium ademptione res agitur, quòd tunc
parte non citata ueutiquam procedi potest, hancque opinio-
nem communibus suffragijs esse receptam ibidem Aymo as-
seuerat. Cæterùm quantæ sit efficaciæ in iudicijs citatio, in-
frà in quinti libri decimo tertio capite abūdè à nobis expli-
catum videbis, reliquum est ergo ad alia pertransire. Nicol.
Ant. Graua.

c 24 Quia citatus.) Quòd * contumax cæteras inter pœ-
nas pro præsente insui ipsius odium habeatur, testatur
Bald. in l. cum fratrem. colum. fin. Cod. de his quibus. vt in-
dig. & Accurs. in l. de vnoquoque. ff. de re iud. Sed enim si
quatuor & viginti pœnas, quibus contumax inuolatur scire
cupis, Maran. consulas in prax. in 6. part. ver. contumacia.
numero 9. & sequentibus. & Ias. in l. suncimus. numero 16.
& 17. Cod. de iudic. qui non nullas congerit, at latius Mar.
inter quas illius ne obliuiscaris, quòd contumaci index ne-

dum

dum in caussa, in qua contumax est, verùm & omni in alia audientiam denegare potest, vt eò loci Maran. in quinta pœna scribit. & Ias. etiam tradit in l. iusiurandum & ad pecunias. §. ait prætor. numero 2. ff. de iurciurand. Quibus duas & alias pœnas vltra Ias. & Maran. addere poteris. scilicet vt* contumax priuilegij forum allegare non possit, auctore Afflict. decis. 133. Item quòd aduers.m contumacem iuramento partis de expensis creditur, Mars.sing. 239. contumax & Ripa in l. 2. numero 8. ff. de re iud. Nicolaus Antonius Grauatius.

Iudicium quinque partibus constare, iurisdictio autem multiplex, quales singula Species.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 Iurisdictio quadruplex est.

2 Iudicem ordinarium tria faciunt, scilicet lex, consuetudo, & consensus.

3 Arbitri qui dicantur, & qui arbitratòres.

4 Iudex nullus in Ro. cur. ordinariam iurisdictionem à seipso habet, nisi à Pontifice, excipiuntur tamen Auditores sacri palatij.

5 Arbitrorum à sententia non appellatur, & quanam sit ratio.

6 Sententia arbitrorum non parit actionem neque exceptionem, fallit tamen.

7 Arbitrium, siue compromissum iuramento non firmatur iure ciuili, secus autem canonico.

IN Iudicio sex considerantur, iurisdictio, persona, tempus, locus, caussa, & figura iudicij. De quorum singulis dicemus. Iurisdictio

* quadru-

quadruplex: voluntatia, quæ altera parte volente expeditur, vt in adoptione, manumissione & emancipatione, potest enim quis inuitus manumitti. §. 1. institut. quibus. ex caus. manumit. non licet. Propria vt ordinarij, qui iure suo vel Principis beneficio iurisdictionem vniuersaliter exercet in suo territorio. l. more maiorum, cum sequ. ff. de iurisd. om. iud. c. duo, extra de offici. ordi. xxij. distincti. c. omnes, extra de electio ca. significasti. l. pupillis. §. territorium. ff. de verbo. signi. xvij. q. 6. c. 1. vt præses in sua Prouincia, Episcopus in sua diœcesi & similes. Tria enim faciunt ordinarium, lex eo ipso quod sunt tales in suo territorio, Princeps vtpote Papa & Imperator, nec alius inferior dabit ordinarium, nisi Episcopus suo vicario, quem sic datum non non à lege, sed à principe & homine, ordinarium vocamus substitutum. d. l. more maiorum. Amplius & consuetudo quoque approbata ordinariam dabit, vt quando vniuersitates etiam artiũ ex approbata consuetudine iudicem sibi deligunt ordinarium, ad not. in cap. cum ecclesiarũ, extra de offic. ordi. gloss. in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iudic. de qua ordinaria iurisdictione habemus in vtroque iure tractatum de offic. ordina. Conuentionalis, quæ excommuni partium consensu tribuitur, & vocantur arbitri, in qua sub stipulatione pœnæ compromittitur. 2. quæstio. 6. cap. à iudicibus. Ab a horum sententijs non appellatur, sed eis acquiescunt litigatores metu pœnæ. l. non distringuemus. §. 1. C. eodem. cap. dilecti extra eodem, vel metu iuramenti, b quod secundum canones interuenire solet. capit. 2. capit. per tuas extra eodem. 22. quæstion. 1. cap. quod

quod licet, & si secus sit de iure ciuili, authen, decernimus. C. eodem. Horum duę sunt species, Arbitri & Arbitratores. Arbitri * sunt, in quos litigatores ex consensu compromittunt super re litigiosa. Quorũ arbitria ad instar iudiciorum redacta sunt. l. 1. ff. de arbitris. Arbitratores verò non super re litigiosa, sed vt componant, vel diffiniant inter partes, vtpote inter cohæredes hæreditatem, vel aliàs rem communem inter socios arbitrio boni viri diuidant, ad hoc. leg. societatem. ff. pro socio, demandata siue delegata iurisdictio ab alia propriam habente dependet, quam recipit quis ex superioris delegatione, & ipsius delegantis vices gerit, nec aliquid proprij habet. l. licet. ff. de offic. eius. Verùm * nullus in Romana curia habet ordinariam iurisdictionem à se ipso, nisi à Papa, Archidiacon. cap. experientiæ. 11. qudstion. 1. ad notat. in clem. ne domini de electio. c tametsi plures sint in ea ordinarij substituti iuxta dictam l. more maiorum, vtpote auditor contradictarum inter omnes impetrantes, Præsidentes cameræ apostolicæ in omnibus, quæ suprà ad eorum notionem diximus pertinere. Auditor curiæ caussarum Cameræ apostolicæ, inter omnes curiales & alios censurarum reos, Gubernator Vrbis inter omnes vrbanos non exemptos, Vicarius inter clericos etiam regulares, & alios, si qui religionem aliter sequantur. Hi omnes ordinarij sunt Iudices, non à seipsis, sed à Papa substituti. Reliqui delegati sunt, & dietim à Pontif. dantur, à quibus tamen excipio sacri palatij auditores, qui ordinariã habent in audiendo &

do & cognoscendo eo ipso, quòd in eum ordinem sunt adsciti, & delegatam in definiendo.

ANNOTATIONES.

a 5 6 AB horum.) *Quòd * à sententia arbitrorum non appelletur, rationem tradunt scribentes in l. 2 ff de arbit. & in ca. per tuas, eod. titu. qui * ex ipsa sententia neque actio, neque exceptio oritur, sed ei metu pœna paremus, quod tamen semper perpetuum non est. Finge enim sententiam tacitè, vel expressè emo logatam fuisse, tunc certè imposita fuerit pœna, siue non, ex ipsa tamen sententia de iure Pontificio actio oritur, vt Alex. scribit in l. ait prætor, num. 3 ff de re iu qui hanc opinionem communiter inter interpretes esse affirmat, vbi etiam Ias. num 12. Nic. Anton. Grauatius.*

Com. opi.

b 7 Quo secundum.) *Cæsareo iure arbitria * iureiurando firmari prohibitum est, auth. decernimus, C. de arb. verò aliter iure Pontificio cauetur, quod quidem hac in re ipsi ciuili præualet, veluti Bald. ac cæteri in d. auth. asserunt, & Abb. in c. 2. de arb.*

c Tametsi.) *Adde Specul. in titul. de offic. ordin. §. 1, ver. ordinarius, vbi Bald. & in tit. de iud. deleg. §. iam nunc. Vant. quoque in tract. de null. ex def. iurisd. deleg. nu. 6. & sequentibus, qui affatim loquitur. Nicolaus Antonius Grauatius.*

Duplex in iudicijs personarum species.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Coniunctus pro coniuncto admittitur in profanis sine mandato, secus tamen in spiritualibus.*

2 *Rescripta ad lites absque speciali mandato, validè pro alio impetrantur ex communi vsu.*

3 *Procurator in Rom cu. pro principali absente ad soluendas expensas regesti obligatur.*

4 Cleri

4 *Clerici in Ro cur. contra iuris regulas, aduocationis & procurationis munus exercent.*

5 *Coniunctus pro coniuncto etsi admittatur, non tamen ante litem contestatam procuratorem constituere potest.*

6 *Coniunctus non admittitur pro coniũcto in causis speciale mandatum requirentibus.*

7 *Coniunctus pro coniuncto in decem & septem casibus absque mandato non admittitur, remissiuè tamen.*

8 *Procurator pro expensis factis pro suo principali potest ipsius scripturas loco pignoris retinere, non autem pro salario. idem in iudice, & aduocato.*

PErsona duplex est in iudicijs personarum species, alia necessaria, & alia vtilis. Necessaria, sine qua iudicium consistere non potest, vt pote iudex, actor & reus. Vtilis, sine quibus iudicium consisteret, si tamen adhibeantur, faciliorem reddunt iudiciorum exitum, vtpote aduocati & procuratores. Admittuntur tamen in iudicijs Rom. Cur. & repelluntur personæ secundum ius commune, de quibus latius apud Spec. legere licebit, titulis de actore & reo, ac pluribus sequentibus. Pleraque tamen in ipsa praxi & contingentia facti decisa sunt in sacro Rotæ auditorio, quæ personas concernunt, vtpote, a quòd * licet in caussis prophanis coniunctus pro coniuncto audiatur sine mandato hominis, & cum sola cautione de rato ad text. in l. sed hæ personæ, ff. de procura. in princ. l. ita tamen, ff. iudi. sol. adnota. in c. 1. de procur. & in c. nonnulli, & in c. ex parte de rescrip. per Inno. in c. quæ.

a 1

b c, quærelam, de electio. Sicus *b* tamen ſeruatum
eſt in beneficialibus, & alijs ſpiritualibus cauſis,
in quibus non auditur quis, tanquam coniuncta
perſona ſine mandato. Rota deciſ. 42. in cauſſis
de procur. in no. Imò nec etiam volenti cauere
de rato daretur decretum citationis ad partem
Aegid. conclu. 682. in cauſſis de procur. Et ratio
potuit eſſe, quia cõiũcta perſona agit, vel defen-
dit ex generali mandato legis, quod ſatis nõ eſt
vbi deſideratur ſpeciale, Rota deciſ. 42. in no
2 Amplius * ſeruatum eſt quoque, vt abſq; ſpeciá-
li mandato, & aliquo pœnæ incurſu, quis alie-
no nomine valide impetret reſcripta ad lites, cõ-
tra text. in cap. nonnulli de reſcrip. Caſſa. deciſ.
1. de procu. nume. 4. Et *b* ratio potuit eſſe, quia
c procurator in Romana curia, pro principali ab-
3 ſente, ad ſoluendas expenſas regiſtri obligatur.
Caſſa. d. deciſ. 1. de procu. nume. 2. Rot. deciſ. 3.
de procu. in uo. & propter labores, diſpendia, &
obligationem huiuſmodi, quę quis impetrando
alieno nomine ſubit, non præſumitur impetra-
re ſine ſcitu domini. Caſſa. deciſ. 1. de procu. Co-
4 terùm * ex tollerantia Pont. ſeruatum eſt, vt cle-
rici in Romana Curia aduocationis, & procura-
tionis publica munera exerceant, contra iuris
regulas.

ANNOTATIONES.

2 QVod licet.) *Et ſi admittatur* * *coniunctus p*
5 *coniuncto in profanis, vt hìc, non tamen procura-*
rem ante litem conteſtatam conſtituere poteſt, ad-
cent hoc doctores præſertim Ant. ab Alex. & Iaſ. in l. qui-
quis in 7. fall. C. de procur. Rot. deci. 677. nota, quòd co-
iuncta perſona, & dec. 731. nota quòd ſi aliquis in antiq.
6 *iterum deciſ. 240. ſi committatur, in no.* Nec * etiam
eam

cum sibi vendicat, vt coniunctus pro coniuncto in iudicio cõpareat in his, quæ specificum mandatum requirunt, ea etenim eos pertractare (ni speciale mandatũ ostenderẽt) leges prohibent, l. patri pro filio, & l illud, §. 1. ff. de minor. traditur per Soc. consil. 120. cùm in præsenti, in 2. dub. lib. 1. & Ias. in l. exigendi, in 4. fall. numero 9. C. de procur. apud * quos non paucas videbis limitationes (sic enim nostri appellant) in quibus coniunctus pro coniuncto absque mandato non admittitur, quas referre superuacaneum esse duxi, cùm habeas, quò recurras. Ias. namque ibi decem & septem coaceruauit limit. Poteris etiam videre Guid. Pa. decisio. 526. exquutio. Ripam in cap. cùm M. F. numero 60. de const. Recentiores in cap. nonnulli, §. sunt & alij de rescript. & Cassa. decisio. 40. numero. 5 super regul. Cancell. vbi limitat in beneficialibus, & quod de coniuncta persona dicitur, ea vt possit absque mandato agere, cum cautione tamen de rato: idem est in litis consorte, l. 2. C. de consort. tradunt Felin. & Ripa in cap. cum M. Fer. de constit. ille numer. 8. hic autem, 53. vbi hoc quinque modis limitant, eos ergo legas, necnon & Bello. 26. numero 5. cum sequen. qui pulchrè loquitur. 7

Secus tamen.) Vide ad hoc Docto. præsertim Ias. in dict. l. exigendi, in 5. Fallen. & Rotam decisio. 420. §. sed vtrum in no. b

Et ratio.) Adde Mil. in verbo Procurator, §. procurator constitutus ad caussam. Verùm * procurator, qui pro suo principali expensas pro actis confectis soluit, ipsius scripturas pignoris loco, erogatis pro sumptibus recuperãdis retinere potest, non tamen pro suo salario. Idemque in iudice, & aduocato iure cautum est, vt Boerius attestatur decis. 15. num seq. Nic. Ant. Graua. c 8

Tempora iudiciorum varia, & quanta, & qualia in quauis specie, & instantia.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 Instantia causſa, iure Cæsareo in ciuilibus triennio finitur, & in criminalibus biennio, at de iure Pontificio perpetua est, & nu. 6.

2 Appellationis prosequendæ tempora, quæ sint de iure ciuili, & quæ de iure canonico.

3 Appellationis prosequendæ tempora, siue fatalia prorogantur toties, quoties auditoris arbitrio debantur.

4 Iudices sacri palatij appellanti à diffinitiua apostolos reuerentiales dare solent, cum termino dierum decem ad prosequendam appellationem.

5 Dies, quibus ius in palatio dicitur, qui sint.

7 Appellantem, vt ei biennium ad prosequendam appellationem concedatur, quid probare oporteat.

8 Negligentia in iudice non præsumitur, idcirco protestari necesse est.

9 Lites diutius in foro ecclesiastico ventilantur.

10 Appellationi in dubio deferendum est, à iudice fallit tamen.

11 Appellatio est tyriaca contra venenum iniustæ sententiæ.

12 Articuli probatorij in dubio admittendi sunt, idem in interrogatorijs, & positionibus dicendum.

Tempu

TEmpus intra quod finiendum est iudiciũ, si causſam principalem reſpiciamus, iure ciuili tẽporanea eſt. Nam *ſi ciuilis cauſa ſit ad trienniũ, ſi verò criminalis ad biennium extendi ſolet, l. properandum, vbi Bar. & Bal. & alij, C. de iudi. niſi fortè criminalis contra clericum eſſet. Tunc enim non vltra duos menſes iure ciuili extendimus inſtantiam, auth. vt clerici apud prop. epiſ. in fin. vbi Ang. Sed iure a canonico, & pontificio perpetua eſt omnis inſtantia, c. pen. de iudi. 2. quęſt. 6. anteriorum, §. ad hæc, vbi Archid. & Bal. in c. 1. 5. col. ſi inter do. & vaſſ. lis or. & in d. l. properandum, & Spec. in tit. de dele. §. 6. ver. item inſtantia de inſtrumen. ædi. §. 10. de accuſa. §. 5. & hanc vltimam partem ſeruamus in Romana Curia, tum quia ſumus in Eccleſiaſticã & pontificia curia, vbi maximè lex pontificia ſeruanda eſt, tum propter ingentem cauſſarum congeriem, qua iudices plurimùm diſtinentur, cùm deniq; propter cauſſas forenſium, quæ frequentiores ſunt in Palatio, qui non niſi ſerò poſſunt ex partibus teſtes adducere, ſcripturas extrahere, & alias ipſorũ cauſas inſtruere. Quòd *ſi cauſſam ſuccedaneam appellationis reſpiciamus, iure cõmuni datur annus appellanti ad proſequendã & finiendam cauſſam appellationis, & ex cauſſa biennium, authen. ei qui appellat. C. de temp. app. c. cum ſit Roma. de appel. Verùm in palatio apoſtolico & Rom. Curia ex cauſis, propter quas ſuprà diximus principalẽ cauſam in Romana Curia etiam in prophanis fore perpetuã, abſq; tali cauſſa habet appellans biennium, idq; abſq; aliqua iudicis interlocutione, b dummodo appellans in primo anno aliquam

1

2

2

b

diligentiam & actum fecerit in causa, vltra com
missionem causæ impetratam, Fasto, dubio Ro
tæ. 37. Vel dicamus, quòd in Romana Curia ali
qualis illa diligentia & processus post commis
sionem causæ, habeatur ex stylo & obseruatio
ne palatij loco causæ, quæ iure cõmuni ad bien
nium habendum requiritur, quare nec alias post
biẽnium etiam, subsistente causa, daretur trien
nium, decis. Cassa. 6. de app. nu. 8. Sed * alia via
succursum est forensibus litigatoribus, qui non
valent causas infra biennium expedire, benefi
cio Innocen. 6. qui sua bulla facultatem concessit
sit Auditoribus, prorogandi fatalia appellatio
nis semel, bis, ter, & quoties arbitrio auditoris
videbitur, etiam absque partis citatione. Cassa
decis. 7. de appella. numer. 2. & 8. c Quibus pro
rogationibus plerumque causæ ad multos an
nos substineri solent. Addo * quòd ex stylo &
obseruantia sacri Palatij, solent iudices appe
lanti à diffinitiua appellationi suæ diferentes,
postolos dare reuerentiales, quibus indicant eis
Superioris reuerentiam appellationi deferre, &
semper cùm termino decem dierum ipsius iudi
cis, & hominis ad prosequẽdam appellationem.
Et quia terminus appellationis hominis semper
est ad inchoandam prosecutionem, non autem
finiendam. Rota vlt. 65. si appellatus de appella.
in no. Abb. post alios in cap. persona. 2. colu. ver.
2. casu. Francus ibidem colu. 4. sufficit quælibet
prosecutio. Rota Fastol. causa. 17. in antiquio
ribus de appella. pro aliquali prosecutione, &
diligentia seruatum est alias satis fuisse, nedum
si probetur commissionem causæ fuisse infra
terminum cursoribus, & banco suo præsenta-
tam,

tam, verùm etiam si probetur, quòd appellans in termino adiuisset eum, qui signat commissiones, & ei suam commissionem præsentasset. Vnde solemus in curia, vbi instaret lapsus decendij adire Regentem Cancellariæ, & præsentare sibi commissionem etiam non signatam, & ab ipso in eadem commissione habere adnotationem manu sua propria diei præsentationis huiusmodi, quæ præsentatio in termino excusat à desertione, Cassa. decis. 4. de appellat. vsque ad fin. & hoc, quia Rota in dubijs semper inclinat pro non desertione iuxta dictum Paul. de Cast. in l. 1. ff. si quis caut. Cassa. ibidem. Amplius, & alia tempora habemus in pluribus dilationibus diuisa, & variè, quia longiora in dilationibus primæ instantiæ, & breuiora in succedaneis, prout suo loco dicemus, vbi de dilationibus huiusmodi, quas terminos vocamus substantiales, loquemur. Cæterùm, * & alia habemus in Palatio dierum & terminorum discrimina; dierum aliquibus ius dicitur, videlicet diebus Lunæ, Mercurij, & Veneris, reliquæ iuridicæ non sunt. Temporum aliqua feriarum, feriæ autem duplices, aliæ ad honorem Dei, vel Principis, vel curiæ ornatum, quarum omnes apud certas tabellas typis impressas legere licebit, quas non recenseo, quòd vno nummo possis me ab hoc munere releuare, & à te ipso aspicere. Aliàs habemus ferias in Palatio ad commodum hominum litigatorum scilicet, ac etiam iudicium, vt interim quiescamus, maximè ob infensos calores, tempore scilicet messis, & ferè semper à decimo Iulij vsque ad calendas Octobres, quas ferias indicere solet in Pa-

latio, Reuerendissim. pro tempore Vicecancellarius, vel is, qui vices eius gerit.

ANNOTATIONES.

a 6 SEd iure.) *Perpetuam* * *iure Pontificio caussæ instantiam esse, nec illam temporariam veluti leges ciuiles dictant, communis est opinio, vt testes sunt Abb. in ca. venerabilis, de iudic. Andr. Barb. in cap. de caussis, de offic. deleg. vbi etiam Felin. in prin. Qua de re per Rotam dicis. 411. in no. & Cassad. decis. 5. numero 4. vt. lit. pend. Et quæ nam ratio sit, à Phil. Fran. docemur in c. super eo. de appell. Quod quidem locum sibi vendicat nedum in foro ecclesiastico. sed vbique locorum ecclesiæ tamen subditorum, & tam in ciuiliqus, quàm criminalibus caussis, vt Corneo plaut. consi. 210. in fin. lib. 4. atque Felin. in d. cap. venerabilis in prin. Nico. Anto. Grauatius.*

Com. opi.

Com. opi. Duumodo.) *Communiter à Doctoribus concluditur in capi. ex ratione de appell. & in auth. ei qui offeratur, C. de temp. appell. nõ aliter* * *appellanti ad prosequendum appellationem biennium concedi debere, nisi in primo anno diligentiam à se adhibitam fuisse probauerit. Et cùm iudex in culpa fuerit, quin caussa finiatur, protestari tunc necesse est, aliàs negligentia* * *in iudice nequaquam præsumeretur, vt ab Alex. proditum est, consil. 64. lib. 1. & consil. 64. libr. 6. atque Afflict. dec. 50. Capic. decis. 11. col. fin. tum etiam Felin. in capitu. licet caussam, de probat. Nec semel tantùm protestari sufficit, nisi cùm nil in caussa aliud remaneat, quàm pronunciatum dicere, vt per Parid. in synd. in verb. instantia, ver. dicit constitutio, in fin. Verum teste Gomes. in reg. de anna. poss. quæst. 76. Rota, quæ veritati potius, quàm apicibus iuris innititur, determinauit, sufficere loco prostationis impedimentum probare, consulas ergo eum pulchrè loquentem. Nic. Ant. Grauatius.*

b 7 8

c Quibus.) *Non ab re est, si in foro ecclesiastico diutius*

* caus-

† cauſſæ (vt auctor ait) differantur, & ſi ea de re Iaſ. conqueratur in l. quoties. num. 4. C. de iudi poſt Paul. Caſtren. in l ordinarij, C. de rei vend.

Et hoc quia.) Addas Alex. & Iaſ. in l. 1. num. 16. ff. ſi quis caut Felin in c. ſignificauerunt, colum. 1 de teſt Dec. in l. quoties nihil, ff. de reg. iur. Iaſ. in l ad hæc, num 3. C. de iudi & Roman. conſi 501. vt declarationem, colum. 2. Quibus & illud affine eſt, quod † in dubio iudex appellationi defer re debet Archid. in cap cordi & cap. ſi à iudice de appell. in 6 Spe. eod. tit. § nunc dicamus, verſi. 1. & Iaſ. vbi ſupra, & Dec. conſ 28 & 34. & iterum conſ. 49. & in cap. vt debitus num. 23 de appel Cum temperamento hoc tamen intelligas, veluti idem Dec ind c vt debitus, declarat, niſi eſſemus in materia, in qua regulariter appellatio non admittatur, nam tunc in dubio regulæ inhærendum erit. Et non iniuria quidem in re ambigua appellationi deferendum eſt. Cùm † illa dicatur tyriaca contra iniuſtæ ſententiæ venenum, teſte Curtiò, conſ 16. num. 8 atque Purpur. in l. 1. numer. 87. C. de pact. Eſtque defenſio, quæ aduerſus iudicis iniuriam oppreſſis datur, l. 1. ff. de appell. cap ad Romanam, 2. q. 6 Itidem † dicendum erit, vt in dubio iudex articulos circa probationem admittere debeat, ſic Hoſt & Imola docent in ca. per tuas, de teſt. & Paul. Caſt. qui in facti ſpecie ita reſpondiſſe teſtatur in l. 1. ff ſi quis caut. Simile erit in interrogatorijs ea, vt in dubio recipiantur, ſecundum Imol. & Abb. in citato cap. per tuas, atque etiam in poſitionibus, prout in articulis, idem Iaſ. & Curt. eſſe cenſuerunt, ille in dict. authent. ad hæc, hic autem in tract. poſitionum in nono breuiloquio. Nicolaus Antonius Grauatius.

d

10

11

12

De Cauſſarum deuolutione ex Prouincijs ad Roma. Curiam.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 Actor quando forum rei non ſequatur.

2 *Romana curia vnicuique proprius est forus.*

3 *Caussæ maiores quamuis prouinciales sint, in Ro. curia pertractantur & quæ sint illæ, & nu. 9.*

4 *Appellationis forma, vt appellatio ipsa, ad Roma. curiam deuoluatur, & num. 10.*

5. *Citationis defectus sanatur, sed ad citati notitiã citationem peruenisse probetur, & nu. 11.*

6 *Mandati procuratorij copia quando est danda.*

7 *Appellatio si præsente appellato emissa fuerit, vel alias ad eius notitiam venisse probetur, non indiget alia intimatione.*

8 *Appellatio non arctat ad comparendum, quando deserta est.*

12 *Citationis copia, quæ citato dimittitur à citante, ipsius impensa dimittenda est.*

13 *Libellus sumptibus actoris edendus.*

14 *Procuratorij copia sumptibus domini danda est.*

15 *Appellationem factam fuisse, denunciari à quocunque potest.*

16 *Appellatio amplius non dicitur, quæ deserta fuit.*

17 *Sententia nulla est, quæ lata fuit temporibus appellationis elapsis.*

18 *Appellatio quot modis deserta dicatur.*

19 *Appellatione deserta, an nullitas deferatur?*

CAussas adesse in Ro. Cur. plurifariam contingere, & qualis forma sit (pro deuolutione) seruanda.

1 Locus & causa, iure* enim actor forum rei sequitur, l. iuris ordinem, C. de iurisd. om. iud. in l. fi. C. vbi in rem actio, locum, vbi res ipsa sita est, vel beneficium, d. l. fin. C. vbi in rem actio.

cum

cum gloss. & nota. Veruntamen * cùm Romana cuique proprius sit forus, l. Roman. ad municip. c. vltim. de foro competen. a Nonnunquam contigit, nos à præscripta regula recedere, & prouinciales causas in Romana Curia tractari. a a

Quandoque * ex natura caussæ, vtpotè, quod sint de maioribus caussis, quæ ad Petri notionem, & iudicium, & reseruationem antiquorum Patrum spectant, ca. maiores, de baptismo, in principio, cap. debitus in fin. de appella. cap. quamuis electio quod translationem, de appell. vbi glo. in verbo reseruata huic sedi, 17. distinct. quoties, 24. quæ Rota decis. 38. fuit dubitatum de appel. in no. Quæ autem sint hæ maiores caussæ, tu ipse in præallegatis locis legere poteris, & præsertim, vbi de fide & accessionibus sit controuersia. 3

Amplius, vbi caussa esset de electione, postlatione, prouisione, dignitate, personatus officio, canonicatu, prębenda, vel aliàs beneficialis de decimis, matrimonio, vsuris, vel aliàs spiritualis, quòd in ea animæ periculũ versaretur. Hæ caussæ ad Roman. cur. per appellationem legitimam deuolui solent, seruata tamen forma tradita in c. 1. de elect. in 6. & in clem. caussam, eod. ti. Rot. decis. 38. fuit dubitatum de appel. in no.

b Forma * autem deuolutionis est, quòd in appellati præsentia appellatio ad Sedem emittatur, vel absenti, seu legitimo eius procuratori personaliter intimetur, si præsens, vel procurator adsit, & commodè possint personaliter appræhendi, quòd si absit appellatus, nec procurator appareat domi, si non remota sit, q si remota resistat in Cathedrali ciuitatis, & diœcesi, sub qua bene- b c

beneficium degit, hæc intentio fiat, & nihilominus vtroque casu siue domi, siue in cathedrali, fiat quoque similis intimatio in loco beneficij, & vbique pro legitima intimatione satis erit, si ipsa appellatio in loco alta & intelligibili voce
c legetur absque aliqua eius affixione, & c copia detur, si petita fuerit, Cassa. decis. 1. de appel. in
d prin. d Quod si ob appellati potentiam, vel suorum nequeat altero prædictis modis fieri, tunc in loco aliquo publico, vbi multitudo populi conuenerit, solenniter hæc intimatio fiet, exemplo edicti publici, & tunc necessaria erit, nedum lectio ipsius appellationis, verùm etiam adfixio ita, vt verisimiliter ad notitiam appellati peruenire possit. Clemen. 1. de iudi. Rota de dolo & contumacia, 8. in no. Cassa. decis. de appella. & intimatio aliter facta nulla erit, nec censebitur causam deuoluisse, e nisi probaretur aliàs ad notitiã
e 5 appellati peruenisse. Hæc* enim probatio sanaret defectum intimationis, & suppleret defectũ deuolutionis, ad tex. cum nota. per glos. & alios in d. clem. causam de electio. Nec satis esset, si viua voce mitteretur hæc appellatio, sed emittenda est in scriptis, iuxta formam traditam in ca. cordi. de appella. in prin. li. 6. & docet Archi. & Ioan. Andr. in cap. cupientes de electio. super verbo appellat. aliàs enim non deuolueret causam, Rota decis. 385. si appellaretur in no. Et intimatio est fienda infra mensem à momento emissæ appellationi, aliàs non deuolueret, nisi fortè esset modica mora, text. enim dicit, post mẽsem, quanto citius commodè fieri poterit, glos. ibidẽ verbo commodè, & verbo tempus. Quæ verba videntur nedum admittere purgationem modi-

cæ,

cæ, verum & maioris moræ, vbi quis fuisset legitimè impeditus.

Sed & in intimatione huiusmodi prætera ostendi quoque debet, perlegi instrumentum ipsius appellationis authenticum; & *f* dimitti copia similiter authentica ipsi appellato petenti, si appellans per se ipsum appellauerit ex d. Clem. causam & notatis. Quòd * si non per seipsum sed per procuratorem suum grauatus appellauerit, tunc danda erit appellatio etiam *g* copia, procuratorij similiter autentica, Rota decisio 12. nota quòd vbi appellatur in fin. de appella. in antiquis Fast. causa 15. & si petenti autenticam simplex daretur copia non alias autentica, non sat legitima esset intimatio, nec deuolutioni satis esset. Rota decis. 168. si in causa beneficiali de appellat. in no. Expedit autem appellato copiam habere autenticam, & publicam ipsius appellationis. Et vbi per procuratorem appellatur, copiam quoque procuratorij, vt, appellante non prosequente, possit ipse appellatus de appellatione docere contra ipsum appellantem, & illã prosequi, vt nos admonet Compilator ille vulgaris Formularij aduocatorum pagina 3. sub rubrica de modo deuoluendi causam de partibus ad curiam, vbi pleraque ipse ad materiam adnotat, & ratio potuit esse, quia ad docendum de deuolutione causæ respectu appellationis, satis esset docere de eius appellatione per publica documenta; nec aliàs ad deuolutionem respectu ipsius appellantis esset necessaria suæ appellationis intimatio, quasi appellans de appellatione, ac facto sui satis certus, nec aliàs certior reddendus sit, argum. clem. 2. li, penult. Rota decis. 384.

Fuit

Fuit dubitatum, vtrum appellans prope fin. in no. & introducta est mero fauore appellati, v appellatus certificari possit, an appellatio ip sum arctet, vel non, cui fauore appellatus com parendo renunciari videtur tanquã fauori suo.

Quamobrem poterit appellatus admissa ap pellatione, eon expectata alia intimatione ven re ad curiam, & appellante non comparente per Audientiam contradictarum, tanquam contra contumacem, appellationem prosequi, tamet non intimatam, & imputabit sibi appellans, qui debuit prævidere istum casum, quòd appellatus potuisset habere notitiam emissæ appellationis & venisse, vel misisse ad prosequendum illam in Romana Curia in audientia contradictarum, & hoc prævidens venire ad curiam, vel mittere a liquem, qui vigilaret & custodiret audientiam. Et ratio potest esse, quia appellatio est ila, qua operatur deuolutionem caussæ, vbi sit nota par ti, & illa, quæ vim habet citationis, & arctat par tes ad comparendum, Rota deci. 7. nota, quòd v bi caussa de cit. & 106. nota, quòd vbi aliquis de restitu. spol. in antiquis, non autem intima tio, quæ est ordinata ad notitiam tantùm.

b Vnde * si appellatio præsente appellato e missa fuerit, vel aliàs ad eius notitiam venis se probetur, non opus erit alia intimatione, ad nota. in dict. clem. caussam. Rota decis. 28. fuit dubitatum de appel. 49. si fertur sententia, de ap pel, in no. 105. nota, quod appellatus eodem titu lo, in antiquis fast. d. caussa 25.

Generaliter igitur appellatio, seruata forma legitima, d. clem. caussam, & cap. statuimus, in timata caussam, ac secum negotium ipsum prin cipale

cipale ad Romanam Curiam deuoluit, d. clem. cauſſã, cum nota. Rota deciſio. 139. in cauſſa beneficiali de appella. in nota. idque etiã ſi ſit mala, & minus iuſta appellatio. Rota deciſio. 704. dic. quod citatio de appel. & deuolu. cauſſæ, uumer. 1. in antiquis, poteritque altera pars ad curiam veniens aliam etiam abſente, & contumace emiſſam appellationem in Romana curia, & in ipſa Audientia contradictarum proſequi, ſeruatis tamen temporibus, d. cap. ſtatuimus, de electio. in 6. nempe, quòd pars, quæ proſequi voluerit, iter arripiat intra menſem à die intimationis, & poſtquam peruenit, ad curiam aliam partem non comparentem, per viginti dies expectauerit, & aliàs iuxta nota. in dict. Clement. cauſſam, & in dicto capitu. ſtatuimus, cuius ca. ſtatuimus diſpoſitio ſibi locum vendicat iudicialis, ſiue extra iudicialis, ſit ipſe, appellatio. At c. vt circa, in extraiudiciali tantum, & vtrunque ſiue à prouiſione facta, ſiue fienda appelletur, ex nota. vtrobique Archid. præſertim, Rota deci. 37.

Quòd autem ſuprà diximus per appellationem iudicialem extra iudicialemve legitimè intimatam, & ſeruata forma Clem. gratiam principale negotium quoq; deuolui, ac in ea in vim dictæ appellationis abſque alia citatione procedi poſſe, intelligas ipſa appellatione adhuc viuente, quæ vim habet peremptoriæ citationis, & arctat partes ad comparendum d. deciſ. 7. nota, quòd vbi cauſſa, de cita. & 106. nota, quod vbi aliquis, de reſtitu. ſpolia. in anti. Verùm * vbi appellatio deſerta eſſet, appellatio quaſi deſertione extincta non arctaret ad comparendũ, neque

ſuum

ſuum effectum faceret, & licet negotium poſt de
ſertionem nihilominus remaneat, non poſſet ta-
men in eo ſine noua citatione procedi. Rota de-
ci. 114. maior pars dominorum de appel. in no. &
nota, in d. clem. cauſſam de elect. Quòd ſi quis o
miſſo negotio malit ſuper deſertione tantũ pro
nunciari, vtique noua opus erit citatione; & di
ſtinguemus, aut appellatio fuit commiſſa in
fra fatalia, & tunc ſecus, non enim videretur
hoc caſu incidenter, ſed principaliter agi ad de
ſertionem, Rota deci. 418: ſi appelletur, de appel
la. in no.

ANNOTATIONES.

a Nonnunquam.) *Prouinciales* cauſſas, à quibus d*

9 *Pontificem prouocatio facta eſt ad Romanam Curiam reg*
lariter non deuolui, ſed illas in prouincijs committendas ſ
Franc. docet in cap. ſæpè, col. 9. verſ. ſecundò quæritur, &
c. Nicola. de appel. vbi hanc tradit regulam. Cùm ouerſus
ac durum videatur à proprijs laribus quempiam reuocari
& longius exantlatis laboribus, magnis quę ſumptibus am
hi, vt Rot. etiam voluit dec. 38. fuit dubitatum in addit. d
deciſ. 385. ſi appellatur, in fi. in no. Hæc tamen regula plur
admittit limitationes, præſertim in maioribus arduiſq
cauſſis, & in quibus animæ periculum verſatur, quæ iure
ptimo Pontificibus, veluti Petri ſucceſſoribus, eorumque
tioni atque iudicio r. ſeruatæ ſunt, idcirco Romanæ in curi
p. rtractandæ, vt auctor hic, & Franc. alijque explicant
dict. cap. ſæpè; & Nico. Rota deciſ. 139. in cauſſa benefici
& deciſ. 1. num. 2. de el. ect. in no. Aegid. deciſ. 520. & 62
Dec. in c. vt debitus. num. 10. de appell. & Vant. in tract. de

8 *null. ex def. iuriſd. ord. num. 67. cum ſequen. vbi ad præcit*
tam regu. ſ. ptem tradit limit. quas etiam proſequitur Pet.
Due. reg. 85. Nic. Anto. Granat.

Formã.)

Forma.) *Vide * infra lib. 4. ca. 3. in princ. & formulare, quod vari. commiſ. appellant, atque Formul. aduocatorũ vtrunque in princ. & iterum in ca. 37. ipſius form. aduoc. & Vant. de null. ſent. ex def. cit. nume. 119. cum ſequent. ibiq́ue ſi beneficium abſque animarum cura ſit, quòd nuncius, qui citare vult, diligentiam prius in perquirendo reum adhibere obſtringitur, quem ſi non reperierit, tunc in cathedrali ciuitate & beneficio citet: ſecus verò, ſi beneficium animarum curam habeat, namq́ue ea non requiritur diligentia. Nicola. Antonius Grauatius.* b 10

Et copia.) *Adde Specu. in titu. de citat. § iam ver. hoc autem facto, & Ioan. Mil. in verb. citatio. ver, vlt.* c

Quod ſi.) *Legas infra in lib. 8. ca. 5. in ver. denique dicimus, & quæ ibi adnotauimus.* d

Niſi probetur.) *Huc pertinent dicta per Rom. conſil. 360. & rurſus 410. vt clarior per Rotam deciſ. 271. ſi de mandato, in no. Felin. in cap. cùm contingat, num. 20. de reſcript. & Boer. deciſ. 335. vbi * citationem inualidam ſiue nullam, poſtquam in aduerſarij notitia peruenisſe probatum fuerit, eam effici legitimam atque validam affirmat, illumq́ue adeò afficit, vt comparere teneatur, quod tradiderunt etiam Marſi. in rub. de probat. num. 371. & ſing. 259. generalis in fin. Ruin. conſi. 61. in lite. nu. 33. lib. 5. & Gomeſ. in reg. cancell. de non iudicando iuxta formam ſupplic. q. 16. nu. 68. Nico. Anto. Grauatius.* e 15

Et dimitti copia.) *Citationis * dimiſsio, id eſt, ipſius exemplum citandis impenſa facienda erit, vt in clem. cauſſam, de electio. vbi glo. quam ſequuntur Paul. ibi Ioa. Lign. Ancha. & Card. in princ. & quæſt. 21 & iterum 22. contra Zenz. oppoſitum tenentem, etſi ibi Imo. fœdere diſtinctionis opiniones reconciliare nitatur, qui tamen gloſſæ inhæret. Et hanc eandem ſententiam affirmarunt Glo. in Clem. 1. in ver. oblatos, vbi Cardin. quæſt. 5. & Imo. colum. vlti. de appell. Georg. Nat. in repe. ſuper gloſſ. in verbo formam, de verbor.* f 12

signif. & Docto. in authen. offeratur, C. de lit. cont. & in ca.
primo, de libell. oblat. vbi * & libellus etiam sumptibus
13 actoris traditur. At sanè alleg. Clem. causam intelligas si
reo exemplum exhiberi petatur, aliàs tradendum est mini-
mè, si tamē citatio fuerit lecta, vt per Rot. decis. 161. si in cau-
sa in no. & nuncupatim per Fel. in ca. cum M. Ferrarien. si
nume. 71. de const. & in cap. cum contingat, colum. pen. ver.
non obstat, de rescri. & Ripa in l. quod te, num 62. ff. si cer-
pet. & ad prædicta conferunt, quæ Bar. scribit in l. ita stipu-
latus. in 7. op. 10. par. & iterum in 6. quæstio. vbi Imo. Ab.
& alij ff. de verb. obliga. & sentit Cassa. decis. 1. de appell.
Papaz. expressim in add. ad Rotæ decis. 5. num. 16. de rescri.
& rursus decis. 22. num. 12. eod. tit. vbi expensis citantis ex-
emplum citationis datur, quando quis domi citatur, & ita
vsu receptum esse ait, quicquid è regione Vital. in d. Clem. cau-
sam, voluerit. Ibique etiam num. 13. comprobat Papaz. quod
quando citatio fuerit lecta, sufficit ipsius exemplum tra-
etiam simplex, nisi illud authenticum exhiberi petatur, quæ
opinio Rotæ testimonio communiter decis. 26. de appell. Ne-
co. Ant. Grauatius.

g Copia.) Procuratorij * exemplum aduersario sumpti-
bus domini exhibendum esse, tradidit Bar. in l. prætor. §. de
14 fendi. ff. quib. ex caus. in poss. eatur. & in l. 1. in fi. C. de pro-
cur. cui se subscribunt Luc. à Pen. Iacob. Rebuf. Io. à Plat. in
l. vlt. in fi. C. pe erog. milit. annonæ. lib. 12. & Boer. deci. 3[illegible]
nu. 5. necnon & I. s. consi. 159. super facto. col. pen. ver. ter-
facit. liq. 2.

h Vnde.) Ad hoc respicit, quod superius dicitur, sub lit. E.
15 sufficitque etiam * appellationis denunciationem à quoda-
que factam fuisse. Bal. cons. 144. alio die. li. 4. & facit, quod
à Rom. proditum est consil. 195. donatio ver. ad hoc optime.
Nec ad talem scientiam inducendam mandatum requiritur.
l. veniunt. §. petitum. ff. de pet. hæred. Rota deci. 127. vale
intimatio, in not. & deci. 12. nota quòd vbi. in antiq. Fast.
dec.

decis.35.tertiò Aegid.decis.581.licet. & Tiraqueil. qui & alia congerit de vtroque retro.§.36.in gloss. 2.num.7.Granatius.

Verùm.)Illa* quidèm non dicitur amplius appellatio quæ fuit deserta, quinimò,ac si appellatum non fuisset, censetur.ca.licet.de sen.excom.in 6.Aegid.decis.207.Vsque adeò* vt si appellationis temporibus elapsis sententia in principali negotio proferatur,ipso iure nullius roboris esset, Ancha.consi.343.Alex non vno in loco,vt patet consi.59.lib.4 consi.64:& 82.lib.6.consi.79.lib.7.& con.137.lib.2.Rota decis.604.dic quòd si appell.in antiq.Afflict.decis.283. nu.4.Dec.consi.34.in fi.& Rebuf.in commen.const.Galliæ in tracta.de appell.arti.5.num.12-lib.3.Et quot* modis appellatio dicatur deserta, & quid sit desertionis effectus,vide Guid.Pap.consi.77.& latè Prosp.Carau.super ritu magnæ curiæ vicariæ Neap.264.numero.5.& 7. Nec Aegid. citato si aduertatur,contradicit: quia in alia facti specie loquitur.Cæterùm* appellatione deserta, an nullitas deseratur,vetus est quæstio.vt per Docto.in l.si expressim. de appel.vbi Barto.nullitatem concidere nequaquam censet,Bal. verò in l.tale pactum. §. qui prouocauit. ff. de pact. oppositum tenet. Sed pro opinionum conciliatione videas Ioac. Mynsig.in sing.obser.in Cent.2.obseru.77.vbi distinguit inter nullitatem incidenter propositam,& principaliter in iudicium deductam, vt si appellatio & nullitas simul proponantur,deserta appellatione,nullitas quoque velut accessoria intercidat,& ita Bald.opinio procedat,aliàs secus,iuxta Bart.sententiam. Verùm inde non infertur, quòd ob id in alio nouoque iudicio nullitas intra 30.annos principaliter deduci non possit, nam hoc casu prædicta ratio accessorij cessat. vide eò loci Mynsing. & Guid.Pap.consil.10.& 185. atque Ferrar.in forma appella.ab interloq.verbo, in his scriptis. Nicolaus Anto.Granatius.

1
16
17
18
19

Appellationem extraiudicialem in pluribus à iudiciali distare.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio extraiudicialis fit, cauſſa adhuc non cœpta.*

2 *Appellatio extraiudicialis in pluribus à iudiciali differt, & in quibus.*

3 *Appellatione in extraiudiciali an & quando cauſæ exprimendæ ſint.*

4 *Appellatio extraiudicialis in cauſſa beneficiali vim citationis habet.*

a 1 VErum extraiudicialis * appellatio fit cauſa adhuc non cepta, vtpote vbi quis à ſpoliatione, à prouiſione, electione, & àliis ante inchoatam cauſſam prouocaret, & eſt potius quædam prouocatio cauſſa adhuc non cœpta ad illam inchoandam, & b in pluribus * differt, etiam iuris diſpoſitione ab ipſa iudiciali. Per eam enim non cenſerur introducta litis pendentia. Rota deciſ. 763. ſciendum eſt de appel. in antiqu. Nec attentata poſt ipſam ſunt nulla, ſed veniunt annullanda, Butr. Abb. Franc. in c. conſuluit, &c. ſæpè, &c. bona de appellat. Caſſa. deciſ. 1. eo. tit. Amplius non poterit hæc appellatio per quemcunque intimari, prout iudicialis, iuxta Rotam deciſ. 127. valet intimatio de appe. in antiqu. ſed erit appellatio per procuratorem intimanda. Rota deciſ. 12. not. quod vbi appellatur, de appel. in antiq. Minus appellans extra iudicium poterit dare obiectus contra perſonam prouiſi ſeu formam prouiſionis eiuſdem, niſi iuxta

c. vt

c.vt circa, de electio. in 6. & distinctiones traditas per Rotam decis. 267. possessor de appella. in not. 269. nota quod vbi aliquis de appell. in not. Fastoli causa 7. dub. 24. die veneris. Nempe aut quis appellat propter ius suum, aut propter non ius partis illud impugnando, & vbi propter non ius partis, aut expressit in appellatione & cum iuramento quòd credat obiectos veros, aut non, tu eò recurras ad remissiones vtrobique notatas, vbi tamen non expressisset appellans obiectus, adhuc certis casibus audiretur volens obijcere, vtpote si vel denuò emergerent obiectus, vel de iam exortis nuper vel notitia, vel probatio superueniret, & tunc quoque non nisi cum iuramento, quòd vel de nouo emergissent, vel quòd eorum nuper superuenerit notitia, vel probatio iuxta casus contingentiam, ex not. in d. c. vt circa de electio. decis. 269. nota quòd vbi aliquis in ant. & alijs locis superius allegatis. Cæterùm sunt & aliæ inter vtranque appellationem differentiæ ferè 17. quas poteris cum libuerit legere apud Abb. in ca. Romana de appel. ca. dilecto de excep. pen. col. c. cum L. & A. de re iud. colum. 3. c. bonæ. de appell.

ANNOTATIONES.

Verùm.) *Francum legas in c. bonæ de appell. & in cap. cum sit. eo. tit. Verum enimuerò* in hac extraiudicali appel* a
latione facienda causas exprimere necessum erit, quando iu 3
dici tamen sit, secus verò si aduersario, veluti idem Franc. post Abb. in c. consuluit. 2. col. item. 2. eod. tit. scriptum reliquit, & in d. ca. bonæ. colum. 6. ver. permitte. estque communis opinio teste Abb. in c. cùm sit Romana. nu. 10. eod. tit. Cæterùm ipsius inter appellationis iudicialis effectus illum Com. opi.

moria tenus habere iniucundum non erit, quem elegantem loci Abb. tradit, & mirum in modum Maran. extollit in pra-

4 xi. in 6. part. ver. Appellatio nu. 258. scilicet, quòd * in causa beneficiali appellatio extraiudicialis vim citationis habet, adeò quod appellatus coram iudice, ad quem alia absque citatione comparere tenetur, aliàs in eius contumacia procedi potest, & non pauci certè sunt, qui hac in re decipiuntur, putantes citari debuisse, ideoque in iudicio sui copiam facere minimè curantes sicque cùm lis absque contradictore agitatur, facilè appellator poterit obtinere, & hoc pluries in Romana Curia decisum se vidisse Maran. testatur.

b Et in pluribus differt.) Vide Dec. in cap. bona, de

5 appel. vbi * duodecim tradit differentias inter iudicialem appellationem & extraiudicialem. Quarum illam proximè adnotabis, quòd innouata post iudicialem appellationem omnia sunt reuocanda, post verò extraiudicialem e contra, quæ contra appellationem sunt, ita Dec. præcitato cap. bonæ. num. 18. qui hanc esse communem opinionem testatur.

Com. opi. Nic. Anto. Granat.

Tertia deuolutio per accidens extra formam iuris & Clemen. causſam.

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1. Clem. causſam. de electio nonnullis modis limitatur.
2. Dilatio à iudice siue à parte data, vim peremptoriæ citationis habet.

SEd & extra formam dictæ cle. causſam de electio. quandoque causæ sunt in curia per accidens, vtpotè per appellationem à diffinitiua, vel interloquutoria, contingit autem al-

1 tero ex duobus modis, & erunt * limitationes ad materiam d. clem. causſam, nempè, vel quod iudex

iudex appellationi deferat, vel pars appellata, ex.ca. sæpe de appella. Rota decis. 38. fuit dubitatum de appell. in no. Et tunc licet terminus præfigatur ab homine, non est ipse terminus, qui deuoluat causam, sed *delatio ipsa iudicis siue partis: & termini præfixio vim habet peremptoriæ citationis, vtro ique notatur. d. l. clem. sæpe de foro comper. & decis. 38. Et omni casu emissæ appellationis huiusmodi tam iudicialis, quam extraiudicialis, iuxta vel extra formam. d. clem. causam, admittentur omnes exceptiones & excusationes contra similes appellationes, & eorum intimationes, quæ aliàs admitterentur contra citationem & eius exequutionem d. clem. sæpe cum nota. 2

Quarta & vltima deuolutio ex Pont. decreto, & speciali eius rescripto, ac aliqua de stylo signaturæ, iustitiæ non iniucunda.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

1. *Beneficiales causæ super articulo deuolutionis nõ desiderant iudicis interloquutionem, profanæ verò sic.*
2. *Praxis ad effugiendum necessitatem interloquutionis super deuolutione, tam in beneficialibus, quam profanis.*
3. *Rescriptum aduocatorium vitio subreptionis redditur ipso iure nullum. & nu 14.*
4. *Metus iuramento probatur, vbi perhorrescentia narretur.*
5. *Lite pendente aduocatur causa per principem.*

6 Princeps non præsumitur causam aduocare, vbi ipsius causæ status narratus non fuisset. & num. 17.

7 Araxis ad fugiendam narrationem status causæ in petitione aduocationis causæ.

8 Clausula, statum & merita causæ, & causarum pro expressis habentes.

9 Causa instructa quando dicatur.

10 Causæ, quæ in Rom Cur. aduocantur.

11 Clausulæ vnà cum toto negotio principali, cum suis incidentibus, emergentibus, &c. quid operentur.

12 Causa semel commissa in curia, non extrahitur.

13 Pupilli, viduæ, cæteræq; miserabiles personæ ab inferiore ad maiorem iudicem causas trahere possunt, si iurant aduersariorum potentiam perhorrescere.

15 Rescripta quot modis impugnentur.

16 Causæ status principi narrandus est.

17 Princeps, vbi de negocio certior factus non fuit, non obstantibus quibuscunq; clausulis præiudicium inferre non præsumitur.

18 Princeps cognoscendo causam ad se aduocare videtur.

19 Iudex delegatus rescripti formam excedere non debet, fallit tamen.

20 Iudex delegatus si delinquit in territorio iudicis ordinarij, ab ipso puniri potest.

Cæterùm & extra viam appellationis, per specialem commissionem Papæ contingit causas in Roma. curia esse, quæ commissio-

missiones causſarum in beneficialibus generaliter dantur, & per eas committuntur causſæ, vt causſæ, vt plurimum Auditoribus sacri palatij, idque passim, si causſa adhuc cœpta non sit, neque pẽdeat in partibus, causæ enim beneficiales sui natura cognoscendæ atque tractandæ sunt in curia. Rota decis. 267. si possessor de appellat. in no. Quare * nec aliàs desiderant iudicis interlo- 8
quutionem super articulo deuolutionis, prout 7
prophana, in qua si talis interloquutio omittatur, processus redditur nullus. Rota decis. 736. de sententia & re iud. in an. Ideo * ad diffugien- 2
dam necessitatem dictæ interloquutionis in prophanis, & in beneficialibus quoque, vt euitent periculum omissionis formæ. d. clem. causſam, inoleuit practica, qua procuratores solent in derogatorijs clausulis ipsius commissionis adijcere clausulam, non obstante quòd causſa non sit legitimè ad curiam deuoluta, quodque non esset in ea de sui natura, vel aliàs, de iuris necessitate tractanda.

Quòd si causſa sit in partibus iam cœpta, & hodie ex communi stylo si causa beneficialis sit, dantur commissiones aduocatoriæ, *a* vbi quis 2
narret perhorrescentiam, vel aliàs non speret in partibus iustitiæ complementũ cõsequi. Staph. cart. 159. & 172. Et in huiusmodi commissionibus aduocatorijs solent cauti procuratores breuib. agere *b* propter subreptionis periculum, quæ * *b*
rescriptum aduocatorium reddit ipso iure nul- 3
lum, ita vt nullam tribuat iurisdictionem absq; aliqua exceptionis ope. Cassa. decis. 1. de rescrip. Et vbi * narretur perhorrescentia, potest is, qui 4
narrat in quacunque iudicij parte, ac etiam post

sententiam in secunda instantia iurare, & acta quæ præcesserunt, subsistunt, ex indulto Innoc. 6. in extrauaganti sua de facult. Audito, rota, & in eo capite, in quo iuratum fuerit, quicquid sit iurantis conscientiæ relinquemus. Rota decis. 42. si impetratur de rescrip. & commissio, in no. neque audiretur altera pars, si vellet de contrario docere. Rota decis. 79. nota quòd vbi quis impetrat de rescrip. in anti. Nec * aliàs requiritur, quòd in commissionibus aduocatorijs huiusmodi expresse dicatur de aduocatione, sed satis est narrare litis pendentiam coram alio iudice, quo casu, si Pontifex super tali narratione rescribat, & causam alteri committat, illam aduocasse censetur. Rota decis. 67. si petatur de rescrip. in no. Staph. car. 174. suo eodem libello, & ratio potest esse, quia satis constat de mente committentis alteri causam, quæ narratur alibi pendere, quòd voluerit eam à priori iudice aduocare, ne continentiæ causæ diuiderentur, contingeretq; multiplicatio vtrobique processum, c. pastoralis. ca. contingat cũ nota. vtrobiq; de rescrip. c. Quod tamen perpetuum nõ est, sed duntaxat vbi * Principi narratus fuisset status causæ & processus, nõ enim aliàs præsumemus voluisse causam aduocare. c. causam de offi. de leg. c. inter monasterium de re iudi. Amplius nedum causa non censeretur aduocata, sed rescriptum, & omnia inde sequuta coram nouo iudice essent ipso iure nulla. Quare * mos & praxis inoleuit, qua cauti causarum Patroni in precibus petunt, vt causa committatur in statu & termino, in quibus reperitur, qua defenditur commissio, ex quo iudex stantibus illis verbis nõ poterit

terit in cauſſa procedere, niſi per tranſportationem actorum certificet ſe de ſtatu in quo cauſa reperitur, & in quo reaſſumere eam poſſit, quare perinde videtur, ac ſi proceſſus & ſtatus cauſſæ fuiſſet narratus & expreſſus. l. nominatim de cond. & demon. Rota. 382. nota quòd licet cauſſa committatur de commiſſio. in antiq.

Quę tamen clauſula adhuc ſatis non erat, vbi eſſemus in commiſſione aduocatoria in totum, Rota deciſ. 214. ſi cauſſa committatur in ſtatu, in quo erat de reſcrip. ad lit. in no. Quamobrem alia inoleuit practica ad fugiendam huius narrationis neceſſitatem, vt in calce commiſſionis addamus clauſulam.* Statutum & merita cauſæ & cauſſarum huiuſmodi pro expreſſis habentes, ſuper qua ſi Pontif. de aduocatione reſcribat, videtur nihilominus ex certa ſcientia reſcribere, Butr. con. 2. Caſſa. deciſ. 10. in regula de triennali, & cum ſimili clauſula defendimus commiſſionem, etiam ſi cauſſam in totũ à priori iudice auocaret. Rota. d. deciſ. 214. in no. Generaliter tamen Pon. & Signatura ſua conſueuit in ſimilibus cõmiſſionibus aduocatorijs addere clauſulã. Dummodo cauſſa non ſit inſtructa. Dicimus* aũt cauſſam inſtructã, vbi pro altera parte pronunciari poſſet, & pro illa eſſent probationes factæ. c. paſtoralis de cauſ. poſ. & propriè, & quidẽ ambiguus eſſet ſtatus cauſſę, ſi de hoc quęſtio cõtingeret, & diſſolutio plurimũ à iudicis arbitrio pẽderet. Quare inoleuit practica ad euitãdã ambiguitatẽ huiuſmodi, ac etiã vt aduocatio facilior reddatur, qua in corpore ſignatorẽ prẽuenimus, & loco dictę clauſulæ dicim⁹, corã priore iudice ad nõnullos actus proceſſum citra

tamen

tamen cauſſæ concluſionem, cuius clauſulæ vtilitas eſſet, quòd per commiſſionem ſuam cauſam etiam inſtructam aduocaret, & certiorem ac vlteriorem exprimit cauſſæ ſtatum, concluſio enim expreſſe fieri ſolet, & ſequitur probationes vtrinque factas & per eam vlteriori probationi renunciamus, ad ca. cum dilectus extra de fide inſtrum. cap. 2. de reſti. in integ. libr. 6. & clem. ſæpe de re iudi. tradit Staph. de lit. gratiæ & iuſtitiæ, cart. 161. Verumtamen vidi ferè paſſim poſtriorem clauſulam veluti captioſam à Signatoribus deleri, & priorem dummodo ſcilicet cauſa inſtructa non ſit, in eius locum ſurrogari.

Verùm facilioré ſemper in aduocatione cauſarum ſe reddit Signatura, vbi cauſſa, quam timur ad curiam aduocare, aliquo modo ac aliqua in curia exiſtente dependeat, emergat, vel aliud ſecum commune habeat, quare ſolent cauſarum patroni vbi poſſint in ipſis aduocatoriis commiſſionibus aliquam dependentiam adfectare, & compertam narrare.

Sed & quæ de Signatura in cauſſis beneficialibus ſuprà diximus, certis tamé legibus in prophanis quoque vſu recepta ſunt, & certis caſibus ſimiliter prophanas cauſſas in curia committit, ſi cœpta non ſint in partibus, & cœptas quandoque etiam aduocat, quas hic obiter attingemus, vtpote.

10 Si * partes conſentiant Aegi. deciſ. 21. de foro compe. vel ſi diſſentiant, ſint tamen præſentes in curia, quo caſu committit ſignatura cauſam in curia, etiam ſi laici eſſent ex quibuſuis partibus Rota deciſ. 595. Dominus Vrbanus de cõmiſſio. in anti.

Vel

Vel cauſſa ſit inter ſubditos Romanæ Eccleſiæ vel ardua, vel altera pars, quæ inſtat perhorreſcat potentiam aduerſarij in partibus.

Sed & extra ſubditos vbi clerici conquerantur de laicis, & ſæculares iudices in miniſtranda eius iuſtitia difficiles, vel cauſa ſit Cardinalis, qui pro commiſſione inſtet.

Vel ſi viduarum, pauperum, ac miſerabilium perſonarũ, ſimiles enim perſonæ ſub protectione Eccleſiæ degunt, & dantur commiſſiones in eorum prophanis cauſſis, etiam ſi eſſet de re feudali, de qua coram domino Feudi ex natura rei agendum eſſet.

Solemus autem in aduocationibus plurimùm affectare appellationẽ ab aliqua iudicis de partib. interloquutione, vtpote dum iudex ſe competentem pronunciaret, iuxta gloſſ. in auth. exhibita. C. ne filius pro patre, vt ſumpta huius appellationis occaſione vnà cum articulo grauaminis cauſſam quoq; negotij principalis à priore iudice reuocemus. Quare inoleuit mos precum, vt in commiſſione poſt illa verba cauſſam & cauſſas appellationis & appellationum, addamus clauſulam, * Vnà cum toto negocio principali, idque ne continentiæ cauſarum diuiderentur. l. nulli. C. de iudi. c. 1. de ſequeſtra. poſſ. Staph. de literis gratiæ & iuſtitiæ car. 161. ¶¶

Amplius dixerim vbi in commiſſione non à ſupplice nec à Signatore adiecta eſſet hæc clauſula, ſed tantùm daretur de commiſſione appellationis, etiam à grauamine iudiciali vel extraiudiciali, cenſeri nihilominus datũ de aduocatione negocij principalis, ſi maximè in commiſſione adeſſent ſolitæ clauſulæ vnà cum ſuis incidentibus,

dentibus,dependentibus,emergentibus,annexis
& connexis.Aegid.decis.619.de rescrip.

Nunquam tamen per similes commissiones
caussæ habentes clausulam, vnà cum toto negocio principali,censebitur aduocatum ipsum
gocium principale, & iudici grauiminis com
missum, nisi in euentum iustificati grauamin
& iustæ appellationis à prioris Iudicis interl
quutione Aeg.conclu.319.si auditorij & alia
quenti, Rota decis. 11. fuit dubitatum de app
in no.Nec propterea dixero superflua ea verba
vnà cum toto negocio principali, quasi de
inesset, quòd iudex appellationis futurus es
totius caussæ in euentum iustificati grauam
cap.vt debitus de appel. Aegid. enim vbi
respondet.ca.vt debitus in iudice appellatio
ordinario tantùm loqui,secus *d.* autem est in
legato,qui formã sui rescripti excedere neq
& nisi adderetur ea clausula, Vnà cum toto
gocio principali, non posset nisi de ipso grau
mine cognoscere,possentq; litigatores,si vell
ad priorem iudicem redire. Aegi.d.conclus.
Quamobrem vsu receptum est in Romana C
ria,vt quando commissioni adiecta esset præ
dens clausula,vnà cum toto negocio principali
etiam non iustificato grauamine, & postquam
iudex grauaminis pronunciasset malè appel
tum,caussa nihilominus & negocium princip
le non reuertatur ad priorem iudicem, sed
maneat in Curia.Fel.in c.caussamq;,de rescrip
Aegid.conclu.48. processus de iudicijs,& ra
potest esse,quia ex antiqua obseruantia caus
semel commissa in curia non extrahitur nisi
maxima difficultate,Rota decis.321.si appella

de appellatio. in not. & nisi ex potenti causſa potius facti, quá iuris, vtpote, si ei, qui causſam curauit, committi in curia inberent domini eius temporales, vt solent Veneri, vt à prosequutione curiali desisteret, sed in partibus ageret. Simili enim casu consueuit signatura causſam remittere, prout asserit Staph. obtinuisse suo libello de literis gratiæ & iustitiæ, car. 171. ea, vt opinor, ratione, vt causſa quæ de facto ex Romana Curia erat omnino reuocanda, pro tuenda sedis iurisdictione, videatur potius ex decreto signaturæ remissa quàm de facto reuocata, vel forsan verius & Pon. malitiæ dominorum temporalium occurrat, & quasi de peccato ipsorũ dimiuuens velit. Ideo suo consensu effici, resque in malum non transeat exemplum, quandoquidem solet apud Ecclesiam peccatum ratione exempli grauius esse.

ANNOTATIONES.

VBi quis.) *Viduæ,* * *pupilli, cæteræque miserabiles personæ, si aduersariorum potentiam ſ. per horr. ſcere iurant, eorum causſe ab inferiore ad maius tribunal aduocantur. l. vna. ibique Docto. C. quando Imperat. int. pupil. & vid. & habetur latè per Affict. in const. reg. Neap. St. tuimus. 2. Fœder. Senen. consi. 150. Respondet pater Gemm. in c. statutum, §. cum verò, numero. 7. de reſcri. in 2. Aegid. deciſ. 45 Fel. in cap. accedens. 2. num. 17. vt lit. non contest. Couarr. lib. pract. quæſt. ca. 6. & 7. vbi hac de re locupletiſsimè, & per Pap. in add. ad Rotæ deciſ. 3. de reſcrip. vbi post Aegid. ait, quod contra perhorreſcentiæ iramentum probatio in contrarium admittitur, cùm tale iuſiurandum præſumptionem iuris & de iure nequaquam operetur. Nicol. Anton. Graua.* a

Propter ſubrep.) *Reſcripta* * *per ſubreptionem impetrata,* b 14

petrata, necnon ab eis omnia subsequuta ipso iure nulla esse testatum reliquit Oldr. consil. 257. factum tale est, dominus N. cui Feli. astipulatur in ca. ad audientiam. 2. num. 21. de rescrip. & est communis opinio teste Bern. Diax. in reg. 445. ex Innocen. & cæteris in d. cap. ad audientiam. quam trifariam amplia, & bifariam limita, vt ibi per Felin. Quæ quidem subreptio ipso facto gratiam quoque vitiat, cap. constitutum. ibi, irritum decernatis, eod. titu. & cap. si motu proprio. ibi, vires nolumus obtinere, de præb. in 6. quod comprobant Card. consil. 96. Rom. consil. 306. Dec. in cap. constitutus, in princip. de rescrip. notant Doct. in cap. super literis. eo. & Cal. con. 78. colum. & Ias. in l. & si legibus. numero 1. C. si contrarius vel vtil. pub. Sic etiam & obreptio, quinimo ea magis rescriptum vitiat, vt per Butr. in cap. ex parte. de capel. monach. Gozad. consi. 2. nume. 25. & Paris. consi. 1. num. 7. lib. 1. Cæterùm * si tu cumulatè quot modis contra rescripta de subreptione excipi poßit, legere cupis Host. consulas in summa tit. de rescrip. num. 30. vbi vnum supra centum enumerat modos. Verùm animaduertendum erit, quòd non sufficit de subreptione solùm excipere, sed requiritur quoque, ne dum ab expressa, sed à tacita reiectione appellare, cùm expreßè, aut tacitè reijci contingat, qua stante appellatione processus nullius redderetur roboris, aliàs minimè, vt est Doctorum receptior opinio quicquid nonnulli è regione dixerint, de qua meminerunt Abb. in cap. cæteri. numero 9. eod. tit. & Felin. in ca. suborta. num. 4. de re iud. Nam simplex protestatio ad reddendum processum nullum haudquaquam sufficit, veluti idem Abb. in cap. cum olim. 3. not. de off. deleg. & cap. ex parte. 2. colum. 1. de appell. & Felin. in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ. col. 2. versic. nec excusatur, de const. Nic. Anto. Graua.

Com. opi.

c 16 Quod tamen.) Et adeo verum est, quòd * principi caussæ status narrari debet, vt locum etiam sibi vendicet, si in rescripto essent clausulæ motu proprio, ex certa scientia, de plen-

de plenitudine potestatis, & clausula nō obstantibus. vt præclarè per Cur. consil. 49. col. 22. versi. decimotertio Dec. consi. 576. in fin. Gozad. cons. 5. numero 15. & Rot. decis. 230 Papæ confirmando in no. Nam* princeps, vbi negocij ac 17
caussæ certior factus non fuerit, dictis non obstantibus clausalis, præiudicium inferre voluisse nunquam præsumitur, sed rescriptum subreptitiè impetratum fuisse intelligitur, quemadmodum citatæ concludunt auctoritates, & traditur per Alexan. consi. 125. in fi. li. 2. Corn. consi. 189. Colū. 3. lib. 4. Bald. in l. fin. col. 2. C. senten. rescin. non poss. Dec. in cap. de confirmationibus num. 10. de confirmat. vtili. vel inutili. Suares alleg. 12. num. 9. cum seq. cùm tales clausulæ in his, quæ in facto consistunt, nihil operentur, de quibus principem notitiam habere non præsumitur. Confirmatur hoc ex his, quæ à Iaſſcribuntur in l. si quisquam. ff. si quis caut. & Gozad. consil. 62. num. 17. & d. consi. 5. num. 89. & 26. Vnde à Principe, vt causſa ipsa aduocata intelligatur, ipsius narrandus est status, aliàs illam aduocare voluisse nequaquam est præsumendum. Verùm* Princeps causſam cognoscere inci- 18
piens, ad se eam aduocare videtur, teste Innocent. in ca. cum M. Fer. vbi Dec. nume. 36 in secunda conclusione de const. idemq; Dec. consi. 137. & Cald. consil. 7. titu. de præben. per cap. vt nostrum. de appella. & est communis opinio, vt Ri- Com.
pa scribit in d. c. cum M. Fer numero. 97. idcirco attentata opi.
deinde coram inferiore reuocantur, vt Imo. & De. vbi suprà explicant. Nec non & Ripa num. 96. vbi extendit etiā si inferior ipse aduocationem ignorasset, & hanc esse commu
nem sententiam ait, Quam tamen cum temperamento intel- Com. opi.
ligendam docet, si motu proprio à Pontifice fieret aduocatio, secus si ad partis petitionem, & sic frequentiore calculo à Doctoribus receptum esse testatur. Et dixit Aegid. decis. 139 Causam esse deuolutam procedendo ad vlteriora. sic vt eam iudex reassumere videatur. Quinimò per solam commissionis præsentationem, alia absque citatione censetur deuoluta,

vt ab eodem Aegidio docemur, decis. 567. Nicolaus Antho. Grauatius.

d 19 Secus autem.) clarum est, quod * si rescripti formam iudex delegatus excedat, gesta per eum nullum pondus habent. cap. cum dilecta. vbi Docto. de rescrip. conferunt scripta per Rotam decis. 648. dic. quòd si in antiq. Guid. P. decis. 70. Afflict. decis. 355. & Dec. consil. 681. col. fi. limi. tamen hoc, vt per Felin. in d. cap. cum dilecta. & cap. cum lim de offic. deleg. nisi litigatores in his, quæ eorum fa. concernunt, non contradicerent. Nam tunc mandati forma transgredi posse, Felin. comprobat, cautum erit igitur dis. 20 tire, atque protestari. Quem * quidem delegatum iuxta procedētem, siue delinquentem, iudex ordinarius in sua territorio punire iure poterit, etiam si principis esset delega. vt Aufre. autumat, in accaßionibus ad decis. Thol. 422. Boer. decis. 9. num. 5. Sed huic opinioni obesse videtur, quod à Bar. Baldoque proditum est in l. vlt. ff. de rer. diuis. quod diuisa iurisdictionis administratione, vnius alterum delin. Com. opi. quētem punire nequaquam potest, & est communis opinio, teste Felin. in cap. prudentiam, num. 4. de offi. deleg. quamquid dixerit aliter sentiens Rota decis 153. nunquid si dan. no. Confert & Cald. dictum in cap. 1. de rap. vbi Archiepiscopus delinquens in episcopi diœcesi non efficitur episcopi subditus. vt ab eo pœna affici valeat. Nicolaus Antonius Grauatius.

Appellationem ab interloquutoria in pluribus distare ab appellatione à diffinitiua.

CAP. X.

SVMMARIVM.

1 Appellatio generalis à quibuscunque grauaminibus non valet.

2 Clau-

2 *Clausula generalis & relatiua ad omnia grauamina ex actis causse colligibilia, non est à legere cepta.*

3 *Appellationis in libello ab interloquutoria, causse grauaminum exprimendæ sunt, aliàs nulla esset appellatio, fallit tamen, & nu. 9.*

4 *Iudex suam interloquutoriam reuocare potest, amplia, vt nu. 10.*

5 *Appellatur ab interloqnutoria iure Pontificio, secus verò Cæsareo. fallit tamen.*

6 *Appellatio ab interloquutoria in quibus casibus admittatur.*

7 *Appellans à simplici interloquutoria, an de nullitate agere possit.*

8 *Appellatio ab interloquutoria exprimis actis, nō autem ex nouis iustificatur, fallit tamen.*

11 *Iudex sententiam diffinitiuam reuocare non potest, nisi statim.*

12 *Iudex suā sententiā in accessorijs supplere potest*

GEneraliter a verò in hac specie appellationis à grauamine seu interloquutoria, ante diffinitiuam admonendi sumus. causa beneficialis sit, siue prophana, b quòd * generalis appellatio à quibuscunque grauaminibus non releuat, & super ea non audiretur appellans, nec signatura rescriberet, quasi appelatio sit nimis generalis & in certa, quæ à lege improbari solet. cap. ad hos. & cap. final. de rescript. cap. 1. & 2. de libell. oblat. cap. 1. & cap. consuluit. decis. 8. de appellat. ab interloquutoria in not. Et licet * semper appellans à certo grauamine soleat in libello appellationis suæ addere

a 3

1 b

a

addere clausulam generalem, & à quibuscunq; grauaminibus exactis & processu causæ colligibilibus, non tamen auditur, nisi super expresso grauamine, & licet alia videantur expressa saltim per relationem ad acta. c Hæc tamen relatiua expressio non est à lege recepta, vt quandoq; sit litium finis, & ne vagemur in incertum, cap. cordi de appe. Rota fastoli causa 22. Immo si plura grauamina exprimeret appellans suo appellationis libello, nō consueuit Signatura, nisi semper vno rescribere, quod maluerit. appellans, sibi ab alijs deligere, Rota ad dictam decis. 7. not. Ioan. Andr. in cap. canssam de appellat. Amplius,* & causa quoque grauaminis in ipso appellationis libello exprimenda est, aliàs appellatio nullius esset momenti. Clemen. appellanti de appella. Rota decis. septingentesima quadragesima octaua not. quòd si principatis in antiquis.

3

d Quæ d tamen necessitas expressionis causæ non est perpetuò recepta. Finge quòd iniquitas interloquutoriæ absq; vlla facti probatione, et sola iuris allegatione ostendi possit, non erit enim hæc expressio causæ necessaria, quasi ex tali nore sententiæ iniquitas deprehendi possit, ad not. in Clem. pasto de re iudic. Collector nouarum decisionum 7. in no. Rursus fingere iniquitatem interloquutoriæ ex ipsis actis deprehendi posse, & idem quod in superiori casu dixímus, vbi à certo, & specialiter nominato grauamine appellatum esset. Rota. d. decis. 7. ibi, dominus verò Aegid. distinguebat. Collector ibi-

d

dē 2. adpi. in fi. e Addo * quòd poterit iudex, qui fuit interloquutus suam sententiam reuocare

e

4

ff. ne

ff. ne vis fiat ei. l. 1. §. hæc verba, l. quod iussit, ff. de re iudi. c. cum cessante de appel.

Cæterùm sunt, & alia inter ipsam diffinitiuã, & interloquutoriam discrimina, quæ legere licebit apud Doctores in cap. sæpè de appel. & in c. cordi. eodem tit. lib. 6.

ANNOTATIONES.

Generaliter.) *Licèt* * *regula sit, quòd iure cæsareo ab interloquutoria non appelletur, vt Bartol. adnotat in l. pen. C. quor. appell. non recip. & in l. 2. & 3. ff. de appel. recip. attamen secus est de iure Pontificio capt. vt debitus, ibique post alios Dec. in 4. not. & idem in cap. super eo. 3. in 2. item no. de appell. Ang. consi. 107. & 15. & Guid. Pap. deci. 436. numero 72. & 85. Quæ quidem reg. de iure etiam ciuili semper perpetua non est, veluti idem. Guid. commemorat decisio. 10. & 75. præsertim, cùm appellatur à carcere, vel tortura, namque ob irreparabile grauamen appellatio admittitur, d. l. 2. ff. de appel. recip. tradunt Doct. in l. quod iussit, ff. de re iudi. rem, quando interloquutoria negocij substantiam tangit, vt puta, si quis minor, aut maior pronuncietur, aut prodigus aliásue inhabilis, l. intra vtile ff. de minor Scrib. in l. is qui, ff. de verborum obligat. Item admittitur appellatio, quando interloquutoria lata est, super legitimatione personæ, Bald. in marg. inuer. Appellatio q. 8. Rursus quando iudex pronunciat, probationes aut testes admittendos, vel non esse, Corn. consil. 35. numero 1. libro primo. Item, quando interloquutoria exequutionem meretur, veluti si partes ad arbitros eligendum cogerentur, Barbat. consil. 305. illud in medio column. penultim. libro tertio. Similiter, quando quis se iudicem competentem, aut incompetentem pronunciat, capitu. significantibus, de offic. deleg. Abb. in c. super eod. 2. in 1. not. de appell. & Salic. in l. penul. C. quor. appel. recip. Guid. Pap. d. decij. 10. Ioach. Mynsing. in*

2
6

Com.opi. *suis sing.obserua.in Cent.3. obser. 35. & Ias.in dict.l.quod iußit,num. 25. & 26. vbi hanc communem esse opinionem ait,quam tamen limitat locum sibi vendicare in iudi.e delegato secus autem in ordinario, cui hanc interloquutoriam reuocare permittitur,auctoritate Bal.in l.si præses, in 1.op.C. quomodo & quando iudi. verùm quia in ancipiti versatur hæc limitatio,Felin.legas in d.ca.significantibus,1.colu.& Ias.præcitato loco,qui etiam in 1.& 2.colum.decem tradit fall.in quib.interloquutoria reuocari non potest.Itē,quando sententia interloquutoria fertur ab obseruatione iudicij nam etsi interloquutoria sit,reuocari tamen nequaquam potest,cùm vim diffinitiuæ habeat,vt est communis scribentium concluſ.teste Couarru. lib. resolut.1.c.1.num.8.Et his ferme casibus appellare in scriptis,ac causſas exprimere etiā oportet,auctoribus Guid.& Mynsing.vbi suprà. Nec viua vo*

Com.opi. *ab interloquutoria appellari licet, vti in diffinitiua secundum communem sententiam relatam per Corn.consil.95.l.*

Com.opi. *4.ex Bar.& Bald.in l.litigatoribus.ff. de appell. Sed* a*

7 *appellans à simplici interloquutoria de nullitate agere possit,videas præcitatum Guid.decis.436. numero 80.Verum*

8 **hæc interloquutoria appellatio regulariter ex primis actis non autem ex nouis cognoscitur, an iustè, vel ne interposita fuerit.Clem.appellanti,de appel.Bar.in l.ait prætor,num. 4.vbi huiusce rei rationē assignat,ff.de min.Afflict.decis.77. Hæc tamen regula nonnullas patitur exceptiones, & per Doct.in d.cle.appellanti.Soc.in fall.reg.22.Olar.consil.30. num.13.& Roms.sing.278.Nico.Anto.Grauatius.*

b Quòd generalis.) *Generalis* appellatio interloquutoria non admittitur,Clemen.appellanti,de appell.sed grauaminum causſas exprimere necesse est,aliàs nullius appellatio esset efficaciæ,c.cordi nobis,de appell.in 6.Bar.in l.4. ff.de appell.recip.& Fran.in c.3.& ca.vt debitus,quæstu. 14.extra de appell.vbi hoc regulare esse ait, ipse tamē quatuor tradit fal.inter quas.quando interloquutoria vim diffinitiuæ*

finitiuæ habet, quòd tunc causſæ non requiritur expreſsio, vi deasque inibi Dec. in fine, atque Felin. in capitul. quod ad consultationem, de re iudic. At si rationem scire desideras, causſæ narrandæ sint, Roma. consulas consilio 324. & ad propositam materiam adijce, quæ infrà dicturi sumus libro septimo, ca. tertio sub lit. G. Nic. Anto. Grauat.

Hæc tamen.) *Hoc idē voluêre Franc. in ca. consuluit,* c
2. colum. idem 2. de appell. Card. d. clem. appellanti, in 4. not. & Socin. consi. 45. colum. 4. lib. 1.

Quæ tamen.) *Adijce Bald. in l. minoribus, C. de his* d
quibus, vt indig. & in l. per hanc, C. de temp. appell. Gemin. in d. ca. cordi colum. 1. Card. in sæpè citata clemen. appellanti, in 1. op. & Franc. dict. ca. vt debitus. q. 11.

Addo quòd.) *Et intelligas * tam in iudice ordinario,* e
quàm delegato, vt interloquutoriā reuocare valeant, Doct. 10
præsertim Alexan in l. quod iußit, colu. 1. ff. de re iud. Abb. in ca. cum cessante, in 2. not. de appell. & Dec. consi. 84. colum. pen. Cæterùm * regulariter sententiam diffinitiuam minimè reuocare queunt, dict. l. quod iußit, nisi ilicò eam reuocare voluerint. gloss. in cap. prædicator, in ver. imò verò, 16. quæst. 1. Felin. in cap. exceptionem, in 10. fallen. de excep. Marsi. in l. is qui aggressorem, numer. 32. C. de sicar. & Dec. consil. 445. in casu ad me transmisso. Quanquam non desint, qui oppositum velint, inter quos Ancha. consi. 182 & Alexan. consi. 99. libro 1. tu autem hac de re videas Præpos. in cap. cum cessante, column. 17. de appellat. vbi ad regu. duodecim tradit limit. & octo restrictiones. Felin. latè in cap. qualiter, 1. colum. 13. cum pluribus sequen. de accus. & Ripam in dicta l. quod iußit, colum. 10. Poterit * tamen su- 12
am iudex sententiam in accessorijs supplere, vt puta in condemnatione expensarum, quam omiserat, l. Paulus, vbi interpretes, ff. de re iudi. & in l. in operis, ff. loc. c. cum appellationibus, iuncta glo. in ver. eadem, vbi quoq; Gemin. de appel. in 6. intelligas tamē sanè vt in dictis locis, eadē scilicet

die id iudici facere permissum, partibusque etiam præsentib
bus, vt Prosper. Caran. voluit super ritibus mag. Cur. Vic. re
gni Neap. 297. numero 6. per l. de vnoquoque ff. de re iudi.
Sed idem esse censerem, si partes ad id essent citatæ per dic.
l. Et hæc locum habent in sententia diffinitiua, nam in inter
loquutoria, si experturum condemnationem iudex omiser
eam quandocunque ad finem vsque causse facere permitt
tur, vt ab Innocent. aliisque docemur in capitu. sæpè de ap
pella. & iure quidem optimo, cùm experturum condemna
tio interloquutoria dicatur, quando ante diffinitiuam fit, se
cùs verò, si cum diffinitiua, quia tũc pars ipsius esset, Felin.
Com.opi. in rubr. de re iud. colum. 9. & est communis sententia, v
testis est Maran. in praxi, in vltm. par. 6. par. num. 36. Ce
terùm, quia diximus statim diffinitiuam reuocari posse, ad
ter minimè, quoniam modo intelligitur statim, siue incon
nenti, vt nostri dicunt. Vide Bar. in dict. l. in operis, & n
si quis mihi bona, §. iussum, vbi Ias. num. 19. ff. de acq. hæ
Bald. in l. 1. C. de bon. liber. Doct. in l. diuortio, in prin. ff. so
matrim. ea in quæstione, an id belli tempore factum esse di
catur, quod paulò antè, vel pòst fuerit gestum, & Ang. in
præterea, col. 12. ver. & quando dicatur, instituit. de excep
Nico. Anto. Grauatius

De præuentione inter iudices, & impetratione rescriptorum ad lites etiam beneficiales, literis apostolicis non expeditis.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 Præuentio quando inter iudices facta dicatur.
2 Præuentio non inducitur, quando actus, qui iu
risdictionem tribueret, esset inualidus.
3 Rescriptorũ impetrationes, an mandatũ exigãt.

4 Iurisd

4 *Iurisdictio per citationem præuenitur.*

5 *Præuentio per citationem inducitur, & quid si vnus iudex præuenit per citationem verbalem, alter per realem.*

SEd ne occasio appellationis ab interloquutoria, de qua prædicta obiter diximus, diuertat nos à proposito themate, de stylo ac obseruatione signaturæ iustitiæ, amplius de plerisque alijs te admonebo, quæ ad hanc Signaturam attinent. Non rarò enim accidit, duas commissiones de eadem causa concedi, & diuersis iudicibus distribui, & sic de iurisdictione alterius concedi. Hoc *enim casu ille erit iudex, qui alterum in exercitio iurisdictionis præuenit, & signatura consueuit in hac specie alio rescripto rescribere. Audiat, qui præuenit, præueniisse autem dicitur inter auditores sacri palatij, cui prima commissio præsentatur. Rota decis. 802. de commissio. in antiqu. & ille poterit absque alia commissione Pont. de consensu tamen aliorum, ex concessione bullæ Innocentij sexti in causa procedere. Quòd si quæstio sit inter auditorem sacri palatij, & alios iudices, vel inter alios iudices vtrinque, dicetur ille præueniisse, *a* qui primus erit in exercitio iurisdictionis, vt pote citationem decernẽdo, vel alium actum positiuum faciendo, Cassa. decis. 5. de rescript. *b* Ego decisionem Cassiadori limitarem, dum tamen * citatio, vel alius actus positiuus, quo iudex cœpisset iurisdictionem exercere legitimus & validus fuisset, aliàs non induceret prœuentionem, per regulam iuris, quod nullum est, ad tex. in cap. proposuisti, verbo legitimè de foro compe. firmant. Inno.

1

a

b

2

Inno. Bu. & Archid. 2. qu. 6. non ita legitur, sequi
tur Roma. consi. 422. nu. 5.

§ Vsu * quoque receptum est, vt impetratio si-
milium commissionum nullum desideret man-
datum, & dispositio. cap. nonnulli, §. sunt & alij
de rescrip. abrogatur. Verùm cùm regula Can-
cellariæ caueatur, vt commissiones omnes super
beneficijs ecclesiasticis, antequam de eorum pro-
uisionibus literæ expediantur, nullæ sint, inole-
uit practica volentium commissiones ante lite-
rarum expeditionem obtiinere, & in causa ali-
quot actus facere, vt in commissione clausula
hæc ponatur derogatoria, videlicet. Non obsti-
tibus Cancellariæ regulis, illa præsertim, quæ
ueri dicitur, vt commissiones, &c. Consueuit
men signatura addere clausulam temperantem
dummodo literæ expediantur ante termino
ad articulandum, & interim non censeatur reg-
lis, nec sit locus Regulæ de surrogandis, idque
compescendam nonnullorum malitiam & am-
bitionem, qui minus iustè lites super benefic
aliorum introducebant, ea duntaxat spe, vt re
præmoriente, beneficio regulæ de surrogandis
in re litigiosa cæteris venirēt præferendi. Staph
lib. suo car. 143. Quæ verba ante terminum ad a
ticulandum, intelligit Rota de termino ritè &
rectè seruato, cum sua scilicet solita dilatione
& sub sua die, aliàs enim tanquam actus nullus
non facit præscriptam conditionem deficere, &
derogationem cessare. Crediderim tamen regu-
lam non obstare, & commissionem valere, etia
non expeditis literis, vbi reus impetraret ad ef
fectum absolutoriæ obtinendæ, pro qua sola
supplicatio satis est, etiam aduersus regulam de
non

iudican. iuxta formam supplicationis Rota, Cassa. decis. 2, in di. reg. idemque seruatum fuit, vbi super possessione tantum beneficij Cassa. ibidem dec. 1. & latè Gomes. in regu. de non iud. iuxt. fo. supp. quæst. 5.

ANNOTATIONES.

Qui primus.) *Quòd iurisdictio* per citationem præueniatur, est communis Doctorum sententia, vt Roman. ait consi. 12. nume. 4. Qua de re Barto. & Alexand. videas in l. si pluribus. ff. de lega. Sed quid* si vnus iudex per verbalem citationem, alter verò per realem præuenerit, quis in iurisdictionem præueniisse dicatur? declarat Angel. in maleficiorum libro, in verbo iudex commisit, vbi, qui reum capiendo præuenit, etiam in iurisdictione præueniisse ait. Sed Maria Socy. altius quæstionem hanc exorditur, & distinguendum tandem esse existimat in ca. proposuisti, qu. 8. nu. 22. de for. compet. tu eum legito, atque Gram. dec. 28. num. 6. & Aret. consil. 101. Spectabilis domine Gemin. in ca. per hoc, de hæret. in 6. Ioan. Anan. in c. excommunicamus, §. volumus, eo. titu. Bar. in l. si quis postea, ff. de iudic. & Ang. in l. 1. §. si quis in appellatione, col. pen. ff. de appell. a 4 5

Ego decis.) Pro ista limitatione faciunt, quæ decidunt Corn. consi. 57. colum. 4. libr. 3. & Afft. decis. 294. Quidam. & deci. 294. Quidam, & deci. 366. nu. 16. atque Gomes. qui multa congerit in reg. de annali in possess. quæst. 45. Necnon & Tiraquell. qui nuncupatim hac de re loquitur, de vtroq; retract. §. 8. in glos. 2. 4. post Abb. & Maria. Soc. in dict. cap. proposuisti. Nico. Anto. Graua. b

De impetratione iudicis pro titulario, contra pensionem ecclesiasticam.

CAP. VLT.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Pensio ecclesiastica si dicatur nulla, vel excessiua, an interim solutio retardetur.*

2 *Pensio transferri non potest.*

3 *Pensionarius vbi via executiua obtineret, & titularius appellaret, non conceditur appellationis commissio, nisi cum clausula, sine præiudicio legitimæ executionis.*

1 QVod * si quis petat cõmissionem super pen
sione, & fructibus beneficij per ipsum debi
ta, siue illam nullam dicat, siue excessiuam
2 ex a communi stylo signaturæ consueuit appon
clausula, sine retardatione solutionis pension
idque ob reuerentiam literarum Apostolica
quibus esset pẽsio reseruata, Staph. lib. suo, cha
152. Gigas in suo tract. quæst. 85. de pensio.

Quamobrem si pensio ab inferiore à Papa re
seruata cessaret hic fauor literarum Apostolica
rum, nec apponenda esset hic clausula, nisi forte
pensionarius esset in quasi possessione exigendi,
quia tunc adijcienda esset nihilominus clausula
hæc ex alio capite, quia aliàs pensionarius pos
sessione sua priuaretur, contra iuris debitum, &
posset agere spolio, Gigas eod. tract. q. 47.

Idem si Apostolica authoritate reseruata es
set, non tamen simpliciter, neque purè, sed sub
certa forma seruanda, vel conditione implenda.
Quo casu non esset satis docere de literis reser
uationis, nisi de seruata forma, & impleta condi
tione doceretur; nec interim titularius grauan
dus esset docere de literis reseruationis, nisi de
seruata forma. Cassa. dec. 10. de rescrip. Gigas d.
q. 86.

q.86. Crediderim tamen hoc quoque casu titularium proximo exemplo grauandum, & clausulam adijciendam, vbi pensionarius esset in quasi possessione exigendi. Videretur enim hoc casu titularius releuasse pensionarium ab onere huius probationis, idque non diffinitiuè neque perpetuò, sed ad hunc effectum tantum, vt interim exigeret.

Eodem * exemplo grauandus non esset hac clausula is, qui super nullitate pensionis impetraret, quæ vigore translationis peteretur, & sic non ex primis, sed ex secundis literis dictæ translationis ageretur, communis enim forma translationis est, vt prima pensio reseruata, & prima gratia extinguantur, & exinde extinctione huiusmodi, noua in fauorem alterius personæ pensio oriretur, & reseruaretur. Gigas suo tractu d. quæst. 85. Quamobrem literæ translationis adferunt secum exceptionem pensionis extinctæ, quam dare poterit titularius, tanquam exceptionem naturalem ex titulo pensionarij, nec interim erit hac clausula grauandus. Cassa. d. decis. 10. de rescrip. Gigas ibidem, ampliarem ego etiam, vbi titularius semper soluisset primo pensionario, qui nuper pensionem transtulit, possessio enim sua, vel quasi exigendi non debet prodesse alteri, cùm maximè non sit eadem pensio, quæ transeat, sed prima extinguitur, & alia simili reseruatur, vt supra docui. Quòd si extinguitur ipsa pensio, & proprietas primi possessoris, multò magis & ius possessionis eiusdem, quos pensioni & proprietati adiacebat. Alios casus, quibus datur commissio nullitatis pensionis sine præscripta, legere poteris apud d. Gig. d. q. 86.

Verùm

Verùm * omni casu, vbi pensionarius via exe quutiua obtineret, & titularius appellaret, non consueuit commissio appellationis concedi, nisi cum alia clausula, sine præiudicio legitimæ exequutionis, Gigans quæst. 95. & ita seruatur, id que ipsum, vt opinor, quia pensionarius agit ad exequutionem literarum reseruationis, vel trãslationis pensionis, quæ exemplo instrumenti quaretigiati paratam habent exequutionem, & ab exequutione non appellatur, l. ab exequ. ff. de appella. Gigans dict. q. 1, 5.

ANNOTATIONES.

Excommuni.) *Adde Gomes. in compendio vtriusque signaturæ prope finem, vbi copiosè, qui nonnullos etiam enarrat, in quibus clausula sine retardatione pensionis commissionibus opponi non debet. Nic. Anto Graua.*

LIBER IIII.

Introductio causse in Romana Curia contra præsentem, & quando ius reuocandi domum, ipsaq; dilatio ad partes concedi, vel denegari soleant.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 *Lites pendentia per simplicem citationem inducitur.*

2 *Ius reuocandi domum deprehenso in Romana curia, quando detur, & quibus ex causis, & numero 11.*

3 *Dilatio quibus ncasibus denegatur.*

4 Dila-

4 *Dilationum materia plurimum in iudicis reſidet arbitrio.*

5 *Citatio litis pendentiam inducit.*

6 *Lis quando pendere dicatur.*

7 *Lite pendente, nouum ius, aut noua prouiſio impetrari poteſt.*

8 *Lite pendente, an ſupplicare licet, & reſcripta impetrare.*

9 *Litis pendentia inducitur per petitionē, quòd quis carceretur, & per bonorum ſequeſtrationem.*

10 *Pendentia per citationem circumductam non inducitur.*

FIgura iudicij, deuoluta iam cauſa aliò ex his, quos ſupra diximus modis, ad Romanā Curiam omni caſu, ſi reus præſens fuerit, in curia poterit eum actor ſimplici citatiuncula per nuncium, ſeu curſorem citare coram auditore, cui fuerit cauſſa per Cancellariam, ac eius regentem diſtributa, abſque alia commiſſionis inſertione, & *per ſimplicem citatiunculam huiuſmodi, vera litis pendentia cenſebitur etiam, quoad citatum introducta, apta ad omnes ſuos effectus etiam reuocationis attentatorum, tametſi in ea non fuerit reſcripti tenor inſertus, per quem iuriſdictio auditori data dicitur iuxta clem. 2. vt lite penden. a nec exprimantur ea, per quæ pars citata benè inſtrui, ac certior reddi poſſit, iuxta d. Clem. 2. vt li. pend. & ſic iuris communis diſpoſitio, in prædictis ex ſtylo & obſeruatione Romanæ Curiæ abrogatur. Rota, deciſi. 279. Clem. in no. de lite penden.

Poterit b nihilominus hoc caſu is, * qui fuerit in Ro-

in Romana Cur. deprehensus ius reuocandi d
mum habere, si iusta fuberit causſa, quæ reuoc
tioni satis fit, ad text. in cap. fin. de foro compe
idque etiam, si iuxta hæc, causa lite pendente
peruenireț, ad nota. per Abb. Butr. & Imol. in c
fin. de dilatio. Tametsi hoc casu esset potius d
ferre in aliud tempus, quàm domum reuoca
vt Abb. ibidem docet. Iusta autem causſa ess
vtpote, si quis Romæ legationis munere funge
tur, l. 2. §. legatis. ff. de iudi. vel à principe reip
licæ causſa, euocatus esset, in authen. de sanct
epiſc. §. si verò epiſcopi, colum. 9. ca. exposuit
dilatio. vel si testimonij, vel si iudicandi, vel d
nique si reddendæ tutelæ causa accersitus esse
his enim casibus ius reuocandi concederetur
si in ipsa Romana Curia contraxissent, & ra
ne contractus hu iusmodi conueniretur. Q
tamen limitatio ad casum legationis non ext
ditur, quando ante legationem initus fuisset c
tractus, ad text. cum materia in l. 2. §. legatis
de iudi. in ca. fin. cum nota. per Felin. & alios
foro compe. & c. fin. de dilatio.

Verùm hoc ius & beneficium reuocandi d
mum perpetuum non est, sed plures reliquit li
ctiones, quas apud Felin. in d. c. fi. de foro com
tu ipse videre poteris, tenuit nihilominus Ro
vbi quis Reip. causſa in Romana Curia moran
tur, vt cogatur interrogationibus alterius par
respondere, nec aliàs ius reuocandi domum co
cedit. Rota decis. 617. dic quod illi de iure reu
can. domum in antiquis.

Amplius & is, qui præsens in Roma. Cur. de
prehenderetur, vel eius procurator, dum tame
generalis, poterit dilationem ad partes pete
eam

eamque si principalis sit, qui deprehenditur ad deliberandum & veniendum instructus. Quòd si procurator, vt suprà diximus, generalis ad consulendum principalem, & dabitur, cap. dilectus de procur. Rota bisgnet. decis. 16. vtrum de dilatio. in vlti. hoc idem ampliatur etiam, si de beneficio in curia vacante ageretur aduersus, ca. 1. de præben. licet enim videatur tunc certam omnimodam dispositionem beneficij ad Pont. spectare, quare & petitio dilationis quoque calumniosa. Nihilominus beneficium posset esse de iure patronatus laicorum, quo casu sub reseruatione d. ca. non comprehenderetur ad no. in d. ca. dilectus, possentque alia contingere, quæ facerent cessare omnem calumniæ suspicionem, & iura de partibus desiderari.

Sed & hæc dilatio ante terminum ad articulandum petenda est, post quem bene rectéq; seruatum denegabitur, nisi fortè persona mutaretur, vtpote per viam surrogationis, vel si eadem persona remaneret, nouum ius impetraret, & ex illo vellet obtinere, vtroque enim casu etiã post terminum bene rectéque seruatum dilatio concedetur. Reus enim non venit instructus, nisi respectu iuris, quod actor intentauit, & contemplata eius persona, non autem alia, Rota d. decis. de dolo & contu. in no. Card. Clem. 1. de sequest. & fruct.

Plerisque * tamen casibus receptum est, dila- 3
lionem denegari, vtpote si ab actore petereretur. Debuit enim venire instructus, glo. & Abb. in ca. præterea el. 4. de dilatio. vel si à reo, à procuratore tamen eius specialiter ad eam causam constituto, Cassa. decis. 1. de dilatio. vel si per seipsum,

essemus tamen in caussa spolij, in qua aliqua te
nuis facta esset ipsius spolij probatio, Cassa, d
desi. 1. de dilatio. Et generaliter hæc dilationum
materia, plurimum in ipsius iudicis arbitrio re
sidet, l. 2. vbi Barto. ff. de re iudic. gloss. cap. pra
terea de dilatio. Abb. cap. 1. colum. secunda, eo
dem titulo.

ANNOTATIONES.

2 Nec exprimantur.) *Ex allegatæ Clemen. 2. vbi*
5 *pend dispositione, Citatio † litis pẽdentiam non induci, si*
ex ea citatus plenè instrui valeat, vbi Gos. Imola, & præ
tim Zabarel. in 3 nota & iterum in 5 hoc adnotant
imò vt eò loci Zabarel astruit, si ex necessaria requirent
vt lis pendere dicatur, qua de re Ioachim. Mynsing. lega
suis singul. obser. in cent. 4. obser. 26. Necnon & Staph
in tract. de grat. & expect. §. spoliatus, numero 13. vbi v
6 *receptum esse testatur. Quòd † lis pendere dicatur, quan*
caussa fuit commissa, citatióque decreta, licet non exequa
& si ipse contrarium velit. Et litis pendenita, quò ad pri
legia, per actorem, lite pendente im, petrata, dicitur ante in
minum ad articulandum, vt idem Staphil. citato libr. præ
dit, § in primis, numero 6. vbi etiam numero 50. testum
7 *reliquit, quòd † lite pendente, nouum ius impetrari potes*
viputa, gratia si neutri, aut noua prouisio, dummodo in i
mentio fiat, nec ob id attentatum quid fuisse dici potest, Ce
8 *terùm, * an lite pendente rescripta à principe impetrare li*
ceat, vel supplicare, traditur post reliquos, per Iason in Re
bric. & l. prima & secunda, C vt lite pend. & Ioan. Fer. d
appell. cap. 4. Non tepidè, num. 178. Quæ quidem † litis pe
9 *dentia inducitur etiam per petitionem, vt quis carceribu*
mancipetur, ac per ipsam captu am, si Caccialupo credimu
in tract. de debit. Iusp. quæst. 27. in princip. tum etiam per b
norum sequestra ionem, vt eo loci, num. 3. legitur. Verum
10 *illud præterea libet adiungere, quòd † litis pendentia pe*
situ

citationem circumductam haudquaquam inducitur, velut i Afflict. egregiè comprobat decis. 366. numero 14. Nicolaus Anto. Grauatius.

Poterit.) Rotam videas dec. 596. D. Vrbanus, dec. 829 Nota, quòd si, in antiq. vbi †præsenti. bin Romana Curia ius revocandi domum non competit, cùm Roma sit communis patria, l. Ro ff. de munic. Sed cum tēperamento intelligi hoc debere admonitum tè esse velim, nisi caussa coram alio iudice penderet, vt latè Vant ostendit de null. sentent. ex def. iurisd, ord. numero 84 cum seqq. Quæ de re abundè etiam apud Couarru. legitur lib. pract. quæst. cap. 5 vbi, qui legitimis ex caussis ius revocandi domum habet, eò vti non potest, quoties pro contractibus, extra patriam & provinciam celebratis convenitur: tunc enim nulla ei fit iniuria, si extra provinciam in locis contractus conveniatur. Verùm in hac specie excipiuntur legati, cæteri vero minimè, qui ius revocandi domum neutiquam habent, per Doct. in l. 2 §. omnes. ff. de iudic. & est communis sententia teste Lancel. Dec. ibi, atque Couarru. præcitato loco Nic. Anto. Grauatius. Com. opi.

De citatione extra curiam, etiam per edictum, eiusq; decreto, ac formula procedendi pro reo, vbi asserto procuratori decreta esset.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 Citatio, si extra Rom. Cur. faciēda sit, debet dari facultas citandi expressè.

2 Citandi si plures essent, expressè nominandi sunt. Clausula omnes q; alios, &c. qua in citatione opponi solet, non operatur, vt vltra quatuor citari possint, eo. num.

3 Citatio per edictum fit, quando tutus non patet accessus.

4 Citatio per edictum procuratoribus relaxari non solet, nisi mandatum ostenderint, vel cauerint.

5 Citatio, non nisi cum competenti termino ad comparendum fieri debet.

6 Citatio per edictum generaliter concedi solet, ad comparendum ad omnes & singulos actus, usq; ad sententiam inclusiuè.

7 Citatio non requirit peremptorium in beneficialibus, quia à lege subintelligitur, nec in prophanis est stylo Rom. Curiæ.

8 Citationem ad personaliter comparendum absq; speciali Pont. iussu, auditor ex obseruantia Rom. Cu. concedere non valet.

9 Citationis per edictum, eiusq; exequutionis modus.

10 Citatio, intra nimis angusta tempora facta, non valet.

11 Citatio absq; termini præfixione facta, an valeat

12 Peremptorium in beneficialibus summariisq; causis non requiritur, fall. tamen & nu. 15.

13 Peremptorium in Rom. Curia ex stylo & citationibus apponi non solet.

14 Termini post litem contestatam sunt peremptorij.

16 Citatio ad comparendum personaliter in ciuilibus causis regulariter non fit, fall. tamen.

17 Debitor suspectus, vt capi possit, quæ requirantur

18 Citatio realis absq; iudicis mandato regulariter fieri non potest. fall. tamen.

51

SI* verò reus citandus à Romana Curia abſit, tunc opus erit, vt commiſſio det facultatem citandi expreſsè, & ex ſtylo addi ſolet etiam extra Curiam, & ſi fortè etiam aliàs poſſet extra Curiam citare, idque ex ſimplici facultate citandi, ſi maximè citandi non adiecto aliàs in Rom. Curia facultas indefinitè daretur. Caſſa. dec. 4. de reſcript. 1

Quod* ſi plures citandi eſſent, expreſsè nominandi forent, vnde inoleuit praxis, vt in commiſſione apponamus clauſulam, omneſq; alios, &c. cuius tamen vigore non poterunt vltra quatuor citari, & in citatione nominandi eſſent per Iudicem, non autem per exequutorem tantùm, ad text. cum not. in c. cùm in multis, de reſcript. in 6. Rota deciſ. 419. ſi impetretur de citat. & dilatio. in no. 2

Verùm quum plerunque plures quatuor ſint citandi, conſueui ego clauſulæ huic omneſque alios, &c. addere hæc verba. Etiamſi eſſent vltra quatuor. Nonnunquam enim accidit, vt ob locorum diſtantiam omnium citandorum nomina ignorentur, nec aliàs poſſunt in citatione omniũ citandorum nomina exprimi, vſu exigente, ſuborta eſt alia practica, qua vbi in commiſſione dicimus, omneſq; alios addere conſueuimus. In exequutione citationis præſentium vigore decernendæ nominandos. Caſſa. deci. 2. de dolo & contum. ver. Rota verò contentatur.

«Quòd* ſi ad eum, qui citandus eſt, tutus non pateat acceſſus, vel aliàs caueat, ne citari poſſit, ſolemus in commiſſione, dum facultatem citandi poſtulamus, addere clauſulam etiam per edictum publicum, quam Signatura dare non conſueuit, 3

fuevit, nisi cum temperamento, constito summariè, & extraiudicialiter de non tuto accessu, per text. in Clem. 2. de iudic. & tunc opus est extraiudicialiter docere. & testes inducere, & auditori de non tuto accessu fidem facere. Rota decisio. 753. dic quòd in c. dudum, de cita. per edict. & 703. dic quòd citato eod. tit. in antiqu. Staph. suo libello de literis gra. & iustitiæ car. 158. oportetque hoc casu testes saltem deponere, quòd credant citandos non posse satis turè personaliter, vel domi citari. Rot. decis. 781. si aliquis de cita. per edict. in antiqu. Staph. ibid. Cassa. dict. decis. 2. de dolo & contum. & exinde actor citationis decretum obtinebit.

Quod si obtineat omni casu, per solum citationis decretum, vera litis pendentia apta ad omnes suos effectus quoad ipsum tantùm, introducta censebitur. Rot. decis. 425. nota vtrum vt lis penden. & de citat. in antiqu. dum tamen ab ipso principali, vel legitimo eius procuratore obtineatur, vel si à non habente mandatum superueniat tamen ratificatio in tempore habili ad consequendum suos effectus, vtpote, si pro actore contra possessorem ad interrumpendam præscriptionem ex regula triennali ante triennij lapsum superueniat ratificatio, aliàs enim præscribere possessor, nec per decretum huiusmodi fuisset interrupta præscripta, Gomes. in regula de trien. q. nu. 50. vel si ad euitandam dispositionem ca. plerunque de rescrip. ne quis ob lapsum anni cadat à rescripto infra eundem annum ratificet & vtatur.

4 Veruntamen * consueuerunt notarij similibus procuratoribus assertis citationes non relaxare, nisi

nisi vel ipsi instantes procuratores in Rom. Curia essent egregij atque noti, vel similem procuratorem secum adduceret is, qui pro citatione instaret, & tunc quoque, non nisi procurator ille egregius obligationem faceret pœnalem in forma cameræ Apostolicæ, quòd de legitimo mandato, vel ratificatione dicturus sit, ferè semper sub ducentorum pœna, idque vt reo comparente consultum sit, vbi prpcurator ille assertus, nec de legitimo mandato doceret, nec actor vellet prosequi, vel aliàs ratum habere iudicium eius nomine cœptum. Poterit enim hoc casu, reus beneficio huius obligationis, ex stipulatu agere ad pœnam commissam via exequutiua, absque alio Signaturæ rescripto, prout in similibus obligationibus solitum esse procedi supra diximus. Nónulli etiam simplicem commissionem impetrãt hoc casu, vt idem auditor [illegible] ad pœnas & exequutionem dictæ obligationis, prout posset auditor cameræ procedere, & signatum concedi.

Quòd si reus non esset pœna contentus, sed litem super re, ac beneficio suo ægrè ferret, velletque se, ac beneficium suum à lite eximere, ne fortè actor interim ratum haberet iudicium nomine suo cœptum, consueuimus ad hunc effectum, commissionem impetrare, qua Signatura rescribit, quòd præfixo termino procuratori prædicto, ad docendum de mandato ac ratificatione prædictis, nisi docuerit, pronunciet auditor nullam iurisdictionem sibi datam, nullamque litem censeri introductam, & eum procuratorem ad pœnas, & in expensis per reum passis còdemnet. Gassad. in regula de surrogan. decis. 40. num. 6.

Sed & Rota nobis aliam viam indicat. Biſq
net. deci. 0. in vlti. q. nu. 12. nempe, quòd citato
illo procuratore aſſerto, qui citationis decret
obtinuit abſque alio ſignaturæ reſcripto, pro
ſolutoria ab obſeruatione eius iudicij, cùm ex
penſarum condemnatione, contra procurator
eundem inſtet, quæ abſolutoria declaratoria, de
qua proximè diximus, æquipollebit ſaltem a
extinctionem litis, per eam enim eximit ſe reus
ac rem ipſam, ſeu beneficium à lite. Eruntque (n
opinor) hoc caſu ſeruandi termini, quos infr
ſuo loco dicemus, vbi quis abſolutoriam veli
ab obſeruatione iudicij ſeruandos, quos etiam
nos docet vulgaris ille formularius terminor
rotæ ſub rubrica de procedendo, prout de iure
& crediderim hoc caſu communi forma c
tationis ad procedendum, prout de iure ad
dendum eſſe, ita, vt additio præcedat, vid eli
cet ad docendum de mandato, vel ratihabitatio
ne legitimis, & procedendum prout de iure, pri
mo pro prima dilatione, ex quo non tantùm ad
effectum habendæ abſolutoriæ, ſed etiam pro de
claratione pro pœna ageretur.

Quòd ſi reus prædictis non acquieſceret, ſed
amplius vellet poſſeſſor abſolutoriam ab impe
titis, vel etiam canonizatoriam ſui tituli, & ab
iudicatoriam beneficij, vel rei, de qua ageretur,
quæ principalem adficerent. Ego tunc conſueui
noua commiſſione inſtaurare iudicium, qua pra
uia huius facti narratione peto, vt pro tutiori iu
dicio eidem auditori, quatenus opus ſit, cauſſa
iterato cõmittatur, eũ facultate citandi in forma
& exinde principali in Roma. Curia, vel in par
tib. legitimè citato cauſſam ipſam proſequi, ſic
enim

enim tutius redditur iudicium ac etiam vtilius, quia propter graues impensas Romanæ Curiæ, non expedit absolutoriam sententiam ab obseruatione iudicij duntaxat reportare, quę parum, vel nihil victori tribuit, eadem quoque ratione, non consueuit in palatio decerni citatio extra curiam, ad petitionem coniunctæ personæ, idque etiam si coniunctus, qui pro decreto instaret, vellet pro coniuncto cauere de rato, Rota decis. 730. de citatione, nota quòd si aliqua in antiq. quæ videtur generaliter loqui, & sic in causa quoque prophana, & durum admodum videtur, quòd similis citatio procuratori asserto cũ simili cautione, vel alternatiuè docendi de legitimo mandato concedatur, coniuncto autem denegetur in prophana caussa, in qua mandatum habet à lege, & vt opinor, intelligenda est decisio Rotæ suprà allegata in causis beneficialibus vel aliàs spiritualibus tantum. b

b Citatio* verò non nisi cum competenti termino ad comparendũ dari solet. Bonif. 8. in extrauaganti, rem non nouam, de dolo & cont. Clem. 1. de iudicijs vtrobique terminum competentem considerata locorum distantia, idque pro modo distantiæ vicena millia passuũ in singulos dies dinumerando. l. 1. ff. si quis cautio. §. qui excusare instru. de susp. tuto. aliàs tanquam temeraria citatio non arctaret citatum ad comparendum etiam post terminum. l. autem qui aliter. ff. quòd vi aut clam. vbi Bartol. Abb. in cap. dilecti de dolo & contu. col. 7. Cassa. decis. 6. eo. tit. nu. 3. § 5

Soletque* hæc prima citatio semper generalis concedi, videlicet ad legitimè comparẽdum 6

ad singulos actus, vsque ad sentẽtiam inclusiuè instructè cũ omnibus iuribus, scripturis ac monumentis caussam concernentibus, Rota decis. 245. de cita. senten. & re. iud. cuius citationis formula sic generalis vtilis est in pluribus, quæ inferius suo loco dicemus, nec aliàs desiderat peremptorij expressionem, c quòd * in beneficialibus subintelligatur à lege, & in prophanis ex stylo Rom. Cu. Rota. d. c. decis. 245. consueuitq; ex communi obseruatione curiæ, omni die, etiam feriata posse decerni. Cassa. decis. 5. de do. & contuma.

d Cæterùm * non solet, neque potest auditor citationem personalem, scilicet ad personaliter comparendum, sine speciali commissioni papæ conceder[illegible] [illegible]ss. verb. personaliter in cap. fin. de dilatio. [illegible] d. deci. not. quòd regulariter 389. in ant. licèt aliàs de iure delegatus possit sine alia speciali commissione similes citationes decernere. cap. 1. de iu. libro sexto, & ratio obseruationis Romanę Curiæ est, propter præsentiam principis, quem facilè adire possunt. Rota d. decis. 389. qualiter autem consueuerit Signatura rescribere in hac specie, & auditor citationem decernere, docet Staph. de literis gratiæ & iustitiæ cart. 140. & 179. à tergo vtriusque.

ANNOTATIONES.

Quod si.) *De citatione * per edictum, eiusque formula, scilicet quòd publicè legatur, exemplarque siue originalis scriptura (vt dici solet) affigatur. affixaque aliquas per horas dimittatur, apud Mil. hæc docentem legere est in verbo, Citatio quando committitur. Rot. decis. 223. in not. licet in Romana Curia affixio & publicatio absque ipsius lectione de stylo sufficiat, sicuti Cassad. testatur deci. 4. de*

dolo & cont. cuius meminit Vant. de null. sentent. ex def. tit. numero 133. cum sequent. Quæ quidem citationis formula, & quonam modo exequi debeat, traditur etiam in vulgari illo libello, cui Formul. term. tit: lus inscribitur, pagin. 8. column. 2. & 3. & copiosè infrà ab auctore, cap. 3. atque à Tiraquel. de vtroque retr. §. 9. in 2. Gloss. numero 8. & seq. tum quoque à Papaz in additamentis ad decis. Rotæ. 5. de rescript. vbi ad vsque calcem hanc rem praximque docet. & in decis. tiam 22. eod. titul. quomodo citationes, quæ non fiunt per edictum exequantur, deq; earum formula. Et quoniam multa ad propositam materiam in medium afferet, eum legere non te pigeat.

Citatio.) In confesso est, in citatione * congruum tempus ad comparendum apponi debere, aliter ea nequaquam iure subsisteret, vt à Spec. proditum est ti. de citat. §. 1. versi. Item quòd facta est intra minus angusta tempora. ab Afflict. decis. 124. Ecce num. 3. & decis. 366. In pleonum. 15. & Cassad. decis. 3. de dilat. Conf. runt, quæ ab Aret. adnotantur in l. si mihi & tibi. §. si quis seruos, in fin. ff. de leg. 1. atque à Felin. in c. quo ad consultationem, de re iudi. Cæterùm * si citatio absque termini præfixione fieret, vtrũ ne valeat, dissidium est inter Doctores, tamen crebriore calculo confirmatur, eam validam efficacemq; esse, taciteq; intelligitur, vt congruo tempore citatus comparere teneatur, ita Fel. in c. consuluit de off. deleg. Alex. in l. liber homo. §. 1. de ff. verb. oblig. & Boer. decis. 235. b 10 Com. opi.

Quòd in.) In beneficialibus * summariisque causis peremptorij solennitas non requiritur Clem. sæpè, vbi Ioan. Andr. in ver. Peremptoriæ de verb. sign. & Abb. in ca. cum olim, de test. In Romana autem * curia peremptorium in citationibus ex stylo apponi non solet, cuius ratio ex his sumi potest quæ à Rota traduntur decis. 245. licet Inno. atque Fel. in c. consuluit, col. 3. de off. deleg. Quia * post litẽ contestatã omnes termini sunt peremptorij, quib. cõuenit Vant. de null. 11 c 12 13 14

15 null.sen.ex def.cit.nu.103.vbi * nu.105.assignat fall.quan
do beneficiarijs in caussis cæteris que summarijs peremp
rium requiratur, videlicet, cùm absens ad totam causs
tatur, quod Alexandri testimonio comprobat Respons
libr.2. Et quia hac de re non nihil infrà dicetur, lib.seq.
2. ideo, quæ hic desunt, ab eo petenda sunt. Nic.Ant.Gra

Cæterùm.) Citatio, * vt quis in iudicio sui pres
d fæiat, regulariter ciuilibus in caussis fieri nequaquam p
16 test, quoniam liberum comparere per se, vel per procur
rem citato esse videtur, ca.quærelam, de procur.l.1. & vi
ff.eo. & not.in ca.1.de iud.in 6. Fallit tamen, nisi reus cla
tumax esset, l consentaneum, vbi Bartol. & alij C.quòmod
& quan.iud.aut per sententiam condemnatus si quis fueri
tunc etenim ipsius pro exequutione realis citatio fieri pos
l.1.cum ibi not.C.qui bon.ced.pos. & Bald.in l.per diuer
q.5.C.mand. Quod tamen rectè intelligendum erit, vt
seruato legis à Diuo Pio. §.in venditione.ff.de re.iud. &
quò ad consultationem, vbi Abb.eo.tit.Fall.etiam, qua
reus fugæ suspectus esset. Alex. & Ias.in l. cui iurisdic
num.19.ff.de iurisd.om.iud. Fel.in ca.1. de iudic. idem
Ias.instit.de actio in prin.colum.2.vbi * latè congerit, qu
requirantur; vt debitor suspectus capi, carceribusque tra
17 possit, quæ quidē * realis citatio nullo pacto fieri potest
18 si iudicis præcedente mandato l.neminem, ibique scrip.C
exhib.reis. Bald.in l.si quando, quæstio.12.C.de test. qua
re Paris. videas cons.120.num.1.lib.4. Maria.Soc.tract.
citat.arc.20.num.25. vbi regulam ponit, quā dein quat
ampliat modis, & septem limitat. & Afflict. in const.reg
Neap.Edictum.num.14. & 50. Nicol.Anton.Granatus.

De exequutione citationis ad partes decreta, etiam per edictum publicum relatione exequutoris, & vbi nulliter sit exequuta, quibus sanetur casibus.

CAP.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 Citationis per edictum exequutio qualiter faciẽda sit, & nu 4.
2 Citatio prima, non est procuratori intimanda, nisi in subsidium, & vide num. 10.
3 Citationis copia danda est, si petatur.
4 Citatio vbi publicetur, si tutus non pateat accessus, & num. 12.
5 Citatio per edictum in locis solitis affigenda est, & per aliquas horas etiam dimittenda.
6 Citatio tempore feriato fieri potest, sed vide numero 13,
7 Citatio extra curiam quemcunque in partibus exequi potest, immò per ipsum principalem.
8 Citatio per peram exequuta, si ad partis notitiam peruenerit, valet.
9 Citationis relatio quid continere debeat, & numero 14.
10 Procuratori citatio fieri potest.
11 Locus vicinus quando dicatur.
12 Vniuersitas quomodo citetur, & quid si ciues portam clauserint, ne citentur.

DEcreta iam citatione, & per actuarium expedita ac relaxata ad partes transmitti solet, vbi reus citandus degit, & si ad eum tutus pateat accessus in exequutione, * citationis eadem forma seruari solet, quam suprà in intimatione appellationis docuimus traditam in Clem. caussam de electio. Cassa. decis. 1. de appel. num. 4. nempe contra personam principalis

cipalis si reperiatur. Quando autē dicatur posse reperiri, docent Butr. in c. causam de dolo & cō tu. Bart. l. 3. §. prætor. ff. de damn. infec. aliàs in l cis, de quibus in d. Clem. causam & solitis etiam in serie & forma citationis describi tempore quo populi multitudo conuenit. Cassa. decis. de appellat. num. 3. a Imm. ò extra formam dict Clem. valebit similis exequutio citationis fact in cathedrali diœcesis, vel collegiatā loci & lo co beneficij, licèt aliàs non constet de diligen tia reperiendi personam, dummodo pars, ad cu ius instantiam exequuta esset, iuret non potuis se personam principalis, vel procuratoris appre hendere, stabitur in hoc suo iuramento, pro ve liditate exequutionis ipsius citationis Aegi clu. 319. inexeq. de iud.

b Admonemur * tamen, primam hanc citati nemnon esse procuratori, nisi in subsidium, ut rimandam, quia si non comparuerit, non pote mus contra principalem, ob solius procurator contumaciam, ad ea, quæ sunt magni & plen præiudicij, vtpote ad diffinitiuam, sed ad mis sionē tantùm ex primo decretò, & aliàs per vi punitiuam procedere Bartol. in l. quamuis, ff. de dam. infec. Butr. d. c. causam.

c Amplius * danda est citato copia citationis si illam petat, aliàs non arctat eum ad compare dū veluti de copia appellationis suprà diximus & in vim similis exequutæ citationis nulliter procederetur Specul. in tit. de citatio. §. iam de citatio. versi. hoc autem facto tex. in d. clem. cau sam de electio. in fin.

Quòd * si ad citandum tutus non pateat ac cessus, vel aliàs caueat, ne citari possit, aliam ha bemus

bemus in subsidium exequutionis formulam, quam ex gratia in exequutionem literarum apostolica autoritate decretarum Bonif. 8. in extrauag. vnica. rem non nouam. de dolo. & contu. & quam ad istos casus coarctauit Cle. 5. in Clem. 1. de iudic. Qua exequutionis formula citationes huiusmodi in audiētia contradictarum, vel in palatio apostolico publicè legi curamus, & exinde valuis basilicæ diui Petri in vrbe, vel alterius maioris ecclesiæ, vbi contingeret Romana curia pro tempore residere, qua summi illi Pont. voluere sic citatos ita ad comparendum arctare, ac si personaliter apprehensi fuissent in dicta extrauag. vnica de dolo & contuma. & Clem. 1. de iud. exemplo eorum, quę in albo edicebant Prætores, toto tit. de albo scri. idq; ex violenta quadam præsumptione, quæ oritur ob hominum frequentiam, qui quotidie in præscriptis locis versantur, vt citationes si exequutæ præsumantur, in citandorū notitiam verisimiliter transiuisse, Bonif. d. extraua. vnica de dolo & cōtu. §. 1. vers. ius enim. More tamen introductum est, vt vltra publicationem seu exequutionem, in præscriptis duobus locis Romanæ Curię, amplius in alijs duobus locis prouinciæ seu vicinæ citationes exequantur. Roma. consil. 233. idque vt magis in notitiam citandorum transire possint, ac etiam, quod iure cautum sit leges publicatas in loco, vbi sunt editæ, non arctare absentes, nisi in eorum quoque prouincijs publicentur, 18. distinct. decernimus gloss. dict. extrauag. vnica in verbo personaliter ibi. Item leges de dolo & contu. soletque hæc forma in ipso citationis instrumento per auditorē præscribi,

cui

cui consuevit is, qui decretum obtinet ad hunc
effectum duo loca prouinciæ citandi nominare,
d & de vicinioribus, Cassa. decisi. 6. de dolo, &
contu. in princ. vbi habes, qualiter hæc vicinitas
consideretur, respectu scilitet loci, in quo citan-
dus degit, non autem respectu prouinciæ vel re-
gni. Immò forma citationis tria habet in prouin-
cia loca, & communis vsus de duobus remanet
contentus, quia Ro. Cu. inseruit pro tertio. Rot.
de commissio. & citatio. si committatur 79. n.
no. Aegid. concluſ. 194. si mãdatur de iud. Quod
tamen intelliges in duobus ex tribus scilicet in
Romana Curia, & totidem in partibus, & sic in
quatuor locis, nec alias satis esset quòd in ma-
Romanæ Curiæ, & in alio prouinciæ. Cassa. dec.
1. de dolo & contu. adeò quod si procederetur
contra contumacẽ, in vim similis citationis ema-
quutæ in altero locorum vtriusque loci, vel s
duobus locis prouinciæ tantùm, non etiam Ro-
manæ Cur. processus pro nullo haberetur, Cas-
sa. d. deci. 1. in fin, à quarum vltima exequutione
tantùm initium habebit terminus ad compa-
dum citationi adiectus, ab eius die computab
tur, ad effectum vt cõtra sic citatum validè pro-
cedi possit. Cassa. d. deci. 1. de dolo, & cont. nu.

§ Sed* & satis non erit, vt exequutor similis
tationis eam in debitis locis legerit, & publi
uerit, nisi insuper eam quoque in valuis eorun
dem locorum adfixerit, & adfixam per aliq
horas dimiserit, nec sufficeret adfixio copiæ, se
originalis, cui pars credere tenetur, non autem
copię. text. in d. clem. vnica de iudic. Rota de
latio. si committatur 223. in not. Cassa. decis.
de dolo, & contu. vbi etiam disputat. An sine
ficia

ctione sufficiat adfixio, idem Cassa. decis. 1. de appel. nu. 2. Roma. d. con. 233. e & similis exequu e
tio debet esse publica, videlicet tempore, quo in ecclesijs conuenit, & extat populi multitudo. Cas. d. dec. 1. de appel. not. in Cle. caussâ. de elec. adstipulatur verbum publicare, publicum enim non est, nisi sit populicum. f Generaliter* autem f
omnis citatio quocunque tempore etiam feriarum generalium, vel alias die feriato, etiam in 6
honorem dei exequi poterit in curia, vel extra in prouincijs. Cassa. decis. 5. de dolo, & contu. & licet his temporibus contradictarum audientia in qua tanquam in albo prætoris hæ citationes, vt suprà diximus, publicari solent, quiescat. non tamen cogitur litigator expectare tempora fori, & audientiæ in alijs, solentque nihilominus cursores hoc tempore similes citationes tempore, quo versamur in foro decretas in acie campi floræ, & valuis Cancellariæ apostolicæ loco audientiæ contradictarum facere, & ex diuerso citationes tempore feriarum decretas, ad libitum litigatorum differuntur, ac aduenient tempore negotij & fori in audientia contradictarũ publicantur, prout is, qui pro exequutione & publicatione instant, mauult tempore decreti non aliàs inspecto, quia ex antiqua obseruatione Curiæ vnus locus succedit pro alio. Cassad. decis. 5. de dolo & contum. vsq; in fin.

Hæc* amplius & per quemcunque in parti- 7
bus poterunt in citationes extra curiam simplices, vel per edictum exequi, nec aliàs opus est personam exequutoris qualificatam esse, vel alias de comprehensis in citationis instrumento. Imò & per ipsum principalem, dum tamen de

exequutione huiusmodi aliàs legitimè consta-
re possit, tametsi videatur extra formam & per-
sonas mandati contra l. diligenter. ff. mandati c.
§ cum dilecta de rescrip. Idque* ea profectò ra-
tione, quòd pro sufficienti exequutione citatio-
nis, qualisqualis exequutio, si tamen eius certa
notitia superueniat ad sanandam præcedentem
exequutionem nulliter factam satis super erit
ad citatum textu. in dict. clement. causam in fin.
de electio. Roman. consilio 360. & alio. 410. Ro-
ta de procur. si de mandato 271. in nota. & vbi au-
ctoritas legis deficeret, hoc idem ex constitutio-
ne Innocent. 8. de facultate auditorum Rotæ de-
fendi poterit, quibus ea bulla indictum est audi-
tores causarum constito eis, quòd citatio per
eos decreta minus legitimè exequuta ad partis
notitiam peruenit, possint ad expeditionem cau-
sarum huiusmodi absque alia commissione pro-
inde ac si citatio legitimè exequutioni manda-
ta foret procedere. Quæ constitutio Innocen-
tij non aliàs generaliter loquitur, sed dum ta-
men ista notitia citatio ante obseruationem ter-
minorum superueniat. Innocent. ibidem, satis-
que erit, vt hæc notitia quoquomodo probetur,
dum modò plena, & certa, Staphil. dd. cart. 15.
à tergo, & inter alia solet quoque satis probari
per comparitionem sic citati, vel procuratoris
sui post diem similis citationis constituti eo e-
nim ipso præsumemus eum sciuisse se citatum,
& citationis notitiã habuisse indubitatam. Ro-
ta de procurat. si de mandato 271. in nota. Aegi.
de præsumpt. qui per le 364. Quæ tamen tu intel
liges, vbi à principio qualisqualis præcessisset
exequutio, secus vbi omissa esset in totũ, Clem.
pastora-

pastoralis versic. cæterùm de re iud. vbi Card. 4. notab. Staphil. car. 145. a tergo.

g Cæterùm * quisquis fuerit citationis exequutor, non aliàs officio, & relationi suis faceret satis, si simpliciter suo instrumento referat citationem fuisse exequutam, pro vt in literis citatorijs, cum multiplex exequutionis forma seu modus tradi soleat, quia nisi exequutor exprimat quem fuerit sequutus modum, in certa & obscura remanet relatio sua Aegid. concl. 200. si commissarius de re iudi. g

ANNOTATIONES.

Immo.) *Vide superioris libri caput sextum, quæq; ibi adieci sub lit. B. & F.* a

Admonemur.) *Iaſ. verò in l. eum qui, numero 1. C. de procur. communem opinionem esse, ait, quòd * prima citatio à procuratore incipere potest, & si hæc comm. nonnullas admittat limit. vt ibi. Qui de re vide etiam Mil. in verbo citatio, versic. 1. & Rotam decis. 395. Fuit dubitatum, in no. vbi procuratorem, quamuis generalem à principio causse conueniri posse concluditur. Verùm si petierit, dominum se consulturum, dilatio ei nequaquam deneganda erit. Bart. autem in l. quamuis. col. vlt. de dan. inf. cui Dec. consentit, consi. 460. col. vlt. voluit quòd in his tantùm, quæ leuis sunt præiudicij procurator in principio citari queat, Sed à communi vtique opinione recidendum est minimè, cautius tamen esset, & ita consulerẽ, si dominus ã principio citetur, præsertim arduis in caussis, satis quidem communis opinio arctaretur, si Bartholo hæreamus, & si Iaſ. etiam citato loco sic commu. hanc temperet. Nicolaus Antonius Grauatius.* b Com. opi. 10

Amplius.) *Huc pertinent, quæ superiore libro auctor dixit, & nos quoque annotauimus sub litera F. c. 6. eò igitur recurras, ne eadem repetamus.* c

Et de vicinioribus.) *Locus * vicinus quando dicatur,* p

11 tur, Doct. docent in Clemen. 1. de iudica. Aegid. decis. 188. n
citatus, & Rota decis. 522. Nota quod si committatur, in a
tiq. & 79. si committatur. Inno.

e Et similis.) Hinc egregiè dixit Bald. loquens de cit
12 tione pro edictum vniuersitati hominum facienda, in l. en
co. 3. C. de exe. rei iud. quòd. * ea per edictum citari debet i
loco affixum, vbi populus congregari consueuit, & si ciui
tis portas ciues obseruauerint, ne ingredi nuncius valeat,
tunc in aliqua porta edictum affigere sat erit Ibique etiam
quòd si tutus accessus non fuerit, sufficiet in loco conuicino
edictum figere. Qua de re legas quoque Luc. Pen. in l. pro
uincialium, C. de erog. milit. annonæ. lib. 12. Nic. Ant. Gra.

f Generaliter.) Citationem * die feriata etiam in ho
13 norem Dei exequutam efficaciam habere, Bart. prodidit, si
tamen illa à Principe emanauerit) in l. ex quacunque, qui
vltim. ff. si quis in ius voc. non ier. Vnde non immeritò si in
principis curia exequutioni mandatur, & huic opinioni La
fran. se subscribit in cap. quoniam contra, in ver. Citat. in fi
de probat. & si aliaratione moueatur Rota decis. hic per
auctorem allegat. Cæterùm de iure citationem die feriata
Com. opi. in honorem Dei exequutam non valere, est communis con
clusio, vt in d. l. ex quacunq; scrib. autumant, & notat Abb.
in ca. conquestus, de fer. Doct. in l. 1. §. nunciatio. ff. de nu
oper. nunc. & in l. fin. C. de fer. & de communi etiam opi
nione Lanfran. præcitato loco testatur, versi. tandem quæ
tur. Ltcet Ioan. And. in d. cap. conquestus, dixerit vsurpa
ptum esse, citationem die feriata exequutam valere, dum
modo die iuridica nuncio fuerit commissa. Quod & concinit
Bald. qui de consuetudine quoque testatur in praxi in titul.
de citat quæstio 7. Quæ quidem consuetudo viget in Roma
Curi. veluti Auctor hic, & Vant. quoque de null. sentent.
quibus mod. sentent. null. numer. 119. asserunt, & Guido Pa
decis. 225. An exequutio. Verùm si quæstionem hanc
pingui Minerua legere velis, quia non pauci contra commu
nem

nem sententiam inficias iere, videbis Tiraquell. de vtroque retractat. §. tricesimo sexto, ad finem tit. num. 79. cum seq. ille enim more suo, (fuit procul dubio omnimodo vir lectionis, diligentissimæque obseruationis) egregiè ac copiosè rem explicat. Quam quidem com. opin. temperabis, vt modò de principe diximus, nec non quoties citatio fieret pro caussa, quæ die feriata tractari potest, & quæ sint eæ caussæ, videbis in l. 2. & 3. ff. de fer. notant Doct. in d. l. ex quacunque. Nico. Anto. Grauatius.

Cæterùm.) Huc quoque vergunt, quæ ab Alexand. scribuntur consi. 2. libr. 3. & in l. 4. §. Prætor. ff. de dan. inf. & iterum consi. 201. libro 2. & consil. 137. eod. lib. & ã Mari. Socin. in tractat. de citat. art. 13. numero 4. Et hoc, quod Vestr. ait, in relatione citationis per edictum locum habet, secus vero in aliarum citationum relationibus, vt per Abb consil. 28. lib. 1. & Dec. consi. 538. viso puncto. numero. 7. Nicol. Anto. Graua. g

De dolo, & contumacia.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1. Citatio per edictum non circumducitur, actore neque reo die indicta non comparentibus, quò ad futuros actus, sed tantùm quo ad illum, qui indictam habuit diem.
2. Actore non comparente, quomodo contra eum procedatur, & nu. 16.
3. Contumax ad nouam citationem non admittitur, nisi caueat de comparendo in termino.
4. Reo non comparente quid agendum sit, quomodoq; in eum procedendum.
5. Citationis exequutæ relatio prius facienda est,

quàm iudex in contumacē procedat. fallit tamē

6 Citatio si verbo tantùm producatur, multipl
potest esse eius vtilitas.

7 Conclusio operatur, vt vlteriori probationi re
nunciatum esse videatur. fall tamen, vt num. 2

8 Citatio contra putantes interesse non arctat ad
comparendum, nisi quatenus citatus velit.

9 Contumax comparens admittitur ad causs
in statu, quo ea reperitur.

10 Paupertas quando excuset, & quando non.

11 Restitutio in integrū intra quadriennīū petēda

12 Beneficiario mortuo, quomodo in lite procedē
dum.

13 Reo mortuo pendente iudicio, quomodo in cau
procedendum erit.

14 Citatio neutro comparente circumducitur. fal
tamen.

15 Citatio generalis ad totam caussam fieri potes
limitatur tamen.

16 Contumax non auditur, nisi refectis expens
& aliàs, vt nu. 20.

17 Contumax vt quis dicatur, necesse est ipsius con
tumaciam accusare.

18 Contumax quo casu non punitur.

19 Sententiæ formula & petitionis, absolutionis i
instantia iudicij.

21 Appellari an possit à condemnatione expensarū
ob contumaciam.

22 Expensæ contumaciales præstātur, etiam si con
tumax iustam litigandi caussam habuerit, &
quæ expensæ veniant.

23 Ci-

23 Citatio vt valeat, quæ consideranda sint.

24 Citationis exequutæ relatio die feriata fieri non potest.

26 Probatio nulla maior, quàm per rei euidẽtiam.

27 Paupertas à contumacia excusationem præstat multis & alijs in casibus.

28 Iudex pauperi testes producere non valenti, subuenire debet.

29 Pauper quis dicatur, arbitrio iudicis committitur.

31 Pauperum caussæ gratis audiri debent.

32 Pauperi prouidendum est à iudice de aduocato, aliàs mortaliter peccat.

Aduocatus gratis pauperi patrocinari debet, aliàs peccat. ibidem.

33 Pauperi appellanti gratis danda est actorum copia.

34 Restitutio in integrum infra quadriennium petì debet, & quando istud quadriennium currere incipiat.

35 Tempus quadriennij ad petendam restitutionem in integrum non currit, donec prælatus viuit, qui rem Ecclesiæ malè alienauit.

36 Læsio enormis & enormissima quæ dicatur.

37 Mandatum procuratorio in beneficialibus expirat per mortẽ mandantis, etiam re non integra.

38 Iudicium contra mortuum, etiam si per viuentẽ defendatur, est nullum. fall. tamen. vt num. 41.

39 Mandatum morte mãdantis an & quando expiret?

40 Res integra quomodo intelligatur

41 *Iudicium mortuo principali valet cum procuratore, si is tamen dominus litis effectus fuerit.*

1 CItatione * in partibus legitimè intimata, & exequuta, aliquando euenit, vt neutra partium compareat die indicta, nec aliàs hoc casu, *prout iuris esset*, circumducenstur citationis edictum, neque mutuæ contumaciæ fieret compensatio, iuxta l. si ambo ff. de compen. Sed si post eam diem altera partium comparuerit, poterit nihilominus contra aliam non comparentem, etiam sine alia citatione, prout suprà docuimus procedere, idque ratione, quòd similes citationes Rom. Cu. vt aliàs diximus, non consueuerint fieri ad certum actum tantùm. quo casu procederet text. in d. l. si ambo, sed sunt potius generales ad singulos actus & tam causam. 2 a Quamobrem licet per non comparitionem vtriusq; effectum circunductionis admittamus, operaretur tantum respectu illius b primi actus, qui diem habet indictam, & quo ad reliquos actus citatio ex sua generalitate remanebit adeò efficax, vt quandocunque actor, vel reus comparuerit, poterit contra non comparentem, tanquam contra contumacem, vsq; ad definitiuam inclusiuè procedere. Roma. consil. 70. arctat enim ad duo similis citatio. b Primùm est ad camparendum simpliciter: alterum, ad comparendum certa die: cap. cum dilecti. §. sed contra. ver. præterea cum mãdatur de dolo & cont. Quòd si neutra pars die indicta compareat, circunducitur edictũ quò ad comparitionẽ certa die, & remanebit alia dies citationis, quò ad simplicẽ cõparitionẽ, ad tex. cum no. in c. consuluit de off. dele. in qua si quis litigatorũ fuerit contumax,

max, poterit contra eum, tanquam cõtumacem procedi, nisi iudex vellet de benignitate eum, vel expectare, vel de nouo citare d. ca. consuluit cum nota. Rota de rescript. licet impetrans 345. in no.

c Quod * si reus compareat, non etiam actor. Siquidem si ante reproductã citationis exequutionem, formulam procedendi pro reo, vbi citatio non actorimet, neque certo, sed asserto duntaxat eius procuratori decreta fuisset, satis suprà, titulo secundo docuimus, modò docenda esset formula processus pro eodem reo, vbi citatio actorimet, vel legitimo eius procuratori fuisset decreta, abstineretque à reproductione & processu, quo casu consueuit Palatium, & si sibi de citationis exequutione non constet, propter præsumptionem, quæ oritur ex comparitione rei, credere assertioni ipsius rei, de exequuta citatione, medio tamen iureiurando, & cum simili iuramento admittere reum comparentem ad prosequutionem causæ contra actorem, ac etiã vbi actor, nullo dimisso procuratore acceptante à Romana curia recessisset, reo sic admisso, processum per audientiam contradictarum tanquã contra contumacem concedere. Rota decis. 402. actor præsens de rescri. & de dolo & contum. in no. Et vbi causa sit talis, quæ litis contestationẽ desideret, & reus non aliàs reperiat libellum oblatum, dabitur reo condemnatio expensarum aduersus actorem non comparentem absque alia citatione, ac etiam si voluerit absolutoriam ab instantia iudicij, sed d noua erit opus ad hoc actoris citatione, iuxta not. per Inn. in ca. consuluit de off. dele. at si reus libellum reperiat oblatum

c 2

d

tum,& dabitur condemnatio expensarum vel
prà absque alia citatione,non etiam absolutoria
ab imperitis,nisi actore rursus ad hoc citato.Is
no.d.c.consuluit.Rota decis.penu.in anti.Qui
si causa talis sit, quæ litis contestationem re
desideret,vtpote beneficialis, vel aliàs spiritu
lis,& dabitur reo sic citato, vel appellato in te
minis,Clem.causam.de electio.contra actorem
vel appellantem in terminis dictæ Cle.non com
parentes,absolutoria ab impetitione eiusdem a
ctoris,si modò reus, vel citationem reproducti
reperiat,vel ipse de eius exequutione aliàs legi
timè doceat, & similiter appellatus, vel instru
mentum appellationis eiusdem,vel producti
reperiat, vel ipse producat, sin autem reus non
aliàs reperiat citationem ac eius exequutionem
reproductam, & velit admitti ad prosequutio
nem causæ medio iuramẽto suo,vt suprà admi
teretur, sed cum temperamento, si modò reus
per aliquod temporis spacium, post decretam
citationem compareret, vel procuratorium mi
teret, ita vt infra illud verisimiliter citatio ex
qui potuisset, aliàs expectari solet reus per ali
quod tempus arbitrio auditoris. Si verò reus
nollet iurare, non aliàs daretur sibi absolutoria
ab impetitione actoris, sed ab instantia iudicij
cum temperamento tamen, de quo supra, Rota
d.decis. 402. vsque in finem, si actor præsens ci
e dolo & contum.in no. e Admoneo tamen quòd
in casibus,quibus reo condemnatio expensarum
tantum dabitur, poterit etiam obtinere decre
I tum,quòd * actor ad nouam citationem non ad
mittatur, nisi idoneè caueat de comparendo in
termino,ad tex.cũ materia in cap. actor de dolo
& con.

& contu. in 6. Comparitionem autem intelligas indefinitè, prout indefinitè prolata est, in ca. actor, videlicet cum perseuerantia vsque ad finẽ litis, gl. ibidem verbo sufficienter, auth. generaliter. C. de epi. & cle. Cautionem denique intelliges idoneam, videlicet datis pignoribus, vel fideiussoribus. l. si mandato. §. fi. ff. mand. nisi talis esset actor, qui similis cautionis facultatem non haberet, tunc enim iuratoriã dabit. c. per vestras, de do. post diuor. resti. d. auth. generaliter. C. de epis. & cle. not. per gl. verbo generaliter. Inno. & alij in d. c. actor de do. & cont.

Quòd * si actor compareat, reus verò non, & 4
tunc quia similes citationes Romanæ Curiæ, vt suprà diximus, si de beneficio ex dispositione iuris & natura causæ, & quauis alia re agatur, ex præscripta obseruatione curiæ habent in ventre peremptorium, absque alia eius expressione. Rota deci. 245. de sent. & re iud. licet in causis in no. poterit contra illum vsque ad sententiam inclusiuè per audientiam contradictarum procedere. Rota d. decis. 245. de cita. & de cita. nota quòd aliquis absens 638. in ant. Aegi. de iud. fuit citatus conclu. 310. Amplius poterit nedum ad sententiam, sed etiam ad exequutionem, contra similem contumacem procedi, etiamsi alia opus esset commissione dependenti, tam in causa principali, quàm in articulo exequutiuo. Quæ minus esset alia, quàm per similem audientiam contumaci intimandam, Rota decis. 115. in vim commissionis de rescript. seu commissio, in not. Immo citationes, quæ solent per similem audientiam fieri, sunt magis vrbanæ, quàm necessariæ, Rota d. decis. 345. quare si aliqui per audientiam omit-

omitterentur termini, non vitiaretur processus
Aeg.d.conclu.310.

f *f* Admonemur * tamen, quòd non poterit iu-
5 dex contra reum sic citatum, tanquam con-
contumacem, per similem audientiã procede-
nisi de exequutione citationis fuerit sibi prius
cta relatio, & si post aliquem actum fieret, no
tamen conualesceret actus, sic nulliter gestus
Bar.l.hoc autem. §.1.ff. ex qui.cau.in poss. ea.
l.multum.ff.de cond.& demonst. Inno.in c.cùm
contingat de offic.de leg. Bal.in l.consentaneum
col.fin.in fin.C. quomodo & quando iudex, qua
tamen perpetua non sunt. Finge quod si expecta-
retur relatio, mora periculi esset. Rursus quod
iudex ex aliqua præsumptione credidisset partẽ
citatam, licet adhuc de relatione nuncij sibi non
liqueret, tunc enim, si iudex ante relationem a
aliquos actus procederet, conualescerent omn
nò per relationem ex post facto superuenient
Bald.in l.falsus, C.de furtis, ideò inoleuit prax
in palatio, vt pro ista credulitate iudicis, satis fi
allegare citationem exequutam, quam allegati
onem practici vocant productionem verbo fa
ctam, ea enim solent cauti procuratores vti etiã
vbi citationem iam exequutam haberent in ma
nibus, idque sub spe futuræ comparitionis cita
ti, quæ si contingeret, releuaret actorem à reali
productione eiusdem exequutionis, is enim, qu
post emanatam citationem comparet, præsum
tur citatus. Aegid. præsumptio. conclu.364.&
contra ipsum, vel eius legitimum procurator
sic comparentem, poterit auditor, ad quem nul
la exequutio citationis, vel eius relatio perue
nisset procedere. Rom. de cita. si aliqua cau. 63

in ant. imò dicit collector, quid ex obseruatione palatij valeret similis processus, etiam si procurator comparens non aliàs speciale, dum tamen aliàs ad subiectam caussam sufficiens haberet mandatum, idque etiam si talis procurator non sponte comparuisset in caussa, sed per actorem repertum in curia, ante reproductam relationē exequutionis contra principalem factæ ad caussam huiusmodi traheretur. Quo casu suadet collector ibi cautius esse, si actor procuratorem sic repertum & citatum compelli procuret iureiurando respondere, si sciat, vel credat, citationem contra principalem suum fuisse in partibus exequutam, ex hac * practica producendi verbo tan 6
tùm citationem multiplex potest esse producentis vtilitas: Prima, quòd plerunque citationes in partibus non sat legitimè exequuntur, nonnunquam defectus est in relatione exequutoris, quo casu, si realiter ante rei comparitionem reproducerētur, posset reus, vel eius procurator, ad caussam missus, antequam compareret, & mandatum daret, rescire defectum relationis, vel exequutionis, & proinde à comparitione abstinere. Quòd si verbo tātùm reproducatur, habet actor intentum facultatis producendi contra reum, tanquam contumacem, nempe processum per audientiam contradictarum, absque realis citationis reproductione, saltem vsque ad conclusionem in caussa, & ita reus magis vrgetur ad comparendum. Dixi g autem vsque ad conclusionem g
in caussa, * quia per eam vlteriori probationi re- 7
nunciamus ad ca. cùm dilectus, de fide instr. ca. 2. de resti. in integ. lib. 6. clem. sæpè de re iudi. quāobrem si citatio realiter reproducenda sit, & per

testes

testes relatio exequutoris recognoscenda, veluti species probationis non esset vlterius differenda, nisi fortè diceremus, quòd ista verbalis reproductio, facta in termino faceret realem terminum subsequutam retro trahi, ita, vt fingeretur facta in termino, ad nota. per Bald. in cap. 1. in princ. extra de fide instrum. per Felin. in cap. licet causam, col. 13. in prin. extra de probatio. Altera vtilitas est, quæ ex verbali hac productione resultat, & certior, quòd si reus ante realem reproductionem compareat per se, vel procuratorem legitimum, propter præsumptionem exequutę citationis, quæ vt suprà diximus, ex comparitione oritur, releuaretur actor à reali hac citationis & exequutionis productione. Rota decis. prædict. 637. in anti. & consequenter ab impensa registri, quæ in registratura similis reproductionis tenoris quę dictæque citationis, & eius exequutionis, necnon examinis testium super recognitione aliàs fieret, quæ esset ad minus duorum aureorum.

h Addo, quòd minus poterit actor contra reu sic citatum, & non comparentem, tanquam contra contumacem per audientiam contradictarum procedere, vbi citatus esset vigore clausulæ, omnesque alios suæ interesse putantes, vel si nominatus esset in citatione, non tamen simpliciter, sed cum conditione, quatenus prætenderet interesse, idque ea ratione, quòd * similis citatio non arctet ad comparendum, nisi quatenus citatus velit ad causam venire, est enim monitoria potius hæc citatio, quam arctatoria ad not. per Inno. & Host. in ca. dilecti, de exceptio. Quod si cõtra eum procederetur, processus esset nullus,

nullus, tanquam fundatus in contumacia, quæ non erat, c. sanctæ Mariæ de constit. ca. inter quatuor de maio. & obed. ca. 1. & ca. quoniam ergo, vt lite non contesta. Fateor tamen, quod sibi præiudicaret sententia pro actore, contra alios non comparentes, data ad effectum, vt volens postea agere, impediatur, idque quod sciuerit & passus fuerit eius causam agi, nec personaliter citatus posset prætendere ignorantiam processus, argu. dict. cap. quamuis, & ca. suborta de re iudi. & l. sæpe, ff. eo. titu, non tamen ad effectum, vt si possessor esset, impediatur retinere rem, vel beneficium, de quibus ageretur. Nunquam enim similis sententia, tametsi apta impedire, vt sic citatus non agat, satis erit ad impediendam retentionem, sed ad hoc, vt similis sententia contra sic citatum exequi possit, non esset sic generalis & incerta, contra omnes interesse putantes ferenda sententia, instit. de actio. §. curare, l. prima de senten. quæ sine certa quanti. per totum. Quæ omnia procedunt, vbi quis non esset in citatione nominatus, sed vigore præscriptæ clausulæ generalis citatus esset per exequutionem in specie quæ exequutio in Ro. Cu. de æquitate toleratur, secus autem, vbi fuisset in citatione à iudice nominatus, Rot. de cita. & dilat. si impetretur 419. quam pro prædictis omnibus omninò videbis, vbi etiam collector suadet pro consilio actori, qui contra sic citatum processisset, vt obtineat commissionem reualidatoriam processus, & refert collector fuisse in suo casu concessam, licet vt ipse credit minus iustè.

Verùm * si reus cœpto iam processu, per actorẽ superueniat, videamus qualiter audiendus sit 9

in qua-

in quauis parte iudicij,& admitti ſolet ad cau-
ſam in ſtatu,in quo reperit eam,nec alias præ-
dens eius contumacia mulctari ſolet, niſi quòd
actus facti tenent, in eius præiudicium poſtq
ſciuit cauſam ſuam tractari, nec poteſt præte
dere ignorantiam,argum.d.c.quamuis,&c.ſu
orta de re iud.& l.ſæpè,ff. eo. tit. Præiudicium
autem poteſt eſſe multiplex. Finge, quòd actor
in teſtium examine properaſſet abſque interro-
gatorijs rei,præiudicarent enim,ac ſi cum eis ex
aminati eſſent, ſuccurreretur tamen in hoc reo,
ſi vellet teſtes expẽſis ſuis ſuper interrogatorijs
repeti.Rurſus finge, quòd poſt terminum ad ar-
ticulandum ritè& rectè ſeruatum ſuperueniret,
non poterit amplius dare obiectus, Rota dec.
10.num.6. in vltimis in fin. Idem ſi poſt dilatio-
nes datas ſiue terminos, vt aiunt ſeruatos, qui
non concederetur de nouo,neque vlterius expe-
ctabitur, niſi inquantum videbitur auditori. I
dem quoque ſi poſt vnam, vel plures ſententias
latas compareat,quia connumerabuntur ad con
ſtitutionem trium & rei iudicatæ, idem dea
ſi poſt latam ſententiam,lapſaque tempora ad
appellandum, quia præiudicabit ſibi lapſus tem
poris,& amplius non appellabit, prout inferius
dicemus. Quod ſi ſuperueniat reus contuma
poſt primam ſententiam, infra tempus tamen
ad appellandum audiri ſolet ſimpliciter appe-
lans, abſque vlla expenſarum refectione, pro
mulcta ſuæ contumaciæ fuerit perſonaliter, a
liáſve in exequutione citationis apprehenſus, ſ
verò poſt tempora ad appellãdum ſuperueniat,
& tunc aut reus in axequutione citationis perſo
naliter fuit apprehenſus, & non alias via ordi-
naria

naria appellationis audiretur, sed extraordinaria restitutionis refectis, dum tamen expensis, in quibus actorem fatigauit, argum. tex. in cap. exceptionem de exceptio. nec aliàs cogeretur hoc casu dimittere possessionem, & iudicato aliter parere, quasi causa non fuerit, parte absente, plenè discussa, cuius merita partium assertione pãduntur, l. fin. C. si per vim, vel alio me. Aut non fuit reus contumax in exequutione citationis personaliter apprehensus, & tunc non erit necessaria via restitutionis extraordinaria. Sed poterit reus simpliciter à die notitiæ appellationem emittere, & signatura dabit commissionem simplicis appellationis causſæ à die habitæ notitiæ, cum clausula tamen, prout de iure, Rota de appell. cum iura. 303. in not. Si verò reus contumax superueniat post duas vel tres conformes, per audientiam, latas, tunc propter nimiam contumaciam partis non daretur restitutio, nisi cum clausula, Parito iudicato, ad tex. in l. fulcinius, §. fin. ibi propter nimiam coutumaciam, ff. ex quibus cau. in poss. eatur. Quæ clausula importat dimissionem possessionis, restitutionem fructuum perceptorum, & expensarum litis solutionem, mitigaretur tamen iste rigor, vbi reus contumax allegaret paupertatem, ob quam signatura daret sibi commissionem restitutionis dilata, seu reseruata in fine litis fructuum & expensarum solutione, sub hac formula rescripti. Placet D. N. Papæ dimissa possessione constito, de oratoris paupertate; Paupertas enim, & si à restitutione fructuum & expensarum solutione excuset, nó tamen à dimissione possessionis, quam post reus, quantumcunq; pauper, facilè dimittere, ad text.

in cap. olim de resti. spolia. quæ procedunt etiã, vbi aduersus tres conformes restitutio petere-tur. Cassa. decis. 10. de rescrip. qui etiam strictius loquitur, vbi scilicet latæ essent, non per audientiam, sed in contradictorio iudicio, in qua restitutionis specie mos Signaturæ fuit, si caussa beneficialis sit, restitutionem gratiosè concedere, quòd si prophana, causam restitutionis dũtaxat iudicibus committere, prout de iure, Staph. de lit. gra. & iust. car. 163.

k k Generaliter * autem volentibus via restitutionis audiri, præfinitum est à lege tempus quadriennij, ad tex. in l. fin. C. de resti. in integr. ibi etiam si esset ecclesia, ad cap. 1. eod. titul. in c. 2. computabitur à die vltimæ sententiæ. Rot. de rest. integ latis tribus 165. in no. quòd si post quadriennium contumax veniat, etiamsi ecclesia esset, non admitteretur, nisi iusta subesset caussa, ex qua condemnatus veniret de iure etiam post quadriennium audiendus, vtpote ratione legitimi impedimenti, ad text. in dict. cap. 1. de restitu. in integ. in vi. cum no. quo casu opus esset, impetrantem in commissione de lapsu quadriennij mentionem facere. & pro obtinenda restitutione, vel eius commissione, iuxta naturam caussæ narrare, quòd iusta subesset caussa, & signatura super omnibus rescriberet, prout de iure, vt suprà docuimus.

l l Cæterùm mortuo reo, in quacunque parte iudicij, si caussa beneficialis sit, solet palatium actori concedere processum per audientiam contradictarum, contra interesse putantes, ad effectum non solum adiudicationis beneficij, vel ad relaxationem fructuum fortè sequestratorum

Rot.

Rota de reſcrip. in cauſſa beneficiali 144. in not. verùm etiam ad effectum abſolutoriæ, quæ poteſt eſſe vtilis ad multos effectus, Caſſa. deci. 1. de ſenten. & re iud. nec vlterius citandus eſſet procurator defuncti, ſetiam dominus litis effectus, Caſſa. d. deciſ. de appellatio. nu. 3. *m* Secùs * prophana, in qua citandi ſunt hæredes, ſi qui appareant, ſin autem dandus eſſet curator hæreditati iacenti, *n* niſi fortè ſuperſtes eſſet aliquis defuncti procurator, q dominus litis effectus fuiſſet, contra quem poſſet in ſimili cauſſa ad vlteriora procedi, & ſententia contra eum lata hæreditati præiudicaret, prout etiam tenuit Rota meo tempore, & me inſtante, in vna Veneta bonorum inter illuſtrem dominum Comitem Pitiliani clientem meum, & dominos de Allidoſijs ex altera coram. R. P. D. Aquen.

m 13

n

ANNOTATIONES.

Quamobrem.) *Tametſi * citatio, nentro comparente, circumducta ſit, & perinde habeatur, ac ſi nulla interueniſſet, l & poſt edictum. §. 3. ff. de iudic. & capit. 1. de dolo & contum. in 6. poterit nihilominus in hac citatione per edictum ad ſubſequentes actus procedi, cumque illa, quò ad primum annum, tantùm abolita videatur, vt pulchrè Mil in verbo citatio tamen, colum. 4. atque Vant. de null. ſent. ex def. cit. numer. 111 ſcriptum reliquere, & conferunt ad hæc, quæ ab Inno. ſcribuntur in cap conſuluit. de offi. deleg & in c. auditis, de procur. & ab Affl. deciſ 366. num. 4. Nicolaus Anto Grauatius.* a 14

Primum.) *Aduerſus * generaliter ad totam cauſſam citatum, & comparere contemnentem, abſque alia citatione, vſque ad ſententiam procedi poſſe, Doct. autumant: inter quos Spet. de citat. §. viſo. vbi Ioan An. Mil in verbo Cita* b 15

tatus specialiter ad vnum. Abb. in cap. fin. colum. 3. de dilat. Verùm in Rom. Cur. stylus viget, contra talem contumacem decernere processum per Audientiam contradictarum, & ille per edictum, ad omnes citatur actus, Rota decis. 69. Actore. & decis. 220. licet, in no. Felin. in ca. quoniam frequenter, §. porrò numer. 20. vt lite non contest. & Vant. de nullis sent. ex def. cit. num. 110. Intelligas tamen hanc generalem citationem ad totam caussam tunc fieri posse, cùm longius distant, qui citantur, sic Abb. ait in dict. cap. vltim. cui adstipulantur Alexand. in l. qui ante cal. ff. de verborum obligat. & Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, in decima limit. numero 37. ff. de offic. procons. & est communis opinio, Muranta attestante in praxi in 2. part. in verb. Citatio, numero

Com. opi. 118. Quamuis Iaffr. Balb. decis. 42. contrariam opinionem receptiorem esse testatum reliquerit. Veruntamen prior opinio vsu recepta est, cùm in omni actu speciatim citari debet l. de vnoquoque, ff. de re iud. Sed remotis in locis non iniuria, generale edictum fieri admittitur, ne quolibet actu magnis impensis atque laboribus absentem quis citare obstringatur. Quam quidem communem his casibus procedere intelligas, quibus ad sententiam, lite non contestata, peruenire potest, aliter enim. quò ad ipsam sententiam citatio haudquaquam valeret, sic Bald. respondit consi. 4 lib. 5. Itemque intelligas, quando citatus semper contumax fuit, quòd tunc in eum, alia absque citatione, procedi possit. secus verò, si semel comparuisset. Nam sanè hoc casu illum iterum citare oportuerit, Docto. in d. l. qui ante cal. Abb. d. c. vlt. & Vant. memorato loco num. 113. cum sequ. Rursus & intelligas com. opi. quando citatus contumax esset, & sententiam se prolaturum iudex comminatus fuisset, teste Antonio Nicæno in concord. Gloss. cons. 52. in 10. limit. Nic. Ant. Graua.

e 16 Quod si.) Formam * procedendi, contra actorem non comparentem, videbis apud Formularij compilatorem illi variarum commis. pagina 11. colum. 2. nam absoluitur reus, actor-

actorque in expensis condemnatur, & eis nisi prius refectis, audiendus haudquaquam erit, Andr. Isern. in constit. reg. Neap. Sponte volentibus, & habetur cap. 1. de dolo & contum. in 6. & in l. sancimus, C. de iudic. & vtrobique commentatores. Verùm* vt contumax quis dici queat, ipsius 17
contumaciam accusare oportet, aliter enim contumax nequaquam appellari potest, Barto. in l. 2. colum. vltim. ff. si quis in ius voc. non ier. & in l. consentaneum, col. vltim. C. quom. & quan. iudi. & in authen. ei qui in fine, C. de temp. appell. tradunt Bald. Paulusque Castren. in l. properandum, §. & siquidem, C. de iudic. & Mars. in l. de vnoquoque, numero 143. ff. de re iudic. Cæterùm intelligas tunc contumacem puniri, cùm ab eo quid dari fierive petatur. secus* autem quan 18
do citatur, si sua putauerit interesse, quia talis citatio ad comparendum haud astringit. sicque contumax non censendus, vt condemnari possit, veluti Bald. docet cap. 1. colum. 5. ver. & nota. de milite vasall. qui cont. est, cuius assecla est Alexand. in l. testamenta omnia, C. de testam. Nico. Ant. Grauatius.

Sednoua.) Formulam* quando quis ab instantia iu- d
dicij se absolui petit, videas traditam per compilatorem For 19
mularij Aduocatorum, circa prin. c. 36.

Admoneo.) Adde, quòd licet* expensas contumax e
resarcire velit, hucusque tamen audiendus non erit, nisi prius 20
de iudicio sisti cauerit, §. si verò semel, in auth. de exhib. reis & in d. c. 1. de dolo & contum. in 6. Cui quidem contumaci, nisi effectu expensas ad vltimum vsque quadrantem soluerit, audientia denegatur: vt perbellè Bald. scriptum reliquit in cap. conquerente, colum. 1. de rest. spo. cui Ias. consentit alias cumulans authoritates in authen. quia res, C. de sacros. eccles. & in l. sancimus, C. de iudic. ibique in 4. not. regulam tradit, quam deinde duodecim modis ampliat. Cæterùm illud missum non faciam, quod Iason ibi numero 13. accuratè scribit, regulam scilicet esse intelligendam, contumacem, nisi

refectis expensis, non esse audiendum, quando tamen ille eli-
quidæ sunt, & à iudice taxatæ, aliàs verbalis oblatio cum
deiussore sufficeret. Ibique videbis etiam, an interim pe-
niæ depositio pro expensis fieri possit, multaque alia sup-
huiusmodi expensarum materia eleganter disserit. & nu-
21 ro 17. an * ab expensarum condemnatione, ob contumacia
facta, appellari possit? quæ ex industria, ne longior fim, si
lentio inuoluam. satis est locum indicasse. Illud tamen ad-
22 notare precium operæ visum fuit, quod expensæ ob contuma
ciam debitæ, persolui semper debent, etiamsi contumax ia
stam litigandi caussam habuerit, vt Cassad. docet decis. 3. nu
mero 3. de appell. Sed quæ expensæ resarciri debeant, infra
vltimi libri cap. 2. sub lit. N. explicabimus. Nic. Ant. Grau.

f Admonemur.) Iure quidem Vestrij sententia pro-
23 dit. Nam * in omni citatione tria considerantur, ipsius sub-
cet iudicis cõmissio, Citationis executio, ipsiusq; exequutionis
relatio, aliàs citationem viribus carere, prodiderunt Bal. in l.
vlt. in. C. de fer. Feli. in c. gratum, col. 3. de offi. deleg. & in
cap. 1. de iudic. & latius Ias. in §. quadrupli. insti. de actio.

Com.opi. Nec ipsa citatio de iudicis commissione facta præsumitur, vt
communis scribentium extat conclusio per Aret. relata con-
sil. 33. cons. Ittatio. colum. antepen. & Felin. in cap. quoniam
contra in 5. colum. de probat. Quam quidem communem o-
pinionem trifariam amplia, ac similiter limita, veluti per
Ripam in ca. 1. col. 44. de iudic. Quanquam pluribus in locis
vsu receptum est, (quando tamen publici nuncij sunt) vt de
citatione eis credita fides adhibeatur, licet commissio aliun-
ex actis non appareat, veluti Docto. allegatis in locis a nu.
& Corn. consil. 95. libr. 4. Qui quidem vsus in Neapolitano
Regno viget. Cæterùm illud præterea libet adiungere, quod
24 * citationis exequutæ relatio adeò est de substantia, vt die
feriata ad honorem Dei fieri non possit, teste Salicet. in dict.
vltim. cui Alexan. adstipulatur in l. 2. §. nunciatio. col. 7. de
nou. op. r. nun. Hinc est Bartholum voluisse in l. hæc autem,

§. 1.

§.1. ff. ex quibus cauſ. in poſſ. ea. cui Pan. Caſtren. conſentit conſi. 81. libro 2. quòd iudex de contumacia citati liquere debeat, & hoc quidem abſque nuncij relatione eſſe non poteſt, ideirco abſolutè docuit, quòd ſi primùm iudex aduerſum contumacem pronunciat, & deinde ipſius nuncij relationem admittit, quòd proceſſus nullus redderetur, hanc eandem ſententiam iterum idem Bart. literis mandauit in l. multum, in fin. ff. de cond. & demonſt. quam comprobat Alexa. in l. ſed ſi de ſua, ff. de acq. hæred. Nic. Ant. Graua.

Dixi autem.) Regula eſt, quòd * facta concluſione in cauſſa amplius probationes non recipiuntur, cap. auditis, de procur. ca. cùm dilectus, vbi Felin. in princ. de fide inſtrum. & Doctores omnes in l. admonendi, ff. de iureiurand. Hæc tamen reg. plures admittit limitationes. Nam locum non habet in probatione facienda per partis confeſſionem, authoribus Baldo Paulóque Caſtren. in rubri. C. de probat. Hinc eſt, quod litigantes, poſt concluſionem interrogari poſſunt, vt per Abb. & Felin. in cap. cum Iohannes, de fide inſtru. Item regula ipſa exceptionem patitur, quotieſcunque iudex, vt eius notior ſit cauſſa, ſe inſtruere velit, tunc etenim poſt concluſionem, ex ſuo officio teſtes recipere poteſt, & informationē, etiam ad ius partis nouiter fundandum, vt communiter teneri concludunt. Alexa. in l. 4. §. hoc iudicium, ff. de damno infect. & Dec. in ca. 1. in 4. notab. de iudic. licet Bello. in conſil. 59. numero 6. hanc communem ſententiam neget: tamen illam in cauſſis ſummarijs veram fatetur. Item reg. nec locum ſibi vendicat, vbi in cauſſa procederetur ſola facti veritate inſpecta, tunc enim poſt concluſionem teſtes admitti poſſe conſueuerunt, Imo. in Clemen. ſæpè, de verbo. ſignifica. & Alexand. conſi. 84. libr. 4. Quod tamen verum eſſe exiſtimo, quando teſtimonia non fuerunt publicata, atque dedita, aliàs huic opinioni accederem minimè, timor enim ſubeſſet, ne latenter teſtes muneribus ſubducti, falſum perhiberent, per text. in authen. ſi verò de teſti. quo illa communis

g 25

Com. opi.

Com.opi. *fundatur opinio, testes non recipi posse post aliorum dedi-*
26 *tas testationes, de qua meminit Bello consil. 25. numero 6.*
Rursus reg. limitatur in probatione, * *per rei euidentiam lu-*
cique aspectum, Bald. in l. contra negantem, in fin. C. ad leg.
Aqui. in l. si quis testibus, etiam in fin. C. de testib. Nam
nulla maior potest esse probatio, Afflict. decis. 107. numero
6. & decis. 216. numero 3. Barbat. in cap. euidentia, de accus.
& consilio 7. libro 1. & Curt. in l. admonendi, numero 32. de
iureiur. vbi omnium probationum hanc superlatiuam appel-
lat, vsque adeò, vt talis probatio nunquam exclusa con-
seatur, vbi prodiderunt Alexand. consilio 116. posteaquam
in fin. lib. 1. Ias. in l. 1. numero 10. ff. de nou. operis nun. vbi
quoqne multorum testimonio comprobat sententiam nunquam
in iudicatum transire, quando illam per euidentiam rei in-
quam, inualidamque esse constat. Deci. in ca. cum speciali §.
porrò in 2. nota. de appell. Ruin. consi. 138. num. 24. lib. 5. Al-
ciat. de præsump. in 2. part. num. 16. Catel. Cot. in memor. in
verbo damnum datum. Bertrand. consil. 337. lib. 1. Ias. in l.
cum qui, §. in popularibus, num. 5. cum sequen. ff. de iureiur.
& Ioan. Bap. Plot. in rep. l. si quando, num. 777. C. vnde vi.
qui omnes hac de reprobatione per rei euidentiam affatim
Com.opi. *loquuntur, ex quibus communem esse opinionem liquidò con-*
stat, quod probatio per rei euidentiam, etiam post conclusio-
nem in caussa admittatur. Nonnullas etiam præter memora-
tas, regula ipsa patitur exceptiones, quas apud Maran. vide-
re poteris in praxi in 6. part. versi. conclusio. Item regula non
habet locum in caussa matrimoniali, in qua post conclusio-
nem testes examinari possunt, ca. sicut ex literis, de sponsal.
Fel. in ca. ad hoc, nume. 2. vt lite non contesta. vbi Ioan. An.
25. priuilegia matrimonij enumerat, & inter cætera hoc, de
quo meminimus. Nicol. Anton. Grauatius.

Addo.) *Huc autem vergit, quod suprà annotauimus,*
h *sub litera C.*

Paupertas.) *Paupertas* * *sdcum multas affert excu-*
sationes

sationes, inter quas à contumacia. Nam finge, honestum hominem decenti carere veste, vt in iudicio comparere, absq; dedecore non posit, certè excusationem haberet, ne contumax dici queat: si Alex. credimus in l. 2. §. si quis in iudicio. ff. si quis caut. & Felin in cap. si quis testi. in prin. de testibus. Item paupertas excusat ab appellando, & ab appellationis eitam desertione, testibus Guidone Pap. & Ioach. Mynsing. ille decis. 436 num. 21. hic autem in sing. obseru. Cent. 4. obser. 97. Itidem excusat, si fideiussoriam cautionem pauper reperire non valeat, Afflict. decis. 23 numero 3. Non abre igitur Anton. Butr. & Abb in d.c. si quis testi. scriptum reliquère, Iudicem † obstringi pauperi suos testes producere nã 28
valenti, subuenire, auxiliumque præstare, pro quorum opinione faciunt, quæ Boer scribit decis. 30. numero 4. & 5. etsi. Felin. in dicto cap. num. 8. id non absque temperamento intelligat. vbi post cæteros multa de paupertate disserit, & plerosq; casus enumerat, in quib. pauperes excusantur. quos cumulatè apud Luc. Pen. videbis in l. vltim. qui num. li. 12. & Afflict. in consti. reg. Neap. omnes nostri, in 2. not. & in consti. mulieres, in fine, & const. statuimus, ipsi etenim 44 paupertatis priuilegia, omnibus sanè quàm molesta, atque persona in vnum collegerunt. Cuius † quidem angustæ tri- 29
stisque paupertatis probatio alleganti incumbit, Doct. in l. Com. opi.
si verò, §. qui pro rei. ff. qui satisdi. cog. pulchrè Afflict. decis. 77. estque communis sententia, Alciato teste in de præsump. reg. 2. præsump. 27. traditque Couarru. in lib. Resolut. 2. capit. 6 2. quamuis paupertas homini naturalis sit, diuitiæ autem aduentitiæ. Nam nudi nascimur, capit. sicut hi. 47. distinct. Plinius libro 9. cap. 35 qui sic inquit: Nos rerum natura nudos excepit. † Cæterũ quis nã pauper dicatur, iudi 30
cis arbitrio, cõditione personarũ perspecta, relinquitur, ve Com. opi.
luti frequentiore calculo à Doctoribus receptum est, vt asserunt Decius consilio 120. & Bell. consil. 16. Sed illud perperam obseruatum, paupertatis priuilegium silentio non inuoluam, quòd caussæ pauperum gratis audiri debent, Paris. in Synd. in ver. Expensæ. Boer. citata decis. Quibus etiam † de 31
aduocato à iudice prouidendum est, aliàs mortaliter peccat,

32 & aduocatus * ipse gratis patrocinari obstringitur, alioquin reus erit gehennæ, vti Aug. Clauas. in sua summa decisiua verb. Aduocatus. num. 10. Hinc dixit Afflict. in const. reg. Neap. appellationum tempora not. 5. per text. in l. tam ex mentis, vbi Accurs. C. de epis. aud. quòd * pauperi appellanti actorum exemplum, absque mercede exhibēdum est. Sed Proh. Deum immortalem. quis est, quis est, qui in foro versetur, & pauperibus compatiatur, quibus ne parentes quidem sint amici. vt Erisich hone in cap. de sacrileg. sic dicam, Nic. Anto. Grauatius.

k Generaliter.) Adde Afflict. decis. 175. vniuersim,
34 & Dec. consilio 29. Sed hoc * quadriennij curriculum ad pro-
Com.opi. tendam restitutionem in integrum à lege præscriptum, ab-
Com.opi. pore veræ læsionis currit, per ea quæ de præscriptione Fren. Balb. scribit in tract. præscrip. in 5. par. quæstione secunda, qui hanc esse communem opinionem testatur, tum etiam & Io. Mau. de rest. in integr. cap. 44. Sed & illud ad propositam materiam adnotare libuit, quod eo loci Balb. scripserit, liquit, & cōmunib. suffragijs (vt ipse ait) approbatur, quia
35 * istud quadriennium nunquā labitur, donec Præsul, qui ec-
clesiæ rem haud ritè alienauit, in humanis vitam degit, nec etiam vbi enormissima læsio interuenerit. Nam tunc ecclesia, aut ætate minor, lapsu quadriennij non obstante restituerentur, gloss. in cap. 1. de in integr. rest. quam ibi Doct. sequitur, & Soc. consi. 266. in causa libr. 2. qui ait dictæ gloss. opinionem omnibus sententijs veram & communem indicare, quamuis Alex. consil. 30. lib. 5. oppositum tenere videatur, attamen ipse non de enormissima, sed enormi loquitur læsione, ideirco haud quaquā contradicit. Et
36 * quæ dicatur enormis læsio, quænæ enormissima. Soc. citato consi. consil. 45. & 180. & rursus 380. Paris. consi. 12. num. 80. lib. 2. & Cassad. decis. 1. de em. & ven. Nicol. Anto. Graua.

l Cæterùm.) Quòd Vestr. ait. procedere etiā intelligen-
37 dum * siue beneficiarius naturaliter, siue ciuiliter mortuus fue-

vit, aliam vel ad ecclesiam translatus, vel beneficium resignauerit. Semper enim re integra siue non procuratoris mandatum expirat, ita Docto. tex. in clemen. vlti. de procur. intelligunt, aut potius extendunt, & Rota decis. 357. Fuit dubitatum in no. & Cassad. decis. 2. de appell. ea nempe ratione, quia in beneficialibus, post mortem mandatoris, illi nemo futurus hæres esse potest. Hinc in Rom. Curia praxis illa inoleuit, cuius Vestr. hic meminit, & Vant. etiam multa in medium afferens de null. sent. ex def. inhab. seu mand. num. 171. & seq. Nico. Ant. Grau.

Secus.) Aliàs certè nullius * momenti esset iudicium, tanquam contra mortuum agitatum, etiamsi per viuentem defendatur, l. in summa, §. vlti. vbi scrib. ff. de re iud. l. pen. ff. quæ sent. sine appell. rescind. & Capic. decis. 1. nu. 26. sed hoc quidem, vt statim dicam, intelligendum erit. m 38

Nisi fortè.) Mandatum * morte mandantis expirat, l. inter caussas, in prin. ff. mand. l. eius, qui in prouincia, ff. si cer. pet. Quod tamen locum sibi vendicat, cùm mandator, re integra, mortuus fuerit. Quæ * quidem res integra in iudicialibus, ante litem contestatam intelligitur. l. defunctus, ff. de procur. cap. relatum, ibiq; scrib. de offi. deleg. Guid. Pap. decisio. 119. n 39 40

At quando procurator * ante mandantis obitum litem fuerit contestatus, aut de iudicato soluendo mandator ipse satis dedisset. his certè casibus, iudex in defunctum, vel pro eo, procul dubio ferre sententiam poterit, dummodo in procuratoris personam ipsa concipiatur sententia, dict. l. defunctus, vbi interpretes, l. nulla, & Bald. ibi C. de procur. Abb. inc. mandato, procu. Mil. in ver. Sententia lata contra defunctum, & tradit Cassad. decisio. 2. nu. 11. de appell. Quod tamen semper perpetuum non est. Nam si absque hærede dominus decesserit, tunc cum procuratore, quamuis domino litis effecto sententia proferri non poterit, vt egregiè Iaf. de aet consi. 138. lib. 4. & cons. 9. in addi. col. 1. lib. item 1. Nico. Ant. Grauatius. 41

De

De eisdem, ac de procuratoribus.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 Procuratoris mandatum in primis inspiciendum est, an sufficiens legitimúmue sit.

2 Procuratorem minus legitimum mittens, pro non comparente & contumace habetur: idem si legitimum, si tamen mandatum no acceptaret.

3 Mandatum procuratorium acceptari debet.

4 Tacens, quando habeatur pro consentiente, & quando non.

5 Mãdatum generale, si alicui transmittatur, qui non intendat, nisi in vna caussa procurationem onus acceptare, qua cautela vti debeat.

6 Procurator cum facultate substituendi, non potest substituere, antequam mandatum acceptasset.

7 Procurator, qui litem non fuit contestatus, quando admittatur, tanquam dominus litis effectus.

8 Procurator substitutus per litis contestationem, & actus etiam succedaneos, dominus litis efficitur.

9 Tutor, & curator, per litis contestationem, substituendi facultatem accipiunt.

10 Procurator ad omnes caussas datus, an in caussa spirituali, etiam datus esse videatur.

11 Procurator ad omnes caussas datus, nedum ad præsentes, sed ad futuras etiam intelligitur.

12 Caussa non remittitur, quamuis remissibilis sit, postquam in Roman. Curia de ea tractari inceptum fuerit.

13 Pro-

13 Procurator contra certam personam constitutus, contra aliam comparere non potest.

14 Procurator contra vnum constitutus, in causis tantùm expressis, cõtra alium comparere potest, fallitur tamen.

15 Procurator ad causam, an possit absque speciali mandato, restitutionem in integrum petere?

16 Procurator simpliciter ad agendum, & defendendum datus, appellare potest, sed appellationem prosequi minimè.

17 Procuratorem iurare de calumnia, nedum in animam principalis, sed propriam, vsu receptum est in Roma Cur.

18 Procuratores plures, si in causa dati sunt, nec etiam insolidum, vsu receptum est in Roma Cur. quòd cũ vno duntaxat valeat processus, in causa beneficiali.

19 Procurator dubium habens mandatum repellitur, si de rato non satis det.

20 Mandatum specificum, in quibus causis requiratur.

21 Procurator falsus dicitur, & si generale mandatum habeat, si in causis speciale mandatum requirentibus compareat.

22 Procurator mandatum ostendere tenetur, aliàs iudicium est nullum. fall. num. 30.

23 Procurator etiam verus à iudicio repellendus est, si de mandato non constet.

24 Mandatum debet esse sufficiens, vt procurator admittatur.

25 Procuratoris persona, ante omnia legitimanda est.

26 Procu-

26 *Procuratoris potestas, à die recepti mãdati trẽfertur, adeò, quòd ante veram notitiam, gesta per ipsum nulla sunt, fall. vt num. 29.*

27 *Mandati defectus, etiam refectis expensis, ut suppletur.*

28 *Mandati defectus, ad mille vsque annos, oppon potest.*

31 *Præsens habetur pro consentiente in iudicialib. actis.*

32 *Tacens, regulariter in sui præiudicium consentire non videtur.*

33 *Mandatum an debeat expreßim acceptari, & quid in re pontificio caueatur.*

34 *Procurator, ante litem cõtestatam, substituere non potest, limitatur tamen.*

35 *Procurator, postquam substituit, amplius procurator non remanet.*

36 *Procurator substitutus, substituere potest, post litis contestationem per ipsum factam, vel postquam merita caussæ pertractauerit, etiamsi per alium lis contestata fuerit.*

37 *Mandato in generali, caussæ beneficiales non includuntur.*

38 *Procurator generalis ad omnes caussas, an intelligatur ad futuras etiam constitutus.*

39 *Mandatum procuratorium non est extendendum.*

1 NOnnuquam* etiam litigatores ab initio, vel aliàs comparent, per procuratores suos tunc, si actoris, vel rei vices geris, procuratorium ex aduerso conpereris imprimis diligenterque respicies. a Quòd si minus

sufficiat

sufficiens, seu minus legitimum compereris, tunc si rei vices gesseris, cuius proprium est inducias quærere, satis erit tibi, excipere contra procuratorem, & protestari, ne audiatur, nisi de magis legitimo doceat mandato, & ita sibi processum impedire, nisi tua fortè interèsset, absolutoriam obtinere. vel aliàs causam expediri, vel fortè auditor causæ, prout mihi rei partes defendenti pluries contingit, velit nihilominus in causa procedere, nec aliàs tibi expediat, à spreta exceptione appellare. Non denegabit tamen auditor hoc casu pro cautela eius, qui dubitat, & excipit de viribus mandati, alterius partis processum, per audientiam contradictarũ, prævia dilatione simili procuratori ad docendum de magis legitimo mandato, Rota de citati. ad partes not. quòd aliquis 245. in antiq. Cassa. dec. 6. vt lit. pen. num. 4. Idem dixero, si nõ partes rei, sed potius actoris, sustinebis, vtroque tamẽ casu, solent cauti procuratores duplicem facere processum, citando. s. principalem, per audientiam contradictarum, & nihilominus procuratorem quoq;, de cuius mandato dubitatur per cursores, quatenus tamen procurator. Is* enim, qui procuratorẽ misit minus legitimũ. pro non comparente, & contumace habetur. l. 1. §. vnus autem, ff. de procu. vbi Paul. & alij, idẽ si legitimum, non tamen acceptantem, vtique enim contumax reputabitur, & contra ipsum, tanquã contra contumacem, solet palatium, absq; alia monitione, seu compulsione similis procuratoris, ad acceptandum, vel recusandum onus mandati, processum per audientiam cõtradictarum concedere. Aegi. decisio. 681. si citatus de procu.

Solent

Solent tamen nonnulli, prius similes monitiones, & compulsiones, per censuras, ad acceptandum vel recusandum præmittere, idq; vt vrbanius agant, & plerunque etiam eorum insciis suadente, vel verius cogente, sunt enim vrbani potius, quàm necessariæ.

Plurifariam * autem contingere potest, vt d
3 procuratorio alterius partis, apud acta liquet, non tamen de acceptatione procuratoris in eo dati. Finge, quòd is, qui datus est procurator, facultatem substitendi in procuratorio haberet, & ad effectum substituendi tantum acceptando alium loco sui absentem, vel si præsentem, non acceptantem tamẽ substituisset, b præsens enim
b & tacens, in hac specie, pro consentiente non habetur, quòd procurationis onus sit, inducatq; obligationem & actionem mandati cõtrariam toto titu. mandati. ff. &c. & in onerosis, ac obligatorijs, præsens, & tacens, pro consentiente non habetur, sed pro contradicente, ad nota. per Bar. in l. quo enim ff. rem ratã haberi, & in l. filiusfa ff. ad macedo. & per Dyn. in regula, is qui tace consentire videtur, in addi. ibi. nota tamẽ quòd in onerosis, allega. tex. in materia nostra rotam dum in l. filiusfamil. §. inuitus. ff. de procura adstipulantur nota. in additio. ad Rotam. 14. procurator de procura. in not. gloss. verbo affe sum in Clemen. 1. de procu. Idem, si plures esset in procuratorio nominati, non in solidum, & nus tantum produxit illud, vel si in solidum, tamen, qui produxit, mortuus esset, vel abesset, vel denique, si procuratorium à tertiò extrane productum reperiretur. c Solent * enim cau
* c 4 procuratores hac productione vti, vbi à qua

quam transmittetur sibi generale mandatū, vellet tamen procurator datus in particulari duntaxat causſa, procurationis onus, & cum simili protestatione acceptare, quæ in palatio admitti solet, Rota de procurat. not. quod vbi procurator 32. in antiqu. ea ratione, quia si procuratorius generale, per seipsum produceret, procurator in eo nominatus, & si protestaretur, quòd ad certam causſam acceptaret, ista protestatio esſet cōtraria facto procedenti, eo enim ipso, quòd procuratorium per seipsum produxit, constat, receptionem instrumenti, & ipsius chartæ præcessisse, quæ vtpote actus positiuus mandati acceptationē inducit, in omnibus, in procuratorio contentis, nisi doceretur, quòd in ipsa præsentatione instrumenti facta, similem feciſſet protestationem, ad tex. cum glo. verbo assensum. & not. per alios in Clem. 1. de procur. & not. in additio. ad. d. decis. 145. in no.

In tantùm verò est huius procuratorij muneris necessaria acceptatio, vt expressum de iure ciuili, & secundum canones tacitum, per actum tamē positiuum, desideret consensum facto, vel verbis, ad text. in d. §. inuitus gl. verbo assensum & not. per alios in d. Clem. 1. de procur.

Quamobrem suprà diximus eum, qui præsens esſet, dum constitueretur, & dū notarius de procuratorio rogatus, suo instrumento asseruiſſet, præsentem non videri acceptantem. d. l. filiusfa. §. inuitus. ff. de procur.

Idem dicerem in eo, qui constitutus esſet, & antequàm aliàs acceptaret, pateretur se in causſa cirari, & secū procedi nunquā recusans, dummodo vltra istā patientiam faceret aliquem a-

ctum positiuũ, ad d. §. in uitus & glo. in d. Clem. 1. de procur. alludit Rota Cassa. de 3. de rescript.

d *d* Idem * quoq; in eo, qui constitutus esset, cl
5 facultate substituendi, & antequam alias acce ptasset, in vim facultatis huiusmodi simplicit substituisset, nec aliàs dixisset, se procuration onus acceptare simpliciter, vel ad eum effectu non induceretur enim per similem actum acce ptatio mandati, minus ad effectum substituendi imò nulla esset substitutio. Rota decis. 145. adeò vt neuter ipsorum, substituens scilicet, neq; sub stitutus citandus esset, & adhuc contra princip lem daretur processus, per audientiam, Rota d decis. 145. in no. veluti procederetur etiam cõtr eam, cuius procurator, licet esset in curia, nõ mẽ produxisset adhuc mandatũ. Rota decis. 16 si vigore. de procu. in not. vel si postquã produ xisset, & procurationis onus acceptasset, à Rot Cu. recessisset, Rota fastoli causa 30. num. 2. vi moreretur, vtroq; enim casu, docto. de absent vel obitu, iuxta casus contingentiam, solet pub tium similem processum, per audientiam alter concedere, & quandoq; etiam in casum mort nõ nisi intimata principali morte procurator Aegi. concl. 495. licet mores procuratoris de re di. quòd nostro tẽpore non seruatur, debet enim is, qui procuratorẽ misit, vigilare reb. suis, ide etiam si procurator mortuus, iam dominus liti effectus viuens aliũ substituisset modò superst tẽ, resq; tẽpore mortis substituentis esset adhuc integra, respectu substituti, vtpote, quòd substi tutus adhuc procurationis onus nõ acceptasset, finitum enim esset mandatum ex substitutione, ex quo procurator principalis iure proprio sub stituit,

stituit, & contra principalem daretur processus per audientiam, docto tantùm de procuratoris substituẽtis obitu, ommissa persona substituti, secus, si principalis procurator nõ iure proprio, & tanquàm dominus litis effectus, sed vigore facultatis substituendi, in suo procuratorio forsan datæ, non extingueretur enim hoc casu mandatum, ex substitutione per mortem substituentis, si tamen dominus superuiuat, veluti eius nomine datum, Rota de procur. si aliquis 414. in not. & in decis. Bisignet. 9. num. 9. in vltimis Aegid. conclus. 6. mortuo procuratore, secus, si his casibus substitutus præmoreretur, principali procuratore superstite, remaneret enim tunc procuratoris, qui substituit, quouis modo substituisset, etiam si in substitutione ad effectum substituendi tantùm procurationis onus acceptasset, prout posset, Rota de procur. not. quòd vbi procurator 32. in anti. nec aliàs per audientiam, sed secum procedendum esset, tenereturque ipse principalis procurator, etiam notario actuario de salario suo respondere, si tamen principalis causæ non esset præsens in curia, quo casu solent procuratores à solutione regesti dispensari, Rota de procur. licet procurator decis. 303. in no. Cassa. decis. 1. de procu. nu. 3. Idq; ea ratione, quod licet cõsuetudo Rõ. Cu. obliget eos ad istam notarij mercedẽ, id tamen nõ nisi in defectum præsentiæ principalis, & quasi in subsidium, vt ipsis notarijs causarum actuarijs omni casu consultum sit, cum maximè frequentiores in Rom. Cur. tractentur in litigatorum absentia, quàm præsentia causæ cõtra quos consultum satis non esset ipsis notarijs, neque

litigatori cauſſę expeditionem proſequenti, qui plerunq; altera parte non ſoluente, cogitur eius parte animo recuperandi ſub nomine depoſiti notario ſoluere, prævia tamen iudiciali monitione, ad ſoluendum infra tres dies, & dilationis tridua iam elapſa. Quo caſu ſolet is, qui deponit de ſuo depoſito fidem ab ipſo notario per cedulã manu ſua, vel ſubſtituti recipere, quæ poſt modum apud ordinarios iudices paratam habet exequutionem & ad ſolam citationem partis ad dicendum contra ipſam, & ſoluendum iuxta eius formam, aliàs tradi mãdatum exequutiuum ſolent iudices exequi & manum militarem præſtare, mandatum exequutiuum decernentes.

c e Admittit * autem ſacrum palatium, pro di-
7 mino litis effecto etiam eum, qui litem nõ fuiſſet cõteſtatus, ſed qui poſt litis conteſtationem in cauſſa ſuperuenerit, vel citra ipſam conteſtationem in cauſſa tamen, in qua non deſiderentur aliquos fecerit actus ſucceſſiuos ſolitos, ſcilicet poſt ipſam cõteſtatione fieri, Rota de procura. procurator ſubſtitutus 226. in no. immò non ſo-
8 lùm eũ qui principalis ſit procurator, ſed * ſubſtitutus quoq; ab eo, quandoquidẽ ſubſtitutus etiã per litis conteſtationẽ, & actus ſuccedaneos, quos ſuprà diximus, dominus litis euadit. Rota d. deciſ. 122. in no. Bi ſignet, deciſ. 10. numero, 3. vltimis. Idem * ſeruatum eſt in tutore & curato-
9 re, qui ſimiliter à lege, per litis conteſtationem, vel actus ſuccedaneos, vt ſuprà, ſubſtituendi facultatem accipiunt, quam ab homine habere non poſſunt, etiam ſi iudex in deputatione ipſorum dixiſſet cũ facultate ſubſtituendi, Rota Bi-
f guet d. deciſ. 10. dub. 9. in vltimis, f ſed * an pro-
curator

curator ad causſas indefinitè, vel etiam cum col 10
lectiua omnes datus, poterit esse procurator in
causſa beneficiali, & aliàs ſpirituali. Lapus vult
quòd non, & quòd in ſimilibus ſpeciale manda-
tum deſideretur, in Clem. non poteſt de procu.
Butrius contra in cap. decernimus de iudi. ver-
ſic. ſi quæritur an poſſit. vltima pars vſu recepta
eſt in palatio. Aegi. de procur. generale conclu. 5.
g Extenderur * quoque ſimile mandatum cum g
collectiua omnes, nedum ad præſentes, verùm 11
etiam ad futuras, Rota deciſ. 413. fuit dubitatum
de procur. in no. licet collector in additio. ad de-
ciſ. 19. Fuit dubitatum etiam & de procur. inno.
videatur limitare hoc dictum ad caſum conſti-
tuentis ante lites, vt tunc extendantur ad futu-
ras, aliàs ſecus, vt ibi.

Amplius ſi ad causſas deuolutas, & de iuris
neceſſitate in Rom. Cur. tractandas, fuerit pro-
curator conſtitutus, poterit ſecum agi, etiam in
causſa non deuoluta, neque in Rom. Cu. de iuris
neceſſitate tractanda, ſi modò in tali cauſa fuiſ-
ſet in Ro. Cu. proceſſum, & de nullitate huius
proceſſus in Ro. Cu. habiti ageretur. Vſu * enim 12
receptum eſt, vt articulus nullitatis proceſſus
in Ro. Cu. habiti, tametſi in causſa aliàs ad par-
tes remiſſibili, nunquã remitatur, Aegi. de pro-
cur. ſecundo procurator conclu. 306. Idẽ causſa
principali licet non aliàs deuoluta, ſed in vim
ſpecialis cõmiſſionis Papæ cõmiſſa, Rota de cõ-
miſſio. & procurat. nota q ſi poſt. 476. iu antiq.

Addo, quòd conſtitutus ad tractandum cauſ-
ſas, in Ro. Cu. vtique poterit eas tractare in eo-
dem loco, ſi fortè contingeret, curiam abinde a-
liò transferri, dum tamen cauſſæ de mandato

Papæ in eodem remanerent loco: vbi enim Pa-
pa, ibi Roman. Cur. esse censeretur, quod solem
Pont. nostris temporibus suis cancellariæ regu-
lis, ad casum, vbi cõtingeret recessus, vltra duas
dietas limitare, quo casu nullam admittunt R.
Cur. diuisionem, sed eandem vtroque loco cen-
seri volunt, quæ regula esset tempore diui Pau-
li, ob longiores eius ac frequentiores cursitatio-
nes, ad plures dietas extendenda.

h *h* Illud quoque uon ignorabis, quòd * procu-
13 ratorium datum respectu certæ personæ, nõ in-
seruit respectu alterius, etiam si de eadem re a-
gendum esset, Aegid. de procur. procurator con-
stitutus conclu. 313. Rota de commissio. & pro-
14 cur. si caussa 456. in no. minus * inter easdem per-
sonas inseruiet, nisi ad caussas in eo expressas.
Rota decis. 171. si. A. constituat de procur. in no.
Extenderemus tamen illud ad consequutiua &
incidentia caussæ expressæ, etiam si consequuti-
ua, & incidentia huiusmodi, vbi non in seque-
lam venirent, speciale desiderarent mandatum
ad nota per Butr. in cap. nonnulli. §. sunt & alij,
versic. quæro. Eodem exemplo seruat palatium,
15 vt * procurator ad caussam principalem datus,
non autem specialiter ad petendum restitutio-
nem in integrum, prout aliàs ad principaliter
petendum eam, requiritur, vt admittatur, si re-
stitutio in integrum non principaliter, sed inci-
denter à causa principali postulatur, eadem
quoque ratione, eodem in palatio seruatum est,
16 vt * procurator simpliciter ad agendum, & de-
fendendum constitutus, appellare possit, non
etiam appellationem prosequi, Rota decis. 31.
si dominus principalis de procurato. in not.
quasi

quasi appellatio sit de consequutinis prioris instantiæ, ad quam simile mandatum duntaxat extenditur, & prosequi appellationem, sequiorem instantiam concernere potius videatur, nisi forte in mandato diceretur expressè, etiam ad appellandum, & prosequendum: quo casu non solum mandatum extenditur ad prosequutionem appellationis, verumetiam si is, qui datus esset procurator, à lata sententia appellasset, cogeretur emissam appellationem prosequi, adversus nota. in cap. non iniustè de procur. idque etiam si in ipsa appellatione potestatus fuisset, nolle prosequutioni astringi. Rota decis. 107. si procurator de procurat. in no.

i Generaliter * verò vsu receptum est in palatio, vt in omni caussa, in qua de calumnia iurandum sit, vt procurator nedum in animam principalis, verùm etiam eius propriam iurare teneatur, Rota decis. 307. quidam de iuramento calũ. in no. & decis. 491. nota quòd procurator de iuramento calum. in antiq. i 17

Cæterùm * si plures procuratores, in eadem caussa dati sint, non etiam insolidum, receptum est, vt cum vno duntaxat valeat processus in caussa beneficiali, ad. cap. si duo. §. sanè de procur. libr. 6. Rom. de procur. si in caussa benefi. 107. in no. 18

ANNOTATIONES.

Quòd si.) *Procurator * dubiũ habens mandatum, admittitamẽ volẽs, de rato satisdare tenetur, alias iure repellitur. l. 1. vbi Doct. C. de procu. & Capic. decis. Quod quidem* 2 19

cum temperamento intelligas, locum non habere, vbi spe-
le mandatum requiritur. Host. in summa titu. de procur. n
20 mero 12. Sed * in quibus casibus specificum requiritur ma-
datum, apud Spec. videbis, titu. item de procurat. §. ratio
sui. Ang. institut. de his per quos age. poss. post. princip. A
xand. consil. 109. libr. 7. & Dec. consil. 20. Adeò quòd v
21 luit Ias. in l. licet. numero quarto. C. de procurat. falsum
dici procuratorem, tametsi ille generale mandatum habe
si causam mandatum speciale requirentem agat. Et quod
suprà diximus, habentem dubium mandatum, cum cautio
de rato, admitti posse, limita, locum non habere in causa m
trimoniali, in qua quoniam arduum est negotium, non ad
mittitur etiã cũ cautione, si de illius mãdato dubitetur. Pe
ris. consil. 61. numero 6. libr. 3. & dixi consil. 82. numer
6. quod in volumine consil. matrimonialium impressum
22 perto. Procuratori * planè congruit, potestatem, quam ha
bet, ostendere, quinimmò necessariò, ne puniatur, obstrin
tur. Rota decis. 12. ne procurator, in antiq. Bissignet sub rub.
de procur. & amplius, ne iudicium reddatur inualidum, v
Bart. alijque explicant in d. l. licet Abb. in ca. in nostra, d
procur. & Alexand. consil. 74. viso. lib. 5. Quamuis in ip
rum procuratorum odium, hac facti specie, saltem pro exp
sis contra eos exequendis, iudicium nequaquam nullum re
deretur, veluti præclarè Alex. scripsit in l. si se non obt
lit, in princ. ff. de re iudic. cui Ias. ibi astipulatur, & hab
tur in l. Plautius. ff. de procur. traditque Aegid. decis. 2
23 post. Accurs. in l. si expressim, ff. de appell. Non immerito
ergo periti iudices, contra procuratores, mandatum vt exhi
beant, eorum officio inquirunt, eosque compellunt, vt affir
rant Gloss. in cap. 1. versicu. absentia, de elect. in 6. Accur. in
l. vt liberis. C. de collat. Abb. in cap. nulli, de accus. & in ca.
exceptionem, de except. Rom. consil. 60. in fin. quibus ses sub-
scribit Gomes. in compendio vtriusque signaturæ. verficul.
Et quo dictum est, fol. 166. in parua impressione. Cete-
rum

rùm Felino contrarium visum fuit, in ca. causam, num. 5. de iudi. ipse enim, & plerique alij nequaquam admittunt, iudicem ex officio procuratorem non habentem mandatum repellere posse, nisi parte hoc petente, quinimò hanc esse communem opinionem, Felinus testatur. Sed certè prior opinio, Com. opi.
vti æquior, ita verior & communior mihi videtur, præsertim, si auctoritates potius ponderentur, quam numerentur, & nec populari quadam trutina rationes examinentur, veluti à nostris sæpissimè factum fuisse videmus, more volucrum pecudumque post alios euntes, vt Decij verbis vtar in consilio 481. nu. 11. & Bello consi. 59. num. item 2. Sola equidem hæc ratio, cordatum hominem, vereque Christianum mouere debet, vt ex officio iudex procuratorem mandatum non habentem repellat, ne iudicium reddatur elusorium, neve tot labores euanescant sumptusque pereant, cùm semper malis occurrendum sit, vt vulgaria sunt iura. Concinit huic opinioni, quod * Hostien. scribit præcitato loco, nume. 11. vbi 24
voluit procuratorem teneri, ad probandum mandatum, & sufficiens etiam, aliàs is reijciendus erit: cui sententiæ innituntur Bar. in l. 1. §. vsus. ff. de procur. & in l. 1. §. si nemo, ff. quod cuiusque vniuers. nomi. & Ias. in l. sancimus, nume. 6. versic. similiter. C. de iudic. adeò quod idem Ias. dixit in l. de pupillo. §. qui procuratorio, in 4. no. ff. de noui oper. nun. procuratorem etiam verum à iudicio repellendum esse, si de mandato non constet. Voluit quoque Thom. Fast. decis. Rotæ cau. 25. dub. 35. versi. 3. dubitatur. Procuratorium namque plenè probari debet, vt per Doctores in l. non solùm, §. qui alieno, ff. de procur. & in cap. 1. extra eod. Abb. in ca. coram, de offic. delega. est que communis sententia, testimonio Iasonis in l. cautio. num. 11. versic. in ea. C. de procur. Idcirco, * Com. opi.
quamprimùm procuratoris persona est legitimanda. d. l. licet, & ca. in nostra, de procur. & hoc etiam in omni iudicio, 25
quamuis summario. Ias. in rubr. C. qui adm. num. 1. Nam * 26
à mandato, quin potius à die receptionis illius, verè in ipsum

procuratorem potestas transfertur, vsque adeò, quod ante
synceram fidem, aut notitiam gesta per ipsum inefficacia
sunt, veluti à falso procuratore facta, quanquam à domino
procurator constitutus fuisset, ea quippe ratione, quia sibi de
mandato non constabat, Gloss. est notab. in Clem. 1. in ver.
receptis, de procur. & in cap. is qui, in ver susceptum, eo. in
& vtrobique scribentes adnotant. Mil. in verbo, procurator
Com.opi. si non est certificatus. Cassa. deci. 3. num. 4. de appella. & est
communis opinio, teste Alexand. in d. l. licet. num. 1. Qua de
re affatim Boer. scribit decis. 274. & si stylum in oppositum
esse referat, qui vbi viget seruandus est. & de communi eti-
am opinione, testatur Balbus decis. 348. numer. 7. vbi limi-
tat in beneficialibus, eum legito. Quis enim ignorat, manda-
27 tum * ipsius iudicij præcipuum esse fundamentum, quam ob-
rem non iniuria, ex Romanæ curiæ stylo mandati defectus,
etiam refectis expensis non suppletur, eiusque infirmitas non
sanatur, quia defectus iste penitus iudicium nullius reddit
roboris, atque momenti, etiam si reus malitiosè à principio
opponere tacuerit, vt bellissimè præcitato loco Gomes. de-
clarat, qui dicti Rom. curiæ styli meminit, & Vant. quoque,
qui bene cumulateque scribit de null. sent. ex def. inhab. sub
mane. in prin. & nu. 58. versic. transeamus. vbi etiam, quod
28 * exceptio defectus mandati quandocunque opponi potest,
ad mille vsque annos, ex sententia Bal. in l. 2. C. si ex falso in-
stru. cui consentiunt Alexand. consi. 101. lib. 6. & Dec. consi.
36. & 215. & est communis opinio, teste Fran. Balbo in pre-
scrip. tract. in 3 par. prin. q. 10. col. 8. versic. 11. generaliter.
Com.opi. Qua de re fusius scribit Boer. decis. 228. licet non desint, qui
aperto marte contra Bal. pronunciatum pugnent, inter quos
Curt. Iun. consi. 77. & Dec. secum depugnans consi. 486. col.
penul. & iterum consi. 638. nume. 3. sicque vt rei iam finem
imponamus, cum prioris opinionis fautoribus conuenio con-
tra Felin. cæterosque præsertim, quia meliori ratione fulci-
tur, quæ attendenda est, etiamsi maiores numero sint, qui cir-
trariam

trarium teneant. Et hoc Imperatoris exemplo in l. si quis. C. de condict. in deb. qui minoris partis ratione circunspecta contra maiorem protulit sententiam. Hinc & verè quidem astruit Cart. consil. 23. num. 3. & consil. 160. nume. 12. tunc communem opinionem esse amplectendam, quando particularis opinio meliori suffulta non esset ratione, qui, hanc esse Com. opi.
incer interpretes receptam opinionem affirmat. Sed esto. veram esse Felini, aliorumque sententiam, ea nihilominus trifariam limitatur, vt locum sibi non vendicet, quando sententia contra procuratorem exequi non potest. Item, quando de causa spirituali, vt est electionis, res agitur. Et rursus, quando pars est absens, veluti eò loci idem Felin. declarat. Ceterùm surda aure cùm hodie iudices suprà quàm cuiquã credibile est, pertranseant, nec lites succidere curant, quasi eorum non sit munus, sed litibus fauere, vt sibi nutriant, thesauroſque parent, consilium erit, statim in procuratorem opponere, ab eoque mandatum exigere, & procuratorem repellendum esse, omnibus neruis contendere. Nam * si in ipsũ 29
non opponeretur, sed pauxillulum pars & iudex huic rei studium, diligentiamque impenderent, gesta per ipsum procuratorem valebunt, si tamen verè mandatum habuisset, licet illud in iudicio nequaquam exhibere curasset, & hoc ex Spec. sententia, titu. de procu. §. 1. versi. sed si receptum erat. Sed de hac re ne longior sim, Alex. videas consi. 78. viso & diligenter. col. 2. li. 5. Bar. consi. 75. Quæritur vtrum procurator. Archi. in c. 2. de procu. in 6. Card. in Clem. 2. q. 18. eo. tit. Rotam dec. 248. Nota quòd vbi. & dec. 586. Quidam qui nõ erat. in antiq. & Ripam in ca. cum M. Fer. nu. 137. de const. Verumenimuerò * & si absque mandato, vt visum est, pro- 30
curator in iudicio non admittatur, fallit tamen quotiescunque instrumenta penes ipsum inuenirentur, tunc enim absque mandato cum cautione tamen de rato, reciperetur, vti Iaſ. voluit in l. cautio, numero 12. C. de procur. cuius assecla est Fel. in c. coram, de offi. deleg. & est communis opinio, vt

testes

testes sunt Ias. vbi suprà, & Alciat. in de Præsumpt. regu. 1. præsump. 23. quæ tamen conclusio limitatur, nisi instrumenta habens sit domesticus, vt egregiè Ro. prodidit consi. 44. primus. in 2. dubio. Sed illud silentio non inuoluam, quia communibus suffragijs receptum est, posse scilicet processum vel sententiam latam in fauorem falsi procuratoris à domino ratificari ille siue maior, siue minor sit, quicquid nonnulli inficias iuêre, sic testatur Ias. in d. l. licet, nume. 10. C. de procur, qui tamen 13. modis communem sententiam temperat, eum legito disertè loquentem, nam res difficultatis habet plurimum. Nicol. Anton. Grauatius.

Com. opi.

b Præsens.) Cæterùm * in iudicialibus idem est quempiam expressè consentire, vel præsentem esse, & non contradicere, etiam in præiudicialibus. vt Barto. prodidit in l. 1. C. de relat. & in l. ne arbitris, in fi. C. de arb. Bald. in l. emancipatione, C. de fide instr. & habetur in c. 2. de accus. in 6. & tradunt Aufrer. in add. ad Thol. decis. 237. Alex. consi. 31. lib. 7. Feli. in cap. cum iure. de offic. delega. & in cap. proposuisti de proba. & Afflict. decisio. 308. Idcirco cautum erit in iudicio dissentire, ne taciturnitas noceat, veluti à Ias. docemur in l. admonendi, in rep. nu. 20. ff. de iureiur. Conferunt ad hæc, quæ Tiraquell. congerit de vtroque retract. §. 1. in gloss. 9. num. 115. cum seq. Quamuis in iudicialibus plerique interpretum in hac opinione nequaquam conueniant, * quia regulariter tacens non videtur in sui præiudicium consentire, l. inuitus, ff. de procur. & hanc partem fulsit Inno. in ca. quamuis, de re iud. quem ibi sequuntur Ant. Butr. & Imol. Alex. consi. 8. lib. 4. atque Barbat. consi. 46. lib. 2. vide Cassad. decis. 3. de rescrip. Nico. Ant. Graua.

31

32

c Solent.) Adde Formul. Vari. commis. pagi. 6. colum. 1. in rubr. cui commissum est procuratorium.

d Idem quoque.) Huius dicti illa est ratio. Nam * antequam mandatum acceptum quispiam habeat, procurator dici non potest, quinimò iure ciuili expressim illud accepta-

33

re-

ve teneatur, l. filius familias, §. inuitus, ff. de procur. licet aliter iure pontificio caueatur, cùm tacitè illud acceptare sufficiat, Clemen. 1. de procur. Mil. in versi. procurator non dicitur, versi. 1. Aegid. decis. 576. si impetrabit. Et ideo antequã mandatum acceptaret, alium procuratorem substituere nequaquam valet. Rota dec. 105. procurator, in not. Regulariter * autem procuratori ad iudicia constituto ante litem con- 34
testatam substituere non permittitur. Hæc tamen regula nõ admittit limitationes, quas ab Ias. in l. quod quis, numero 1. C. de procur. perdiscere poteris, à Docto. etiam in ca. 1. eo. tit. in 6. & Anan. consi. 96. colum. 2, versi. constat. Verùm * 35
postquam legitimè substituisset, ille amplius procurator non remaneret, Felin. in cap. in literis, colum. tertia, versi. vide Bald. de offic. delegat. quia in substitutum translata potestas est. Gloss. in ca. 1. in versi. substituendi, de procur, in 6. & Rota decis. 146. in not. Quod cum temperamento erit intelligendum, nisi substituendi mandatum habuisset atque etiam revocandi, onusque in se assumendi, vt Rota tradit decis. 184. si procurator, in no. Sed illud silentio non involuam, quòd * 36
substitutus per contestationem litis, ob quam ipsius dominus est effectus substituere etiam potest. Rota decis. 122. procurator substitutus, & dec. 146 substitutus in no. traditq; post alios Ias. in l. nihil. & in l. nulla. C. de procur. Quinimò si ab dilis fuerit contestata, post quam merita causse substitutus pertractauerit, dominus litis effectus est, sicq; substituere poterit, argumento Clem. sæpe de verb. sign. vbi in causis summarijs litis contestatio non requiritur, & nihilo secius procurator per merita causse factus dominus litis substituere Com. opi.
permittitur, & hæc sententia, explosa Bar. opinione, crebriore calculo approbatur Iasone teste in d. l. nihil. num. 1. Nico. Anto. Graue.

Admittit.) Huc spectant, quæ in proximioris annotationis calce diximus. e

Sed an.) Quòd in generalibus mandatis causse beneficia- f

lia

les inclinantur, attestatur Mil. in verbo Procurator potest esse laicus, & tradit Rota deci. 385. Fuit dubitatum, in no. & si eadem oppositum in antiq. decidat, vti patet deci. 7[illegible] sciendum, cui adhæret Lap. allega. 69. vbi rem hanc subtiliter disserit. Nicol. Anto. Graua.

g 38 Extendetur.) Non tamen desunt, qui aperto marte ingrediantur, contrariumq; contendant, futuras* scilicet caussas, sub verbo collectiuo, omnes, nequaquam comprehendi, inter quos Accurs. Bar. alijque multi in l. omnem, ff. de procur. & aliàs Rota hanc consectata est opinionem in deci. 563 Vtrum procurator cum generale, in antiq. quamuis contrarium in nouis eidē visum fuerit, vt liquet deci. 413. per Vestr. alleg. in no. sed tu hac de re Felin. videas in capit. relatum, in 6. diff. de offic. delega. & Vant. multas in vtranque partem coaceruantem auctoritates, de null. sent. ex defe. inhab. seu mandat. numero 98. Veruntamen eadem Rota alibi fodere distinctionis vtramque opinionem concordauit, vt est legere decis. 19 fuit dubitatum vtrum in add in no vbi videas, & Alexand. in add. ad Bar. in l. damni infecti. §. si in qui ita, vers Futuras caussas, ff. de dam. infect. cuius auctoritate Rota determinauit, mandatum ad omnes & singulas caussas, comprehendere etiam futuras, vt Papaz. testatur in suis annotationibus ad decis. Rotæ. i. de procur. 6. Cum temperamento tamen hoc erit intelligendum, nisi caussæ speciale mandatum requirerent, illæ vtique sub generali mandato non comprehenderentur, veluti egregiè docent Aegid decis. 5. & Felinus in capit: coram. de offic. delega. & capit. sedes, numero 32. de rescrip. Quod vltimum quoque & limitationem admittit planè memoriæ commendandam, locum sibi haud vendicare, quando generale mandatum frustratorium redderetur, tunc etenim comprehenderet speciale, sine quo

Com. opi. inutile esset, Bar. in l. indebitum ff. de cond. indeb. & in l. cū procur. ff. de noui oper. nunc & est communis opinio, Curtio attestante in l. 2. vn. 43. ff. de iurisd. omn. iud. Nic. Anto. Grauat.

Illud

Illud quoque.) *Et ratio ea est, quia* * *mandatum procuratorium nequaquam extendendum est, idcirco contra alias personas in eo non expressas agere minimè permittitur. c. ad agendum. de procur. in 6 Clem. non potest. eod. Guid. Pap. deci. 21. de iure.* h 3

Generaliter.) *Huc autem vergit, quòd infrà ca. 2. lib. 1. sub lit. F. adnotauimus.* i

De petitorio, ac possessorio, ac vlterius suspensione.

CAP. VLT.

SVMMARIVM.

1 *Caussa simpliciter commissa, censetur tam super petitorio, quàm possessorio.*

2 *Petitorium quãdo suspendi possit, & vsq; ad quod tempus, & an suspensio deinde reuocari queat, & quid operetur suspensio? multaq; de ipsius materia. & num. 3.*

4 *Petitorium etiam post litem contestatam suspendi potest, & in solo possessorio agi.*

5 *Petitorium actor suspendere non potest, & in possessorio retinendæ agere.*

6 *Petitorio suspenso, si iudex sententiam protulerit, erit nulla.*

GEneraliter * verò, vbi quis commissionem super beneficio, vel alia re simpliciter impetraret, & caussam, vt supra introduxerit, nec aliàs se ad alterum restringat, causa censebitur tam super possessione, quam super proprietate commissa & introducta, Caussa deci. 9. de cau. poss. & proprieta. Aegid. concluſi. 606. 1

conclu-

conclusio.d.poss.& proprietat. & ratio videtur in promptu, quia licet possessorium & petitorium sint duæ caussæ æquè principaliter, & se inuicem non contingentes. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. si tamen faciam relationem de vna ad aliam, petitorium videtur principalius, & trahit ad se possessorium. c. cum ecclesia. ca. cum dilectus de cau. poss. & propri. quod etiam ampliatur, vbi causa non committeretur expressè super beneficio vel alia re, sed ad preces possessoris super iactationibus & molestationibus, censeretur enim tunc causa quoq; negocij principalis commissa, & tam possessionis, quàm proprietatis Cassa. d. decis. 9. de cau. poss. & proprie. nu. 8.

a Nec* poterit super altero quis processum impedire, ac vtrunque vnica sententia expedietur iuxta regulam. c. cum dilectus de ca. poss. & proprie. nisi alterum expressè suspenderetur, quæ in caussa vt præmittitur commissa admitteretur

a Cassa. ibi. num. 8. a Quo casu consueuit fieri cedula quædam suspensionis alterius negocij, cuius cedulæ formam licebit videre apud libellos, cui formularij procuratorum & aduocatorum nomen inscribitur.

Quæ tamen suspensio non est generaliter permissa, sed vsque ad conclusionem tantùm & non post, Rota decisi. 69. nota quòd in caussa de cau. poss. & proprie. in antiq. admittitur tamen post modum lata sententia in caussa appellationis, Rota ibidem amplius non admitteretur etiam, vbi reus iam probasset ius habere in proprietate. Rota ibidem, minusq́ue post indictas vacationes fieri poterit ad effectum, vt in possessorio proce-

deretur, tanquam in casu excepto, in ipsa vacationum indictione, Rota decis. 140. in no. de can. poss. & propriet. & de fer. tempo. & 94. in antiq. not. quòd tempore feriarum de feriis.

Admoneo tamen, quòd si ab vna parte fiat, ad aliam quoque extendi solet, ac ab vtraque parte facta censebitur. Rota in antiq. decis 625. si auditor de caussa possessio. & proprie, amplius quòd hæc suspensio poterit quandocunque reuocari, & ad pristinum iudicij statum reuerti, idque etiam tacitè, vt pote si quis post suspensionem simpliciter daret materias vel scripturas negocium suspensum concernentes, censeretur enim tunc à suspensione recessum, etiam si in suspensione ipsa fuisset suspendens protestatus, quòd non intendebat à suspensione recedere, nisi hoc exprimeret, per actum suspensioni contrarium, videretur à protestatione recessum, ad not. in ca. m. de constit. ca. solicitudinem de appellat. Rot. decis. 250 si suspendens de caus. poss. & proprie.

Sed & maius dubium est, Vtrum is, qui semel suspendit, & postmodum reuocata suspensione ad negocium suspensum redijt, poterit iterum illud idem negocium suspendere; & Collect. d. deci. 250. in no. mouet, nec aliàs dissoluit.

Omni tamen casu, quod suspensio de vna parte facta sit, si altera commissionem impetret, vt iudex suspensione non obstante super vtroque procedat, poterit nihilominus iudex super possessione prius pronunciare, si de ea prius liquebit. Nec superflua erit commissio, quæ non prohibet, quin iudex possit super altera duntaxat iudicare, sed conceditur, vt super vtroque possit,

vbi aliàs non poterat obstante suspensione. Sicque impedimentum suspensionis tantum remouet. Aegi. conclu. 506. quod de quæstione, de ordi. cognitio.

Denique & aliud quoque operabitur hæc suspensio, vt in secunda fiat instantia, suspendit quoque effectum iurium in prima productorum quæ & si satis aliàs essent ad discolorandum titulum actoris in iudicio possessorio, si superueniat suspensio, impedit, ne possint suum effectum facere, nec aliàs inseruiunt reo ad discolorandum titulum actoris in iudicio possessorio. Rota decis. 593. A. de cau. poss. & proprie. in not. & sic remouet obstaculum iurium pro parte rei productorum quantum discolorant titulum actoris, non autem inquantum probarent de proprio iure rei, quia hoc casu non solùm non impediret suspensio earum effectum, verùm nec admitteretur. Rota d. decis. 69. no. quod in causa de cau. poss. & proprie. in antiq.

ANNOTATIONES.

2 Quo casu.) *Formul. termi. legas pag. 47. & 48. vi*

3 * *petitorium intentatum & intentandum suspendi possit, & in solo possessorio procedi, ibique ne capiamur, vulgaris illam cautelam docet, quòd dum articulos formamus, protestemur, quòd si petitorium saperent, ad illud ornandum, seu colorandum (ita enim nostri dicunt) illos facimus, & non aliter. Vide ibi, nam latius materia examinatur, de qua in ea, pastoralis, de causs. poss. & proprie. & in Clemen. vna. eod. titu. & vtrobique scrib. Quod quidem* * *petitorium reus in*

4 *possessorio agere volens, post litem etiam contestatam suspendere potest, veluti post cæteros Ripa docet in l. naturaliter, §. mihi commune, num. 161. ff. de acquiren. poss. qui hanc opi-*

nionem

nionem communem esse affirmat, quamuis Alexan. eo loci. Com.opi.
num.85.controuersetur, & receptiorem esse dicat legistarũ opinionem, quæ in contrarium se habet, cui Iaſ. inibi nume. 137. se subscribit, fatetur tamen priorem in beneficialibus, posteriorem verò in aliis causis locum obtinere. Qua de re videas Alexand. & Iaſo in l. 1 C de carbon. edicto, vbi latè etiam disserunt, & Couarru. lib. 1 reſo. cap. 16. vbi distinctionis fœdere opiniones reconciliare nititur, eos ergo legito, nam adeò patens est campus iste, vt longiores possent effici commentarij. Cæterùm † actor petitorium differre siue sus- 5
pendere non potest, & possessorium retinendæ proponere, vt apud Ripam ibi, nume 154. legere est, hanc communem esse opinionem affirmantem. Sed hoc vnum, vt ad libri huius quarti vmbilicum deueniam, prætermittendum minimè duxi, quod si iudex suspenso petitorio sententiam dixerit, ea quidem ipso iure nullius erit momenti, vt definit Aegid. decis. 98. sentent. & decis. 557 & 569. nisi per rescriptum principis sibi quis consuluisset. Nico. Ant. Graua. Com.opi.

LIBER V.

DE CAVSSIS EX NATVRA CAVSSÆ, vel ex Principis rescripto summarijs.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 Causse sui natura summaria, quæ sint, & quæ ex nocentianæ bullæ dispositione.

2 Causa vbi semel summariè committatur, semper in sequioribus etiam instantijs summaria durat.

3 Causa beneficialis aliquando non est summaria, vt cum de proprietate agitur.

4 *Titulus & proprietas Ecclesiæ in quo inter se differant.*

5 *Possessorium caussæ beneficialis, aut spiritualis, nõ dicitur spirituale, sed temporale.*

6 *Iudex sæcularis an super possessorio beneficij, aut alicuius rei spiritualis cognoscere possit, demonstratur*

7 *Clausula summariè, simpliciter &c. quanta sit efficaciæ.*

8 *Citatio, quia de iure naturali est, omitti non potest.*

INtroducta iam caussa in Rom. cur. altero ex præscriptis modis, modò instruere oportet mi Pellæe, qualis erit in iudicijs procedendi tela. Processus enim de iure, & in obseruatione terminorum ex stylo sacri palatij difformis est
a secundum naturam caussarum. a Quia* si caussa
1 sit beneficialis, matrimonialis, vsurarum, vel decimarum, est de sui natura summaria, ad Clem. dispen. de iud. Si verò caussa sit prophana, viduarum tamen vel pupillorum, vel si aliarum personarum, valorem tamen quingentorum non excedat, & processus erit ex dispositione Bullæ innocentianæ summarius arbitrio Auditoris, & de consensu aliorum coadiutorum ad d. extrauag. seu constitut. Innocen. 6. quòd si caussa aliàs
b sit ordinaria, rescribat nihilominus b Princeps suo rescripto caussam summariè simpliciter, &c. tractandam, modus procedendi in similibus traditur de iure in Clem. sæpè de verbor. significa. in extrauagan. ad reprimendum quo. in crim. læsæ maiest. pro. & vtrobique notatur. Concedit

dit autem Signatura summàrium, hunc processum passim omnibus petentibus, nisi causa iniuriarum esset, Cassad. decis. 7. de rescript. Estque adeò frequens in hoc vsus ac stylus Regentis cancellariæ, ad quem hoc scribendi ac extendendi munus spectat; vt vbi similis summarius processus patitur in sui rescripti extensione non apponeret verbum summariè, solemus id incuriæ potius, & obliuioni ipsius regentis adscribere, quàm coniectari quòd voluerit negare. Quamobrem consueuit Rota, ante, vel etiam post sententiam, citata parte, mandare corrigi, & auditor tunc ad Regentem destinare solet notarium actuarium citata parte ad interessendum, & Regens indifferenter corrigit, & verbum illud summariè suo rescripto addit, qui si negaret, seruaret nihilominus Rota, processum sic summariè factum. Cassa. decis. 7. de rescript. c Et* vbi causa semel summariè committatur, semper summaria durat, etiam in sequioribus instantijs, tametsi in earum commissionibus nihil de summario processu dicatur, qui summarius processus, semel concessus, nedum ad sequiores instantias, verumetam ad alios iudices in causa surrogatos extendi solet, Cassa. decis. 8. de rescript. c 2

ANNOTATIONES.

Quia si.) *Intelligas beneficiales* causas esse summarias, quando super possessorio, aut titulo siue collatione beneficij lis agitur secus tamen si super proprietate, vt puta, cùm episcopus Ecclesiam suæ diœcesi vnire velit, illam contendēs subditam, aliquid vel iuris in ea habere; tunc etenim, quia super proprietate controuertitur, ordinario res erit discutiēda iu-* a 3

da iudicio. Card. in Clem. dispendiosam. quæst. 8. de iudic. Bal. in l. cum seruum. §. item si ageretur. C. de ser. fug. accedat Gloss. in cap. eum qui, in verbo vitiosus. de eo qui mit. in poss. lib. 6. & Abb. in cap. contigit, col. 3. in fin. de dolo et contu. vbi, quæ * nam sit differentia inter titulum & proprietatem ecclesiæ, habebis, vide etiam Vest. infrà capu. 4 versic. quod si caussa. & Formul. vari. commis. pagina 5. vo lum. 4. propè finem. Et quando * agitur possessorio super be. neficio ecclesiastico ad illius recuperandam possessionem, in spiritualis caussa non dicitur, sed temporalis, Gloss. Abb. & recentiores in cap. dilecti, col. pen. de elect. & in cap. litera. de iudic. Card. in d. Clemen. dispendiosam. quæst. 10. vbi. 5 fert, quòd tunc agens titulum beneficij ostendere nequaq tenetur, de quo etiã per Meran. in praxi 4. par. in 13. diss. 3. & 4. Et quòd * possessorium caussæ spiritualis non sit spirituale, vsque adeò, vt in materia possessoria pro beneficijs, 6 aliisque rebus spiritualibus coram iudice seculari agi possit, non semel in Principum auditorijs decisum fuisse legitur, vt luti patet ex Guid. Papæ decis. 1. & 85. & 552. Affl. mos vbi etiam in loco, vt est legere decis. 2. & 24. & 85. Gram. decis. 68. atque Boerio decis. 69. num. 23. huic etiam sententiæ imituntur Guliel. Bened. in cap. Reinutius, nume. 330. cum seq. de testamen. Aufre. in Clemen. 1. in 2. reg. fallen. 24. de offic. ord. August. Bero in rubr. de iudic. nume. 51. cum seq. latè Ioann. Gall. quæst. 155. & Couarru. qui plura congerit Com. opi. lib. Pract. quæst. ca. 35. Et in epit. 4. ca. 8. §. 12. nume. 3. vbi post Ias. in l. quoties, num. 6. C. de iudic. communem opinionem esse affirmat, quod iudex secularis in caussa matrimoniali aut vsuraria, in materia tamen facti cognoscere possit, non tamen si quæstio esset super iure, veluti Doctores tradunt in cap. tuam, de ordin. cognit. & in cap. cùm sit generale, de foro compet. & in l. Titia, præsertim Alexan. ff. solut matr. & hanc opinionem seruat eorsuetudo teste Iasone, citato loco, Verùm Ambros. Vign. in cap. salubriter. numero

125. de vsur. cum temperamento intelligendam hanc esse opinionem dicit, nisi à iudice Ecclesiastico inhibitio iudici seculari facta fuerit. Quæ quidem communis sententia, vendicat sibi locum in quacunque causa spirituali, dummodo sum: mariè ac de plano sine discussione liquere possit, vt ex prædictis appareat, & ex Decio maximè in allegato cap. primo, de iudic. qui hanc esse communem sententiam asserit. Nic. Ant. Grauatius.

Com. opi.

Princeps.) Clausula * summariè simpliciter &c. quãte sit efficacie, apud Alexand. videbis consi. 6. libr. 3. Rom. consi. 20. Soc. consi 12. lib. 1. Corn. consi. 243. lib. 4. & Ias. in l. certi conditio. §. si nummos. nu. 32. ff. si cert. peta. Quibus in locis omnes iuris ciuilis solemnitates esse sublatas docemur, præter ipsam * citationem, quæ de iure naturali est, quæque omitti non potest. vt Socin. allegat. consil. animaduertit. Nec non ipsas præter necessarias probationes, quæ itidem præteriri nequeunt, cùm sit iuris Diuini. cap. nouit, de iudic. & habetur Matth. cap. 18. quibus accedant dicta per Fel. in cap dilecti. de iudic. Nic. Anto Graua.

b 7

8

Et vbi.) Adde Aegid. decis. 41. si Papa. Cassa. decis. 8. num. 5. de rescrip. Ias. in rubr. C. qui admit. num. 3. Old. consil. 255. contra prouisionem. Fel. in cap. vlti. num. 10. de iudic. est text. in l. ita demum. vbi Bart. & alij. C. de procur. Nico. Anto. Grauatius.

c

De dilationibus ac terminorum sacri Palatij obseruatione in quauis causa.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 Termini substantiales iudicij, in sacro palatio quatuor sunt, qui si omitterentur, sententia nullius esset momenti.

2 Citatio ad sententiã necessaria est, etiamsi princi-

pia sententia esset. & num 6.

3 Iuramentum calumniæ omitti potest, si pars illud non petat.

4 Terminus ad dicendum contra producta, vbi necessarius est.

5 Articulorum in admissione pars est citanda.

6 Citatio ad sententiam an debeat cum peremptorio fieri.

7 Termini omnes post litem contestatam sunt peremptorij.

8 Citatio ad sententiã fieri debet, & non ad audiendum voluntatem iudicis, siue curiæ intentionem, aliàs sententia est nulla.

9 Sententia parte instante proferri debet, aliàs est nulla. fallit tamen.

10 Libellus, etsi in summarijs non requiratur, requiritur tamen aliqualis petitio, limitatur tamen.

11 Iuramentum calumniæ tacitè remitti potest, expressè autem, nullatenus.

12 Iuramentum calumniæ est de iure Diuino.

13 Iurare de calumnia quando quis cogi non possit.

14 Iuramentum calumniæ in quacunque parte iudicij peti potest.

15 Procurator in animam propriam de calumnia iurare tenetur, & quando specialè habet mandatum, in animam domini, aliàs minimè.

16 Iuramentum calumniæ petitum, est de substantia iudicij, & propter illud non præstitum, iudicium redderetur nullum.

SED quales erunt dilationes, ac futura erit in causis terminorum obseruatio ex stylo fori

eri Palatij satis traditur eo libello, qui præ manibus notariorum titulus inscribitur, causa sit beneficialis, vel aliàs summaria, seu prophana, vel aliàs ordinaria. Verùm quicquid sit, id omne ad frugiorem instructionem tuam repetam hîc sub compendio. In causis igitur vel de iure, vel ex Principis rescripto summarijs, Aegid. tradit conclu. 27. de iudi. & dila. Tres tantùm esse terminos siue dilationes, quasi de substantia ipsius iudicij obseruandos, nempe Ad ponendum, ad Articulandum, & Producendum omnia. Verùm* hodiè quatuor erunt, & nostra ætas tertio addidit quartum, *a* nempe ad Dicendum contra producta. Quatuor igitur erunt termini de substantia sine termino ad sententiã, *b* qui* in causa non aliàs inter dilationes computantur, tanquam necessarius pro vocatione partis ad sententiã, c. 1. de cau. poss. & proprie. l. de vnoquoque, ff. de re iudi. idque *c* etiam si esset Principis sententia clemen. pastoralis de re iud. Abb. in ca. venerabilem de electio. col. 3. *d* Hi quatuor termini si omitterentur, sententia esset nulla, secùs verò si alij, quos tamen cautius erit obseruasse, vtpote, ad libellandum, ad declarandum, & iurandum de calumnia. omissi tamen non vitiabunt processum, nec terminus ad libellandum, *e* quia in summarijs sine libello proceditur, d. clemen. sæpè, de verb. significatio. nec alius ad declarandum, quia non est de substantia, sed contingens tantùm, vt infrà dicemus. Non denique vltimus ad iurandum de calumnia, quia similiter contingens est; *f* etsi* pars non petat, poterit hoc iuramentum omitti, ca. 1. de iura. calum. in vi. Sunt autem omnes termini prædicti in prima in-

1
a
b
a
c
d
e
f
g

ma instantia longiores, & in succedaneis brevio-
res, prout infrà dicemus, & poterit fusius pos
libellum terminorum Rotæ videre.

ANNOTATIONES.

a Nempe ad dicendum.) *Et iure quidē optimo. No-*

4 ** quanti refert, terminum præfigi ad dicendum contra pro-*
ducta à Bart. docemur ad Reprim. in verb. de plano, vbi
quit, quòd tunc ea, quæ in iudicio producuntur, in actis ess
intelliguntur, quando ad dicendum contra producta alter
sarius citatus fuit: & Bartholo inhæret Roman. cons. 59.
Et hæc opinio pro stylo in Rom. Curia seruatur, vt Gom.
tradit in reg. de annali poss. quæstio. 4. versicul. quinta
& declarant Aegid. decis. 28. Termini. Rota decis. 30 &
decis. 93. iudex, in no. & latè Felin. in cap. in nomine Dom-
ni, nu. 31. de test. & Vant. de null. sent. ex def. cit. nu. 55. D-

5 *xit que * Dec. in d. c. in nomine Domini, num. 34. cum*
nem esse opinionem, quòd in admissione articulorum par-
Com.opi. *tari debeat, quicquid è regione dixerit Abb. qui in proxim*
ne tantùm partem citari debere arbitratus est. Nicolau
Anton. Granatius.

b Qui in causa.) *Necessariò * citationem ad sente-*

6 *tiam fieri debere, aliàs eam nullius esse momenti, Prædic-*
runt Rota decis. 342. retento in no. Capic. decis. 1. num. 3.
Felin. in cap. consuluit, numero 16. de offi. deleg. vbi Dec.
nume. 13. & Vant. in loco proximè citato num. 56. & sic
semper perpetuum nō fit, vt ex Capicio, quo suprà habetur.
Regulariter enim vtraque parte præsente sententia profe-
renda est, vel altera in alterius tamen citatæ contumaciam
de vnoquoque, vbi Docto. ff. de re iudi. adeò, quòd Bald. di-
xit in l. prima, colum. 5. versic. prædicta, & versicu. qua si
tum fuit. C. de his, quæ pœn. nom. Sententiam prolatam v-
traque parte absente nullam esse, etiamsi in principio partis
adfuissent. si tamen, antequam tota legatur, abijssent, quam-
uis hoc cum temperamento intelligendum erit, nisi forte

et

ex officio procederet, nam tunc, vtraque absente parte, sententiam ferre potest, sic. apud gloss. scriptum legimus in c. cupientes, §. quod si per 20. de elect. in 6. & Angel. in l. si quis liber, ff. de peti. hæred. Et vsque eò citatio ad sententiam necessaria est, quòd si in absentis fauorem (non tamen citati) ea proferatur, ipso iure non valeret. Ias. qui & alios aduocati in l. furioso, numero 3. ff. de re iudic. vbi hanc opinionem communem esse affirmat, atque etiam in l. nequicquam, §. vbi decretum uum. 48. ff. de offi. procons. Quod fermè procedit nedum in diffinitiua, sed in interloquutoria sententia, dummodo præiudicialis sit, vt idem Ias. scriptum reliquit, dicens inter interpretes receptiorem esse sententiam in d. §. vbi decretum, numero 23. Quam tamen egregiè limitat, nisi partes in ipsius sententiæ prolatione adessent, tunc etenim ipsis inuitis, alia alsque citatione, proferri sententia potest, & hæc est communis scribentium conclusio, etsi nonnulli ab ea desciscant, veluti Ias. est testis præcitato loco, numero 36 quam amplectitur Capic. decis. 1. numero 37. pro cuius quidem communis opin. robore confert, & altera communibus suffragijs recepta opinio per Felinum relata in capit. 1. numero 19. de iudic. vbi præsens in iudicio libellum recipere cogitur, & si ad hunc effectum citatus fuerit minimè, verùm ad respondendum, nisi prius fuerit instructus, non compellitur. Quæ * quidem citatio ad sententiam, peremptorium, vel æquipollens, vt puta commi- 6
nationem continere debet, aliter nullam esse sententiam probat text. in l. ad peremptoriam, ff. de iudic. vbi Docto. & traditur per Specul. titul. de citat. §. viso versicul. quid si lata. And. Iser. in constitut. reg. Neap. incip. In ciuilibus vbi etiam Afflict. & Dec. post Abb. in dicto cap. consuluit, numero 12. quod sanè locum habere intelligas in causis ordinarijs. secùs verò in summarijs, in quibus peremptorij solemnitas haud quaquam requiritur. Clemen. sæpè, vbi omnes, in ver. peremptoriæ, de verborum significatio. Afflict.

Com. opi.

Com. opi.

Com. opi.

Com. opi.

const. Neap. Inconsutilem, colum pen. Mathesil. singu. in
Dec. eo quem citauimus loco. Ad ipse crediderim, (si non
cœlum non esset ponere) quòd in ordinarijs etiam pere
ptorium in citatione ad sententiam necessariò non requi
& illud est in caussa, quod me mouet. Nam † post litis
testationem termini omnes sunt peremptorij, per Rota
cisione 245, licet in caussa in no. Felin. in cap. consuluit,
offi deleg præsertim quando à lege, vel statuto illi præ
tur, tunc enim licet nihil dicatur, tamen peremptorij
telliguntur, vt Gomes. prodidit in regu. de annali. quæs
72. numero 2 & Alfon. Sotius adstipulatur super 34 reg
Innocentij 8. columna finali, ergo si in citatione pere
rium omittatur, illud subintelligitur. Vnde non abre
prævaluit in Romana Curia, peremptorium in citatione
non apponi. vti Vant. ait de null. sent. ex def. ciat. numer
centesimo quarto, & meminit quoque Vestr. præcedens
bri capite secundo finem versus, vbi in beneficialibus
remptorium à lege, in profanis ex Romanæ Curiæ stylo
intelligi dixit. Ex his liquet, citationem ad sententiam
necessariam, nisi vsu aliter receptum esset, veluti in
illo consilio Neapolitano toto orbe celeberrimo, vbi
mittitur citatio, sed illa nempe ratione, de qua apud
eiusdem consilij sententiarum doctissimum scriptorem,
bilissimumque compilatorem, decisione 283. numero
& Maran in praxi, in sexta part. versicu. citatio. numero
cimo. In Romana tamen Curia nequaquam Patres
risconsultissimi talem citationem missam facere
sunt, nisi in postremis audientijs cùm feriæ generales
instant, Rota decis. 755. Sciendum est, quòd in vacationi
8 antiqu. & Vant. quo supra loco Quam quidem † citatione
facere oportet ad sententiam, & non ad audiendam
voluntatem, vt Felinus & Decius admonent in dicta
pitu. consuluit ille numero decimo sexto, hic verò decimo
tertio, & Maran. vbi suprà numero 70. aliter si fieret, non
valere sententiam ab Rota docemur decisio. 342. Rotæ
in nó. Capic. dict. decisione prima, atque Compilatore
Form. term. pag 61. col. secunda Sed illud iam postremo
9 eo negligendum non erit. Quod * sententia ipsa instante

hore, aut reo proferri debet, nullum alias robur haberet, vt Bart. Ang. Imol. & plerique omnes autumant in d l. de vnoquoque, idemque Bart. & alij in l. vna, C. vt quæ def. ad hoc. & eleganter Ias. tradit in l. properandum, §. etsi quidem numero 5. C de iudi. vbi ad hoc quatuor subnectit limitationes, inter quas, quod Pontifex causſa ad ipſum deuoluta, ſententiam abſque partium requiſitione ferre poteſt, per tot. cupientes, §. cæterùm, vbi Ioan. And. de elect. in 6. Itemq; quando ambæ partes adſunt. & ſententia pro actore proferetur, nam tunc ſufficit illa generalis petitio in libello facta, pro ſe, ſcilicet ſententiam ferri, vt Bald. & Paul. Caſt in d l. vna. Nicol. Anton. Grana.

Etiamſi.) Huc accedunt, quæ à Maran. citato loco nu. 10 ſcribuntur, & à Georg. Nat. qui cumulatiſſimè rem ediſſerit in clemen. ſæpè, §. & quia, col. 23. tum ſequen. de verbor. ſig. c

Hi quatuor.) Vide, quæ in ſequenti capite adnotauimus. d

Quia in ſummarijs.) Requiritur * tamen aliqualis petitio, quæ facti narrationem comprehendat, quam etiam ſolo verbo fieri poſſe, ac demum per notarium in actis redigi, declarant Lanfr. in alleg. clemen. ſæpè, in ver. libellus, Alexand. conſil. 50. libro 2. Corn. conſilio 62. libro 1. & latè Maran. in praxi in 4 part. 9 diſtinct. num. 12. cum ſequen. Limita tamen, niſi à reo peteretur, vt libellus in ſcriptis offeratur, veluti Ant. Trem. ait, in add. ad praxim Banac. tit. de excep. imped. exeq numero 17. vbi hanc opinionem receptiorem affirmat. Nicol. Anto. Grauatius. e 10

Etſi pars.) Iuramentum * Calumniæ ſi non petatur, tacitè remiſſum eſſe cenſetur, Hoſt. in Summa titul. de litecontc. num. 3. & proceſſus dein agitatus valebit, ca. 1. de iura. cal. in 6. Bar. & Bald. in l. fin. eod titu. cæterùm expreſsè nullatenus remitti poteſt, aliàs proceſſus ipſo iure nullus redderetur, l. 2. § ſed veremur, vbi Bart. & Bald. & reliqui C. de iur. cal. Eſt † enim hoc iuramentum de iure naturali & diuino, vt Ioan Bapt. Peru ait, in tract. de Arbit. ca. 10. numero ſimiliter 10. & habetur. Exod. c. 22. & in ca. etſi Chriſtus, f Com. opi. 11 12

13 stus, de iureiur. Verùm * si aduersarius perfectissimum probauerit intentionem, de calumnia iurare obstringi nequaquam potest, vt est Bald. egregium dictum in ca. 2. de proba. quod Ias. veluti singulare admodum commendat, in

14 admonendi, num. 81. in posteriore lectura, ff. de iureiu. si in litis contestatione hoc iuramentum minimè præstitum fuerit, in quacunque parte iudicij illud peti posse eo loci l. declarat, per c. 2. de iuramen. cal. in 6. etiam post conclusionem in causa, vt Bald. affirmat in l. 1. in fin. C. de iurem. calum. cui Maran. adstipulatur in praxi. in 6. par. in prima actu nu. 3. verum gloss. vlt. in fin. in cap. ex literis, de iureiur. oppositum voluit scilicet post conclusionem nequaquam hoc calumniæ iusiurandum præstari posse, & hæc glossa opinio communiter à Doctoribus recipitur, teste Cur. in dict. admonendi, numero 75. Verùm de illo Bald. dicto in cit. c. 2. Ias. in l. iusiurandum & ad pecunias, §. qui iusiurandum, in 1. not. eod. titul. nonnihil dubitare videtur, necnon & Catal. Cot. in memor. in verb. iuramentum calumniæ, quod tamen plurimùm conducunt dicta per Abb. & Felin. in dicto cap. 2. Et sic erit limitatio ad dict. ca. 2. de iuramen. cal. in 6. vbi iusiurandum hoc si præstitum non fuerit, quandocunque à iudice deferri posse sancitur, quod tamen, vt modò diximus, ante conclusionem præstari posse intelligo.

Com. opi.

15 Procurator * autem hac in re, nomine proprio, atq; in ipsius animam de calumnia iurare tenetur, verùm si speciale à domino habebit mandatum, in animam domini iurabit, aliasque speciali minimè posset, vt communis Barto. cæterorumque est conclusio in d. l. 2. §. vlt. & tradit Specul. eod. titu. §. restat. Cæterùm, quid in huiusmodi iuramento Romana Curia obseruet, videbis suprà ab authore notatum, li. 4. cap. pen. in fi. & in seq. etiam lib. cap. pen. in ver. qualiter materiæ. Et hoc * calumniæ iuramentum quotiescunque

16 à parte petatur, est de substantia iudicij, vsq; eò si illud non præsteiur, in quibuscunq; causis etiam summarijs iudicium

non valebit d.c.1. & Rot. decis. 660. dic quod si. & 644. no. quod si, in antiqu. & est communis opinio, vt ex Vant. habetur de null. sent. ex def. proces. num. 29. vbi etiam post Rot per Fastol. caus. 26. dub. 50. notandum esse admonet, quòd ad iurandum de calumnia non est quis compellendus, antequam exemplum actorum (si modo id petitum fuerit) illi non fuerit decretum atque exhibitum. Nicola. Antonius Granatius. Com. opi.

De terminorum obseruatione in caussa beneficiali in quauis eius instantia.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 Termini octo sunt, qui in caussa beneficiali obseruantur, & num. 2.

3 Terminus, ad producendum omnia, an loco conclusionis habeatur.

4 Stylus fori, in quo causæ ventilantur, & non curiæ delegantis obseruandus est.

5 Stylo Romanæ Curiæ adhærere debemus.

6 Sententia contra stylum lata, est nulla.

Ad dicendum contra commissionem.
Ad libellandum,
Ad declarandum,
Ad iurandũ de calumnia. } Singuli ad primã.
Ad articulandum, Ad duodecimam.
Ad dicẽdũ cõtra articulos,
Ad producendum omnia. } Singuli ad secundã
Ad dicẽdũ cõtra producta.

Eodẽq; ordine seruari debẽt vnus post alterũ, prout suprà descripsi, prẽter terminos ad declarandũ & iuramentũ de calumnia, quos vt iungerem cum alijs, qui tẽpus ad primam desiderant,

extra

extra ordinem notaui, post alios omnes seruari solent.

In secunda instantia omnes termini prædicti seruantur ad primam diem, excepto termino ad articulandum, qui seruatur ad octauam.

In tertia instantia ijdem termini omnes seruantur ad primam, excepto termino ad articulandum, qui seruatur ad sextam.

ANNOTATIONES.

A D articulandum.) *De terminorum* obseruatione in caussa beneficiali aut spirituali, Vant. legas de nul. sent. ex def. proces. numero 57. cum sequentibus, & eò loci numero 59 quatuor habes ex omnibus substantiales terminos esse. Ad articulandum scilicet, Ad dicendum cōtra articulos, Ad producendum omnia. Et dicendum contra producta, qui si omitterentur, eorum vel ordo inuerteretur, processus non valeret. Rot. decisione tricesima tertia, & decis. 90. in no. Cassad. decis. secunda, de iudic & Vant. vbi supra qui & alias citat auctoritates. Reliquos verò terminos obseruare, cautius erit, licet, si dimittantur, nequaquam processus nullus redderetur, teste Cassad. decis. 8. numero 6. de rescript. quam quidem terminorum obseruationem late etiam pertractatam videbis apud Form. vari. commiss. fol. 6. colum. 3 & pag. 17. colum. 4. atque etiam Form. termi. fol. 2 colum prima, tum quoque apud Form. aduoc. circa prin. capit. 22 & 34. Mil. in verb. termini. & Ant. Mar. Papæ in suis additamentis ad decis. Rot. 2. de rescrip. vbi ad finem vsque affatim rem hanc explicat, ibique numero 8. testatum reliquit, quòd termini ad respondendū libello, & litem contestandum, & ducendum contra declarationes, atque ad dicendum contra appellationem obsoleuerunt, iam & recesserunt ab aula, qua de re etiam nonnihil apud Card. in clemen. 1. & in 2. opp. de excep. vbi † an terminus ad producendum omnia loco conclusionis habeatur. Sed hoc vnum non prætermittam, quòd in concernentibus processum stylus † fori, in quo caussæ ventilantur, non autem curiæ delegantis*

legantis seruandus est, vt Aegid. ait decis. 78. super appellatione & decis. 82. si Papa. Fori enim consuetudo seruanda est, l. 3. in fin. ff. de testam. Specu. titu. de sent. §. qualiter, columm. prima, Dec. consi. 402. & 655. Bertran. consi. 377. numero septimo, libro primo, & iterum consi. 24. num. quarto, libro secundo & rursus consilio 214. numero 7. libro 3. Marsi. sing. 118. stylus. Cassan. cons. 67. numero 57. Afflict. decis. 79. numero 4. Cassad. decis. 7. numero 4. de rescript. Rochus Curt. in tract. de consue. nu. 759. vsque ad 768. & Nico. Euerar. in locis legal. loco. 19. & est communis opinio, vt ex prædictis patet, & per Docto. in cap. quod clericis, de foro competen. Felinus in cap. caussam loci, de rescript. & Afflict. in præludijs Const. reg. Neap. in quæstio. 9. columna secunda, & vsque adeò curiæ stylus seruandus, vt si * sententia contra stylum proferatur, nullius sit roboris & momenti, Ias. in authen. iubemus, C. de iudic. Guid. Pap. decis. 292. Cassan. in consuet. Burg. in proœm. numero 17. quodque de stylo diximus, intelligas de antiquo, atque vsu recepto, non autem vario, per ea, quæ scribunt Felin. in cap. Rodulphus, §. cæterùm, column. secunda, de rescript. Cur. in l. more. ff. de iurisdict. omn. iud. & Ioan. Neuiz. in sua syl. nup. libro tertio tit. est nuben. aliàs monitoriæ, numero 32. Cæterùm * ecclesiasticos præsertim iudices admonitos esse velim, vt Romanæ Curiæ stylum omnibus neruis sequantur, quæ aliarum ecclesiasticarum mater est, vt legitur in cap. fin. de for. compe. Hinc pulchrè Card. prodidit, in clemen. quamuis, in princ. de appellat. quod Rom. Curiæ iudicandi stylum inferiores ecclesiæ seruare tenentur, & Card. sententiæ inniuntur Barb. in c. ex literis, colum. 9. ver. 4. probat. de const. & Gomes. in proœm. reg. Cancell. quæst. 2. circa medium. Nicol. Anto. Grauatius.

Com. opi.

5

6

De terminorum obseruatione in caussa prophana, & in quauis eius instantia.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 Termini in cauſſa prophana, qui obſeruantur, quales ſint.

2 Reus citatus ſi differat litem conteſtari, quomodo procedatur.

3 Beneficialis cauſſa ſiue eccleſiaſtica, quãdo conſeatur veluti profana, adeò, quod inſtar prophanarum procedere, neceſſe ſit.

4 Dilationes, quæ in beneficialibus dantur, ſunt communes, actori, ſ. & reo, ſecùs verò quæ profanis.

7 Dilatio conceſſa vni parti, prodeſt alteri.

6 Dilationi conceſſæ, an quis renunciare poſſit præiudicium alterius partis.

7 Dilatio intelligitur continua, & dies feriati currunt.

8 Dilatio probatoria, eſt peremptoria, & vnica.

9 Dilatio ſecunda ex cauſſa conceditur.

10 Dilatio facilius prorogatur, quàm de nouo concedatur.

11 Dilationis prorogatio debet fieri durante prima dilatione, non autem elapſa.

QVod ſi cauſſa ſit prophana, & de iure habemus modum procedẽdi in l. prolatum cum nota, per gloſſ. Bartol. & alios, C. de
2 ſentent. & interloquu. omn. iudi. ac etiam ex ſtylo ſacri Palatij obſeruatio terminorum diſformis eſt ſecundum inſtantias, & in prima ſunt longiores, in ſequioribus autem breuiores, exemplo beneficialiũ cauſarũ, de quarum dilatio-

nibus

nibus proximè loquuti fuimus.

Sunt * autem in profanis cauſis, & in prima 1
inſtantia termini decem, quorum vltimus videlicet ad declarandum contingens eſt, alij verò quaſi de ſubſtantia iudicij, nempe.

Ad dicendũ contra cõmiſſionem, } Ad primam
Ad libellandum, } Ad octauã,
Ad reſpondendum Libello, }
Ad conteſtandum litem, } Singuli ad primã.
Ad iurandum de calumnia. }

b Quòd * ſi citatus differat litem conteſtari, b
compellemus ipſum, & ſeruatis quatuor termi- a
nis, Ad conteſtandum litem, primo ſimpliciter, ſecundo ad primam diem, tertio etiam ad primam, addita tamen pœna, ſcilicet excommunicationis, & vltimus etiam ad primam, ſed addita clauſula, aliàs ad videndum ſe declarari, obtinemus eum declarari, liteque conteſtata proſequemur, vt infrà.

Ad articulandum, ad decimam quintam.

Ad dicendum contra articulos,
Ad producendum omnia } Singuli ad ſecundã.
Ad dicendum contra producta
Ad declarandũ & iurandum de calumnia, Ad primam.

Ad dicendum contra declarationes ad primã, ſi dentur facto & in ſcriptis, alioquin ſi verbo tantũ, non ſeruatur, & videtur potius terminus contingens, quàm de ſubſtantia.

In ſecunda inſtantia ſeruantur omnes ijdem termini, excepto illo ad reſpondendum libello, & litem conteſtandum, quo omiſſo, reliqui ſeruari ſolent ſinguli ad primam, excepto termino ad articulandum, qui ſeruatur ad octa-

uam. Et terminus ad dicendum contra declarationes similiter est contingens, vt proximè dixi.

In tertia instantia ijdem termini seruantur ad primam, excepto termino ad articulandum, qui seruatur ad sextam.

3 Quòd * si causa sit de pẽsione, vel aliàs super fructibus, alióue mẽbro beneficij, seu eius pos-
c sessione, vel denique etiam super beneficio ecclesiastico, ad quod tamen ageretur, tanquam ad vnitum, omni casu censebitur prophana, & prout in prophanis termini substantiales seruari solent, & litis cõtestatio desiderabitur, Aegid. conclu. 617. si agit de lit. contestat.

Nec mirum tibi videbitur, quod de beneficio ecclesiastico, tanquam de re prophana agi possit, quia vbi beneficium prætenditur vnitum, prophanij loco habetur, Rota d. decis. 369. no. quòd vbi beneficium de vnione & articulãdum in antiq. etiam quoad processum, & terminorum obseruationem Aegid. dict. conclu. 617. quod extendit Aegid. etiam ad casum, vbi reus, contra quem ageretur, ad beneficium tanquam vnitum excipiret illud, tanquam ecclesiasticum beneficium iure sui tituli, & ex collatione apostolica, vel alia ad eum spectare, idque ea ratione, quòd ad dignoscendum iudicium attendimus actionem per actorem intentatam, & secundum eam metimur illud Aegi. ibidem. Quamobrem si ex diuerso actor ageret, tanquam ad beneficiũ ecclesiasticũ iure sui tituli, reus verò de vnione eiusdem beneficij excipiret, secus dicerem, causam scilicet non prophanam, sed beneficialẽ, & prout in beneficiali procedendum esset, argumento à ratione Aegi. ibidem.

Et

Ex diuerso nonnunquam etiam in prophana cauſſa extra ordinem agimus, & prout in beneficialibus terminos obſeruamus. Si modò auditor cauſſæ hunc ſummarium proceſſum litigatori velit concedere, quem abſque alio ſpeciali ad hoc reſcripto ex indulto extrauagantis Innoc.6. de facult. Audi. Rotæ de aliorum tamen coauditorum conſilio dare poteſt, idq; duobus tantùm caſibus, nempe, vbi viduarum & pupillorum cauſa, vſque ad quamcunque ſummam ageretur, quod tamen reſtringerem, vbi pro eorum parte proceſſus fieret, ne id, quod fauore introductum eſt, operaretur odium aduerſus iuris regulas. Amplius, vt inter alias quaſcunqua perſonas vbi tamen ageretur de ſumma, vel re valorem quingentorum non excedentibus: eſſetque (vt opinor) vtroque caſu iudicis interloquutio neceſſaria.

Differũt* autem termini ſeu dilationes, quæ in beneficialibus dantur & ſeruantur ab his, quæ in prophanis, alia etiam ratione, *d* quòd in cauſſa beneficiali communes ſint, actori ſcilicet & reo, ſecus in prophana, in qua iuris ordo ſeruatur, ſecundum quem dilationes prius dantur actori, & exinde reo, cui probandi onus non incumbit, niſi poſtquam actor ſuam probaſſet intentionem, ad text. in l. ſi quis, C. de exceptio. Rota deciſ. 166. not. de dilat. in antiq. 4 d

ANNOTATIONES.

Ac etiam.) *Huc ſpectant, quæ Vant. & Form. compilatores proximè præcitati ibidem notant.* a

Quod ſi citatus.) *Compilatorem Form. aduoc. legas in 2. tract. cap. 4.* b

e Ad quod tamen.) *Vide suprà, quod in huius libri principium caput sub litera A. addidimus.*

d Quod in causa.) *Adeò quòd si vni parti dilatio detur, prodest alteri, l. petendæ, vbi Bald. C. de temp. in integ. restitut. Felin. in cap. prudentiam column. 1. de mut. pet. & Alexand. in authen. iubemus. in princ. C. de iudi. vbi limitat. nisi aliter dilatione vti noluerit. Cæterùm † pro veritate istius limitat. Gomes. legas in regu. de trien. poss. quæstion. 22. vers. Quæritur modò, & Docto. in dict. l. petendæ. Bald. & alios in l. post quam, C. de pact. Nam altercantes sunt inter interpretes, an quis dilationi in præiudicium aduersarij renunciare possit. Qua de re Tiraquell. conferas de vtroque retra. § 36. ad fin. titul. numero 27. opiniones conciliantem, scilicet, vt dilationi in aduersarij damnum quispiam renunciare non valeat, quotiescunque illam iure communi meruit, secus verò, si speciali per beneficium restitut. in integr. Verùm prædictam opinionem quòd communis sit dilatio, vsque adeò, vt in aduersarij præiudicium renunciari non possit. crebriore calculo approbatam esse Ias. testatur in l. numer. 54. ff. de adopt. De quo etiam videas Andr. Iser. & Afflict. in const. reg. Neap. obscuritatem, numero 14. vbi intelligunt dilationem illam iure speciali, id est, beneficio restitutionis in integrum concessam, renunciari in præiudicium non posse, etsi in hoc varietas sit inter Docto. in d. l. petendæ, vt per Tiraq. vbi suprà, limitata tamen communem opi. nisi re integra dilationi renunciatum fuisset, ita Lanfr. in rep. cap. quoniam contra, in verb. dilationes, numero 8. de probat. Quæ † quidem dilatio continua regulariter intelligitur, feriatique etiam dierum, l. sive pars, in fin. C. de dilat. Bald. & reliqui in l. 1. de fer. & Franc. Marc. q. Delph. 35. Sed hoc tamen cum temperamento intelligas, nisi feriæ totam dilationem, vel ipsius maiorem partem absorberent, vt docent. Host. in sum. licet causam, de probat. Bald. in l. si quando, quæstio. 4. C. de test. & Lanfr. in cap. quoniam contra. in verb. dilationes, colum. 2. de probat. Et † omnis probatoria dilatio de iure*

Com. opi.

6

7

8

iure est peremptoria atque vnica, vt semel tantùm dari Com.opi.
possit. Alexand in l fin. in 1 not ibique Doctor, communiter, ff de fer. Abb ia cap. licet, 4. not. de probat, Felin in ca pastoralis, column. 1. de except. Et licet hæc sit regula, non nullas tamen admittit limitationes, quas apud Iaſ. cæteroſque in d. l si tum etiam & in l oratione, eodem titul. est legere, inter quas est, si † in prima dilatione iustum extaret impedimentum, nouæ aut superuenissent probationes, 9
tunc secunda dubio procul concedenda erit dilatio, vt ibi, & in l. 1. C. de dilat. vbi Salic. & Abb in capit. primo eod. titul. & in cap. pastoralis, de except. Perperam ergo iudices faciunt, aliqua non præuia cognitiuncula, & absque legitima causſa dilationem prorogantes, eoque fortius nouam concedentes, vt suprà dictæ auctoritates concludunt, & traditur in Formu. term in princ. column. 2. & pa- Com.opi.
gina 2. col. similiter 2. & iterum pagin. 63. Et quòd secunda dilatio, nisi causſa cognita, concedi non valeat, etiamsi primam iudex coram audiuisset, est communis opinio, teste Franc. à Ripa in l. 2. numero 32. ff. de re iudi. Licet † fa- 10
cilius (vt nonnullis placuit in d. l. fin. præsertim Ange. & Paul. Castr. & ante eos Specul. titul. de dilat. § nunc videamus, versicul. & sunt hæc, iuncto versicul. præcedenti) dilatco ipsa prorogetur, quàm noua præsigatur: ea emperatione, quia eadem censetur, l. sed si mamente, ff. de precar. Arctin. in l. filius à patre, in 3. not. ff. de liber & posthum. & Gomes. vbi suprà, qui tamen limitat in odiosis haudquaquā procedere, ex Bald. in l si à te, C. de pact. inter empt. & vend. quibus consonat, quod ab Alexand. scribitur in l. 4. in princ. ff. de damn. infect & si nuncupatim idem Alexand, post Fulg. in dict. l. vltima hoc reprehendat, quoniam iudex absque causſa dilationem probatoriam prorogare non potest, per textum in dict. l. 1. in fin. C. de dilat. Sed esto, quòd vera esset opinio, vt 11
absque causſa prorogari queat, attamen † intelligas, antequam prioris dilationis tēpus elapsum fuisset, vt Specieius-

que com-

que consectatores citato loco declarant, atque Bal. in tract. de causis, colum. 2. ibique Dec. qui multa congerit de offic. de leg. Lanfr. in c. cum P. & G. de offic. de leg. Bald. consil. 34. statuto libro quarto, & Cassan. consilio 4. quia, in fi. Et hoc quidem viua ratione probatur, cùm prorogatio prioris termini quædam coniunctio. qui si fuerit elapsus, nulla dein prorogatio stare potest : nam quod nihil est, prorogari non potest, cùm non entis nullæ sunt partes, vulg. l. cum. ff. si cer. pet. Idcirco cautela est, vt in dilatione prorogandi protesteris, ne ei consentire videaris, teste Bart. in l. 1. C. de relat. Qua stante protestatione, dilatio, nec inde sequute probationes valerent, vt Alexan. ait in d. l. vltim. cui Ias. stipulatur, & voluit Bald. consi. 33. colum. fin. lib. 5. cuius fortius prædicta in causis summarijs locum vendicant, in quibus dilationes (veluti possibile est) abbreuiande sunt. Clemen. sæpe, de verbo, signifi. & traditur per Abb. in cap. cum sit, de appellat. Alexand. & alios in l. 2. ff. de re iudic. Nicol. Anton. Grauatius.

De obseruatione terminorum in causis nullitatum.

CAP. V.

SVMMARIVM.

1 Nullitatis in caussa, quomodo termini obseruandi sint.

2 Nullitatis in libello caussæ exprimi debent, limitata vt num. 5.

3 Termini in caussa attentatorum, qui obseruari debeant.

4 Termini in caussa diffamationis, & iactationis, qui obseruentur.

2 1 VERVM a si agatur * super nullitate alicuius processus vel sententiæ, alteriusve actus

actus iudiciarij, vtiq; multiplex potest esse processus, quia si nullitas ex eisdem actis deprehendi posset, paucioribus & breuioribus vtimur dilationibus, duabus scilicet ad dicendum contra vltimò producta, similiter ad primam diem, scilicet contra processum, vel alium actum iudicialem, de cuius nullitate dicatur, & exinde ad sententiam procedetur, secus verò, vbi non ex eisdem actis, sed ex alijs exterioribus probationibus veniat ostendenda nullitas, hoc enim casu quasi res maiorem cognitionem desideret, plena terminorum obseruatio necessaria erit, iuxta naturam caussæ beneficialis scilicet, vel prophanæ, & iuxta instantiam, in qua tractabitur caussa, Rota decis. 340. fuit dubitatum de litis contesta. & de iudi. in not. Quo* casu debet etiam actor in libello exprimere caussam nullitatis, qua prætendit, ad not. per Innoc. in cap. cum, de re iudica. & per Bart. in l. si expresse, de re iudic. Rota decis. 144. nota, quod intentans de libell. obla. & de nullita. in antiq. 2

ANNOTATIONES.

Verùm si.) *Accedant dicta per Rotam, decis. 341. in no. Aegid. decis. 317. in caussa, & Vant. de null sent. ex def. proc. num. 69. vbi* & de obseruatione terminorum in caussa attentatorum quoque videbis, in qua substantiales termini haudquaquam obseruantur, cumque de ipsis attentatis docere sat erit, Rota decis. 755. sciendum, in antiq. Formul. ad noc. in prin. ca. 9. Papaz. in addi. ad decis. Rotæ 2. de rescrip. nume. 56. & 57. vbi etiam de obseruatione terminorum in caussa nullitatis. Cæterùm,* quid in caussa diffamationis & iactationum obseruandum sit, apud Vant. eò loci, num. 65. leges, & Afflict. decis. 268. necnon & Boer. decis. 255. Nico. Ant. Graua.* 2 3 4

Quo

b Quo casu.) *Hoc sanè * intelligas parte reluctante, alias*
5 *quamuis in libello caussa nullitatis non exprimeretur, valeret vtique, si modò in processu deinde declaretur, ac probetur, ita Franc. in cap. dilecto quæstione decima tertia, de appell. Innocen. in cap. cùm Bartolus, in fine de re iudic. & alibi decis. 145. Nota, quod in antiq. Nicolaus Antonius Genuatius.*

De obseruatione terminorum in articulo grauaminis.

CAP. VI.

SVMMARIVM.

1 *Termini obseruandi in articulo grauaminis.*

2 QVod si caussa non per appellationem à definitiua, sed ab interloquutoria, & grauamine sit deuoluta, quia suprà diximus per solitam clausulam semper in commissionibus similium appellationum apponi solitam non censeri aduocatum negocium principale, nisi ad euentum iustificati grauaminis. Ideo pro eius iustificatione, solet fieri processus particularis, qui proprias habet ex stylo palatij dilationes infra notatas.

Ad dicendum contra commissionem,
Ad dicendum contra appellàtionem,
Ad impugnandum, & iustificandum, Singul
ad primam.

Exinde poterit iudex super grauamine pronunciare, quòd si appellans iustificato grauamine, velit in negocio quoque principali pronunciari, noua opus erit, iuxta naturam caussæ, terminorum obseruatione, ac iudiciali tela.

ANNO-

ANNOTATIONES.

Quòd si.) *Addas Compilatorem formul. aduoc. in prin. cap. 24. Nico. Anto. Grauatius.* 2

De obseruatione terminorum in causſa, qua quis reus petit absolutoriam ab obseruatione iudicij.

CAP. VII.

SVMMARIVM.

1 *Termini qui obseruari debent in causſa absolutoria ab obseruatione iudicij.*

PLerunque a etiam reus * ad iudicium tractus actore negligente procedere, non valens aliàs absoluroriam ab impetitis obtinere, inſtat pro absolutoria ab obſeruatione iudicij, quæ dari nõ ſolet, nisi datis actori quatuor dilationibus, quæ ſubſtantiales ſunt ſimilis iudicij, videlicet. a 1

Ad procedendum prout de iure, primò pro prima dilatione.
Secundò pro ſecunda.
Tertiò pro tertia, } Singuli ad primam.
Quartò pro quarta, }

Et exinde reo actore, non alias procedente, neque proſequente, cœptum iudicium ad ſimilem abſolutoriam procedi ſolet, Rota deci. 10. nu. 12. in vltimis.

Solent tamen practici ſuper hanc telam, & terminorum obſeruationẽ, narrata actoris negligentia, commiſſionem impetrare, qua ſolet Signatura reſcribere, vt loco iſtorum terminorum ſubſtantialium præfigatur terminus peremptorius

rius actori ad procedendum, quo elapso, &c. ad absolutoriam proceditur.

ANNOTATIONES.

2 Plerunque etiam.) *Formul. aduoc. compilatorem gas, ca. 36. Rota decis. 69. actore non veniente, in not. ad Vant. de null. senten. ex defect. proces. num. 62. Nicolaus Antonius Grauatius.*

De obseruatione terminorum in articulo compulsoriæ generalis decernendæ.

CAP. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Termini obseruandi in articulo compulsoriæ generalis.*

2 1 AD videndum a decerni * literas compulsoriales generales in ciuitate, & diœcesi Burgensibus. Ad constituendum procuratores ad interessendum, aliàs videndum decerni processum per affixionem ad valuas Ecclesiæ loci, Omnia vnica citatione ad primam.

ANNOTATIONES.

2 Ad videndum.) *Huius compulsoriæ generalis materiam pulchrè auctor tractat in libri sequentis cap. 1. in vnic. harum literarum, videbis etiam Form. aduo. ca. 45. & 47. Nico. Ant. Graua.*

De terminorum obseruatione in articulo compulsoriæ specialis.

CAP. IX.

SVMMARIVM.

1 *Termini obseruandi in articulo compulsoriæ specialis.*

2 D

2 *Dilatione pendente iudicis officium conquiescit.*

3 *Sententia, quæ pendente dilatione fertur, est nulla.*

QVod a si pro speciali compulsoria quis* instaret, difformis erit terminorum obseruatio. Ad dicendum contra commissionem, si eius vigore petatur, ad primam. Ad videndum decerni literas compulsoriales speciales. a

Ad concordandum de loco loci, & iudice. Etiam ad statim. b

Hi omnes termini solent etiam vnica citatione, & audientia inculcari, & semper cum decreto competens dilatio dari, ad exequendum eam exemplo remissoriæ.

Vtroque casu compulsoriæ scilicet generalis, vel specialis, solet is, contra quem petitur, citatus comparere, & si generalis petatur, quæ nunquam impediri potest, suos apud acta procuratores constituit, si principalis sit, sin autem procurator alios loco sui substituet, in loco cómorantes ad interessendum exequutioni dictarum literarum, & protestabitur nihil fieri, nisi procuratore dato citato.

Quòd si specialis ex aduerso petatur compulsoria, tu videbis, si ex alio capite deneganda sit, & petenti te oppones, in qua specie plerunque euenit, vt res in controuersiam eat, & locus fiat aduocatis, ea ratione, quòd specialis compulsoria (vt supra diximus) annexam habeat dilationem ad partes, *b* qua pendente iudicis officium saltem, quò ad causæ decisionem conquiescit ad textum, in l. si pars, C. de dilat. b

ANNO-

ANNOTATIONES.

a Quod si.) *Proximè allegatum locum videbis, vbi* generalis compulsoriæ, quam specialis formulas & pra auctor describit.

b Quia pendente.) *Ad hoc respicit cap. significante* appell. quodque ibi Doctores notant. Et adeò * pendente latione, iudicis officium conquieſcit, quòd si ea pendente dicium agitetur, est nullum, Bald. in l. siue pars, C. de iud. idemque in l. penultima, columna finali, versic. considera l. de arbit. Iason consilio quadragesimo quarto, libro tertio, bi, * nulla est sententia, quæ pendente dilatione fertur, dilatio, pendente termino, non currit, idem Iason consilio cimo, libro primo, & latius in l. qui pro tribunali, numero triceſimo septimo, ff. de re iudica. & Vant. de null. sent. re def. iurisd. ord. num. 157. Limita tamen, niſi cauſſa, ob quam dilatio conceſſa fuit, ceſſaret, aut iudex eandem reuocaſſet non vtique tunc iudicis officium conquieſceret, vt à Bald. proditum est in capit. secundo, de dilat. ab Alexand. conſilio triceſimo quarto in fin. libr. secund. & Tiraquell. in tract. cauſſa ceſſ. in prima parte, numero septuageſimo quarto cum sequen. Finge, iudicem Titio tempus ad comparendum, re positionibus infra tres dies ad respondendum præfixiſſe, ille verò statim comparuit, atque respondit, tunc certè iudex non aliter dictorum trium dierum expectato termino ad vlteriora iure procedere poteſt, cùm dilationis cauſſa ſublata sit. ita Bartol. cæterique tradunt in l. à filia, §. alumna, ff. ad Trebell. & Aretin. post reliquos in l. si quis hæres, ff. de acquirend. hæredi. Roman. conſilio quingenteſimo tertio, columnia tertia, verſicul. moueor. Et idem erit, quando iudex dilationem reuocauit, vt citato loco Aretin. ait, quam tamen reuocare, cauſſa deficiente, poſſe intelligas, vel Ioannes Andreas atteſtatur in addit. ad Speculat. in titul. de dilatio. §. primo, verſicul. probatoria, cuius aſſecla est Aretinus, vbi suprà. Cæteras limitationes apud Iasonem re-

decim

debis in dicta l. qui pro tribunali, in vltima quæstione, qui regulam negatiuam tradit, quòd pendente dilatione nihil à iudice innouandum est, quam deinde plurifariam limitat. Nicolaus Antonius Grauatius.

De terminorum obseruatione in articulo remissoriæ decernendæ.

CAP. X.

SVMMARIVM.

1 *Termini obseruandi in articulo remissoriæ decernendæ.*

NOnnunquam a etiam ex partibus nõ scripturis tantùm, sed etiam testium depositionibus egemus, Pro * quibus in oleuit vsu literarum remissoriarum, quibus scilicet iudex testis examen ad iudicem de partibus remittit, pro quibus obtinẽdis solet Palatium hos præcipuè terminos seruare. a 1

Ad dicendum contra commissionem, si non vigore innocentianæ bullæ, sed in vim specialis commissionis petatur remissoria, ad primam.

Ad videndum decerni literas remissorias iuxta formam commissionis, si vigore eiusdem petantur, aliàs ad videndũ decerni illas in vim innocentianæ.

Ad concordandum de loco loci & de iudice.

Ad dandum interrogatoria,

Ad videndum includi articulos,

Ad videndum iurare portitorem.

Omnes prædicti termini, excepto termino ad dandum interrogatoria, qui seruatur ad cras, seruari poterunt etiã ad statim, si volueris, eosq; nedum

dum diuisim, verumetiam omnes inculpatæ, expectabit tamen iudex tanto tempore sic citatum, antequam articulos includat, & rotulum portitori consignet, quantum possit dare interrogatoria.

Consueuit tamen sacrum Palatium peten remissoriam dilationem quoque concedere, probandum in partibus, vtpote duorum mens um, & alteri parti, contra quam decernitur, alia successiuam semper breuiorem vtpote vnius mensis, ad effectum vt possit, si voluerit, perh nas testium ex aduerso inducendorum reproba re, & exceptiones sibi contra personas ipsorum competentes probare. Prima dicitur proba ria, quam solent etiam Patres & breuiorem, s longiorem, iuxta loci distantiam, concede amplius, & dilationes datas prorogare sem vel pluries ad probantis vel reprobantis instan tiam, qua in specie vtpote dilationem solet P latium exemplo legis plurimum tribuere iud cis arbitrio. De quibus inferius suo loco dis mus.

Quandoque etiam euenit, vt litis vna, vel duo bus sententijs, antequam tertia feratur sente tia, ob non appellationem, vel non legitimam prosequutionem in rem transeat iudicatam, s victor velit ad exequutionem procedere, con dantur victo, seu seruantur dilationes infrascri ptæ.

Ad dicendum contra commissionem, qua de tur facultas exequendi.

b *b* Ad docendum de appellatione ac legitima eius prosequutione. Primo

Primo pro prima dilatione,
Secundo pro secunda,
Tertio pro tertia.
Quarto pro quarta.
} Singuli ad primam.

Solent tamen practici, vt hanc telam ac terminorum obseruationem euitent, commissionem impetrare, qua datur, vt loco omnium suprà dictorum terminorum præfigatur terminus victo ad docendum de appellatione, legitimaq; eius prosequutione, quo elapso, ad exequutionem procedatur.

ANNOTATIONES.

Nonnunquam.) *Formu. aduoc. videas in prin. ca. 14. num. seq. & iterum cap. 35.* a

Ad docendum.) *Prædicti formu. compilatorem legas cap. 40. Nico. Anto. Grauatius.* b

De obseruatione terminorum in crimine, vel alio facto notorio.

CAP. XI.

SVMMARIVM.

1 *Notorio in facto quomodo procedatur. & num. 3. & 4.*

2 *Notoriis in causis ordo est, ordinem non seruare. & num. 4.*

PLerunque a etiam res * non ordinariã cognitionem desiderat, vtpote vbi super notorio crimine, vel alio facto ageretur, quo * casu iuris ordinem non seruamus, immò illum non seruare est secundum iuris ordinem procedere, extra de iureiur. c. ad nostram. 3. q. Quamobrem extraordinariam vocamus eorum cognitionem, quæ traditur extra de accu. c. qualiter. a 1 2

2.§. ad corrigendos & de simo.cap.licet (heli. in princip. Amplius in similibus nullæ recipiuntur probationes, extra de accus. c. euidentiam extra de cohabi. cleri. & mulier. c. tua. 2. quæst. 1. c. manifesta, & c. de manifesta, & cap. scelus, l. eadem, C. de accusa. nullum porrigemus libellum neque vlla causſæ cognitio adhibetur, extra de
3 fil. presbyt. c. quoniam. Hinc* sacrum Palæmon omissa omni tela in similibus, his duntaxat vocatur terminis.

Ad dicendum contra commissionem, qua iudici iurisdictionem tribuit, exinde dabit actor articulos suæ intentionis, & citabitur reus ad dicendum contra articulos, quibus tantum præmissis absque alia tela, ac terminorum observatione ad sententiam procedetur.

ANNOTATIONES.

2 Perunque.) *Hac in re Formu. aduoc. sæpe citatus Gas in princ. ca. 17. & 18. Et nimirum est, si super notoria*
4 *dinaria causſæ cognitio non desideratur, cùm* in eo ordinaris est, ordinem non seruare. Specu. tit. de expens. §. vltim. fin. Felin. in c. euidentiam, de accus. & c. cum non ab homine de iudi. Paris. cons. 147. lib. 4. latissimè Butr. in repe. c. de cohab. cler. & mul. Mars. in praxi. § secunda, nu. 41. seq. & præter prædictos, qualiter ipso in notorio procedatur docent Bal. aut quisquis ille fuerit, in praxi quæst. circa quisitionem, q. 5. Gram. decis. 36. nu. 36. & seq. Carer in praxis primordio. nu. 41. multis cum alijs Algid. Bossius quomodo proced. in crim. notorio. & Foller. in praxi, in quòd est notorius delinquens, per totum, quibus in locis ostim materiam hanc edisserunt. Nic. Ant. Grauat.

Adnotationes communes circa terminorum obseruationem.

CAP.

CAP. XII.

SVMMARIVM.

1 *Dilationes in secunda instantia illæ dantur, quæ in prima.*

2 *Citatione si dicatur, compareas hinc ad duodecimam diem, vel in duodecima, non parum refert.*

DIximus suprà terminos seruari aliquos ad primam, vel ad secundam, nonnullos etiam ad sextam, octauam, duodecimam, & decimamquintam. Modò posset quis probabiliter dubitare, quam intelligimus primam, secundam, sextam, octauam, quam denique duodecimam, & decimamquintam, an fortè dies iuridicas, vel potius currentes computabimus? & respondi, intelligendum esse de currentibus, vtpote si quis citetur ad duodecimam, intelligemus de duodecima currenti, siquidem iuridica fuerit: a sin autem de prima post duodecimam 2
iuridica immediatè sequente, & sic de singulis; exceptis tamen dilationibus, quæ communiter dari solent ad secundam, in quibus non computamus dies currentes, sed duas iuridicas expectabimus, etiam si plures interponerentur currentes.

Amplius docuimus, quales futuræ sint dilationes in vnaquaque instantia causarum sacri Palatij. Modò * addubitabis, quid si in causa vna, 1
vel plures latæ sint sententiæ in partibus, vel si in curia, extra tamen palatium, vtpote coram Auditore Camerę aliove iudice, & postmodum ad Rotam veniat, quibus vtemur terminis, seu dilationibus? & Palatium seruat, vt seruentur,

prout in prima instantia, iuxta naturam causæ. Rota decis.20. in no.anno domini de appell.nisi fortè coram priore iudice fuissent plenè seruat quo casu seruandi essent, prout in sequiori instantia.Rota decis.477.nota.anno domini de o seruationibus terminorum in cau.appellationis in antiq.

Addo, quòd lata vna absolutoria pro reo, & duabus condemnatorijs pro actore, si postmodū appelletur, & causa committatur, termini seruabuntur,prout in tertia.

Ita tantum est necessaria præscripta iudicioru tela,ac terminorum obseruatio iuxta suos casus vt consueuit palatiū, vbi minus legitimè & di minutè seruati essent,admittere appellationem à mala terminorum obseruatione, seu illorum obmissione.Aegi.decis.27.de iud.& dil.

Idem dixero etiam,vbi à signatura commissio impetraretur,qua dari solet, quod nullis termi nis non seruatis,ad expeditionem causæ proce datur,vt simili commissione non censeantur pa tes à totali termino rem obseruatione dispensa ti.Rota decis.487.nota, quòd si causa commit titur in antiq. de clausula quòd nullis terminis seruatis.

Immò quia præmissa à volentibus nimium properare fieri solent, mos fuit Patrum in hoc discretè agere,si maximè videant terminos, qui seruati apparebunt contra minus legitimam per sonam retentos & seruatos, & tanto tempore, quantum caperet ordinaria terminorum obser uatio, vel aliàs sibi sufficere videbitur, reum ex pectare,Cassa.deci.8.de rescript.in fi.

ANNO

ANNOTATIONES.

SIn autem.) *Adde Bar. in l. ex quacunque, col. pen. ff. si quis in ius voc. non ier. ibique Doctores, & Abb. in cap. conqueſtus, col. pen. de fer. nam * diſcrimen ſit, ſi dicatur, compareas duodecimam hinc ad diem, vel in duodecima, primò nempe caſu, ſi duodecima feriata erit, citatio valebit, & prima iuridica ſul ſequenti comparere, obſtringitur, ſecus verò in ſecundo. & ſi differentiæ rationem cupis, præcitati Doct. illam explicant. accedant his etiam, quæ per Lanfr. ſcribuntur in ca. quoniam contra. §. citationes. nu. 14. & ibi Add. de prob. & per Bald. in praxi. in rubr. de citat. quæſt. 9. per totam. Nico. Anto. Grauatius.* 2 2

De recitatione terminorum, ac malæ eorum obſeruationis, ac totius proceſſus nulliter formati ſanatione.

CAP. XIII.

SVMMARIVM.

1 Terminorum malè obſeruatorum reiteratio, ac proceſſus ſanatio à principe concedi ſolet.
2 Citationis defectus, etiam per refectionem expenſarum inſanabilis reputatur.
3 Mandati defectus inſanabilis eſt, & nu. 14.
4 Iuriſdictionis defectus ſiue incompetentiæ, ſanari non poteſt, fallit tamen.
5 Ius nouum in cauſſa ſuperueniens, quando deduci poſſit.
6 Expenſæ quando refici debeant in confirmatione ſiue proceſſus inualidi ſanatione.
7 Citatio eſt de iure naturali, & diuino.
8 Sententia lata in fauorem abſentis non tamen citati, eſt nulla, fal. in quibuſdam caſibus.

9 *Præsens non est citandus.*

10 *Citandus omninò est, qui præesse prætendit.*

11 *Citatio domi facta, quando valeat, & num. 12.*

13 *Citatio domi facta, vt valeat, an requiratur citati notiam deuenisse.*

15 *Procurator reuocari potest, etiamsi iuratum fuerit, illum non reuocari.*

19 *Iudicis incompetentia quandocunque opponi potest, quæ iudicium reddit nullum.*

17 *Exceptio incompetentiæ iudicis, impedit sententiæ exequutionem.*

ETsi sacrum Palatium certas habeat in vnaquaque causarum specie procedendi, ac dilationum formulas litigatoribus præscriptas, rarò tamen euenit, vt litigatores terminos ipsos, prout suprà docuimus, distinctos, & & ad suos dies ritè & rectè seruent. Solet enim is, qui in causa procedit, terminos non singulos per se, sed ad minus binos simul ac eosdem tametsi ad sextam, octauam, vel aliam longiorem diem in citatione concessos proxima sequenti audientia obseruare, ac eadem audientia comparere, & citati contumaciam, non minus, quam si dilationis dies veniisset, incusare. Nonnulli etiam magis properantes, eosdem terminos duabus vel tribus, & quandoque vnica duntaxat audientijs, idque etiam non suo, sed præposterato ordine inculcare. a Quamobrem vsu receptum est in Palatio, vt mala hæc terminorum obseruatio per illorum reiterationem vnicis contextu & audientia seruari possit, idque non nisi Principis indulto & rescripto, quo solet signatura rescribe-

scribere, vt iudex reiteratis etiam vnicis contextu & audientia omnibus terminis substantialibus præposteratè, inculcatè, ac etiam defectiuè, & aliàs nulliter seruatis, ad expeditionem causæ procedat.

Intantumque visa fuit Inno. 6. hæc terminorum reiteratio litigatoribus necessaria & concessibilis, vt hanc facultatem admittẽdi litigatores ad similem reiterationem terminorum Auditoribus sacri palatij concesserit, vt per seipsos absque alio speciali Principis rescripto, possint litigatores ipsos ad reiterationem terminorum malè & nulliter seruatorum admittere, quibus verbis malè & nulliter infertur, vt Cassa. docet decis. 8. cap. de rescript. in fin. non solùm si præposterati, vel inculcati fuissent etiam vnica audientia, quo casu admonet iudicem discretè ita agere, vt reum tanto tempore postea expectet, quantum solennis obseruatio caperet, verùm etiam si per assertum procuratorem, & minus legitimum, ac etiam contra similem personam seruati fuissent, dummodo in reiteratione sint principales, vel aliàs legitimatæ personæ. Addit quoque eadem verba inferre, vt eadem reiteratio sanet etiam, vbi eorum obseruatio in alijs deficeret, & esset aliàs nulla, & præsertim (vt à senioribus accepi) etiam vbi plures essent correi eiusdem iudicij, & termini contra alterum tantùm seruati essent, possent enim contra ambos in vim huius Innocentianæ bullæ validè reiterari, imò quandoque ab eisdem audiui Innocentianam sanare terminorum obseruationem, etiamsi contra quemlibet à iudicio extraneum, vel fortè etiam contra Pasquillum tenti essent.

idque ea (vt opinor) ratione, quòd sacrum palatium duntaxat respiciat, vt tantum temporis prima citatione fluxum fuerit, quantum solennis terminorum obseruatio caperet, quoquo modo dilationes datæ & fluxæ sint.

Amplius & alia quoque ratione, quòd hæc dilationes & termini suis diebus per actuarium recipiantur in actis, & is, qui à principio ad causam legitimè citatus est, præsumitur scire ea, quæ sunt in actis, & consequenter singulas dilationes præfixas. b Quæ præsumpta notitia sufficiet actum, & dilationes, ad quas citatio minus legitimè præcessit, prout de deuolutiua citatione suprà diximus, ad text. in clem. causam, in fi. de electio. Roman. consi. 360. & alio. 410. Rot. in procura. si de mandato. 27 1. in no. Aegid. de præsumpt. qui per se conclus. 364. Nec dicatur hoc posse procedere in præsente, secus autem videri in absente, c quia absens legitimè citatus, & contumax reputatur præsens in sui odium, ad text. & nota. per Bald. in authen. qua in prouincia. C. vbi de crim. agi. opor. cum simil. adeò enim pro ratione cuiusque vsus sacri palatij insudo, quod mihi persuadere non possim, quicquam vsu receptum esse in palatio, quod ab ipso legis fonte non scateat.

Verùm cum bulla Innocentij eam facultatem Auditoribus sacri palatij in causis, quæ in ipso palatio tractarentur, duntaxat concesserit, meritò apud alios, Roma. Cur. delegatos iudices, apud eosdem etiam auditores, vti tamen causa foret alicui ipsorum extra rotam & palatium cõmissa, non inseruit, & litigatoribus volentibus beneficio similis reiterationis terminorum gaudere

dere ſpeciali Principis reſcripto, ſeu commiſſione opus eſt. Solet tamen ſignatura ſimiles cõmiſſiones paſſim concedere. Nonnulli etiam in cauſſis, quæ in ſacro Palatio tractãtur, & in quibus innocentiana ſupplet, eadem non contenti ſimiles impetrant reiteratorias commiſſiones, quas etiam in cauſſis in bulla comprehenſis, certis caſibus (opinor) neceſſarias, vtpote ſi in prophana cauſſa, termini prout in beneficialib. ſeruati eſſent. Eſſet enim hoc, nedum neceſſarium. verùm etiam in eadem exprimendus hic defectus, aliàs non ſuffragaretur commiſſio. Caſſa. deciſ. 9. de reſcrip. idem ſi iuxta naturam cauſſę, defectiuè tamen ſeruati eſſent, quibuſdam de ſobſtantia omiſſis, quo caſu narranda etiam eſſet hæc omiſſio, arg. notatorum in d. deciſ. 9.

Nonnunquam etiam non ſimplicem reiterationem terminorum, ſed ſanatoriam ro. ius proceſſus litigatores petunt, vtpote quando parte abſente proceſſum fuiſſet, quo caſu ſolet à Signatura concedi *d* cum clauſula tamen parte legi d
timè citata, idque ea ratione, quòd * citationis 2
defectus etiam per refectionem expenſarũ inſanabilis reputetur, ad tex. in clem paſtoralis. verſi. cæterum de re iudi. Staphi. car. 145. verſi poſtremò, niſi fortè citatio non fuiſſet in totum omiſſa, *e* ſed defectus eſſet circa illius exequutionẽ, e
vt quia minus legitimè, & non ſeruata forma eſſet exequuta. Daret enim Signatura hoc caſu ſanatoriam commiſſionem cum clauſula tamen, dummodo ad citati notitiam peruenerit, *f* cui clauſulæ ſatis quidem factum erit, quoquo f
modo probetur hæc notitia, dum tamen plena & certa, ad tex. in clem. cauſſam in fi. de electio.

& not. per Roma. consi. 360. Rot. decil. 171. in no. si de mandato de procura.

g Eadem * commissio sanatoria totius proc. g sus nō inseruiet, vbi defectus esset gratione mi dati, iuxta tex. iō c. in nostra, & in l. licet. C. eo. æquè. n. insanabilis reputatur hæc nullitas mandati, h præsertim vbi defectus mandati à reuoca h tione proueniret, quæ in procedentis notitiā transiuisset, ad c. ex insinuatione de prōcu. quandoquidem plus deficit processus contra procuratorem reuocatum, quam nunquàm constitutum, quod primo casu præter, secundo verò contra voluntatem principalis videatur esse processum, ad tex. iuxta gloss. in c. ex parte in fin. de rescriptis, adeoque vrget hæc nullitatis species, vt minus refectis expēsis sanaretur, altera enim pars videns hunc defectum fortè suas omisit defensiones, neque succumbere curauit, sciens prudens simili nullitatis exceptione se futurum esse tutum, etiam post sententiam, arg. tex. in l. an inutilis. ff. de accep. in prin.

i Idem dixero sanatoriam inseruire, vbi * de- 4 fectus in iurisdictione & iudicis competentia esset, nisi fortè per prorogationem iurisdictionis summoueretur, pro qua tacitus consensus satis esset, vbi tamen litigatores scirent iudicem incompetentem esse, ad nota per Barto. in l. 1. ff. de iudi. & not. in c. ad petitionem in prin. de accu. & per gloss. in l. vnica verbo inchoare. C. qui pro sua iurisdictione, secus si ignorassent, tunc non viderentut partes in iudicem cōsentire, neque eius iurisdictionem prorogare, & nullitas remaneat, is enim, qui errat, non consentit, immo nihil consensui magis contrarium, quàm er-

ror.

ror.l.si per errorem.ff.de iurisdict.om.iud.

Quandoque etiam euenit, vt quis non reiteratione terminorum neque processus sanatione sed eius potius extensione indigeat. Finge* me diu tecum egisse,& processu iam facto (equidē validè)ius nouum mihi superueniisse,velimque ex eo obtinere,solet tunc Signatura commissionem concedere,vt iudex ex eisdem actis & processu super hoc nouo iure iustitiā faciat, Staph. car.148.à tergo, immo quia in caussa beneficiali censentur litigatores à principio deducere omne ius,quod competit vel competere potest.ca. statuimus de electio. in 6. ista ratione seruauit palatium quod super nouo hoc iure quandocunque etiam post conclusionem in caussa,dum tamen ante sententiam, absq; alia terminorum & prioris processus reiteratione,vel extensione prædictis,si per nouā gratiam de bono iure meo constaret, iudicari possit Aegid. conclu. 662. si ex gratia.de iud.quo casu alteri tamen parti daret sacrum palatium dilationes competentes ad proponendum, & probandum exceptiones, & defensiones, si quæ fortè aduersus hoc ius nouum, & secundam gratiam sibi competerent, etiam ad partes, argumento. cap. statuimus in fin. &c. vt circa de electio. in 6. & cap. pastoralis. 2. responso except. Aegid. dict.conclu.662. 5

Generaliter* verò in caussis beneficialibus vsu receptum est,vt similes commissiones sanato rię processus dentur,quandocunque etiam ante sententiam sine expensarū refectione, secus aūt in prophanis caussis,in quibus similes darentur commissiones tantum cum clausula refectis expensis, 6

pensis, cui solent cauti procuratores addere, si quæ veniant de iure reficiendæ, nisi fortè impetrans narraret paupertatem, propter quam loco præscriptæ clausulæ, refectis expensis daretur alia videlicet reseruatis expensis in fine litis, cui nihilominus consueui semper eadem verba addere, videlicet, si quæ de iure reficiendę veniant, idque ne si victus ex aliquo legis capite posset se tueri ab expensarum refectione, id sibi minus liceat, propter præscriptas preces, Staph. car. 147. & sequent.

At vbi non sanatoria processus nulliter formati, sed extẽsiua validi ad ius nouum, lite pendente, superueniens peteretur commissio, licet ex succumbẽtia rei inferretur eum semper fuisse iniustum possessorem, & propterea non videretur audiendus, petendo refectionem expensarum, quibus actor ante ius nouum, non fouendo vsque tunc bonum ius, videretur reum temerè fatigasse, argumento. l. is, qui se obtulit ff. de rei vendic. Admitteretur nihilominus reus, tamen si succumbat ad conpensationem dictarum expensarum, quibus vsque ad productionem noui iuris temerè fatigatus fuerit ab actore argumento, l. eum, qui temerè, ff. de iudic. cum expensis, quibus reus à productione dicti noui iuris iniustè defensioni se offerens, eadem ratione condemnaretur, & mutuam temeritatem inuicem compensarent, arg. l. si ambo, ff. de compensat. Staph. car. 149.

ANNOTATIONES.

2 Quamobrem.) *Huc accedat Vant. in tract. de null. quibus modis sent. null. repar. nume. 89.*

Qua

Quæ præsumpta.) *Huc vergit, quod suprà adnotauimus, libro 3. cap. 6 sub litera E.* b

Quia absens.) *eodem fonte manant, quæ citato libro cap. 2 sub lit. E scripsimus.* c

Cum clausula.) *Non ab re cum hac clausula expeditur, cùm* * *de iure naturali atque diuino citatio sit, quæ omitti vllo pacto potest, alleg. dic. clem, & l. de vnoquoque, ff. de re iudi. & l. ea quæ, C. quom. & quan. iudi. cap. 2. de testam. Bal. in l. cùm fratrem, C. de his, quibus vt indig. Soci. consi. 266. libro 2. & est communis docto. sententia in l. nec quicquam, §. vbi decretum, ff. de offic. procons. & traditur per Rot. decis. 364. & 201. in no. Afflict. decis. 245. numero 10. & decis. 307. in fin. & iterum decis. 391. Boer. decis. 247. Gram. decis. 65. Franc. Nico. in repe. cap. quoniam contra, numero 49. de probat. Paris. consi. primo, numero 32 libro primo, & Felin. in capit. cùm olim, numero 12. de re iudi. vbi de com. op. etiam testatur. Et vsque adeò hoc verum est, vt sententia* * *in fauorem absentis lata, non tamen citati, ipso iure sit nulla, vt per Iās. post Alexand. in l. si furioso, numero 3. ff. de re iud. & per eundem Alexand. consi. 14. libro 6. Capic. decis. 9. & Boer. decis. 283. fallit tamen, vt Alexand. ait, in d. l. furioso, quando in caussa sine figura iudicij procederetur: tunc etenim sententia pro absente non citato valeret. Et idem esset in criminalibus, si in fauorem tamen rei sententia proferatur. Et quod diximus, citationem ipsius iudicij fundamentum esse, sanè intelligas, quando pars non est præsens, dicto l. de vnoquoque, vbi not. & in l. 1. ibique Bart. Bald. & Ang. ff. de in ius voc. Lanfr. in cap. quoniam contra, in ver. citationes, in princip. de proba. Dec. consil. 449. numero 8. Felin. cap. 1. colum. 7. ver. not. etiam de iudic. Cassad. decis. 2. eod. tit. & Maran. in praxi, in ver. citatio, numero 12. vbi* * *quod non sit necesse, vt præsens citetur communem esse opinionem affirmat, & Ias. in l. nec quicquam, §. vbi decretum, numero 26. & sic actus eo præ-* 7 Com. opi. 8 9 Com. opi. 2

sente

sente aliter q; non citato expediri potest, cùm presentia aduersarij omnem defectum purget, vt prodiderunt Abb. cons. 38. libro primo, Deci: consil. 68. numero quarto, & pic. decis. 1. colum. fin. Cæterùm, an saltem à iudice de qui in caussa sit, pars certior reddi debeat, altercatio ter scribentes, in d. l. furioso, & in l. nequicquam, §. vlt. cretum, & in d. l. de vnoquoque, veluti etiam tradit Soc. cons. 29. lib. 3. attamen quòd nequaquam requiratur, pars certa fiat solidior est opinio. De materia autem, quæ

10 Com. opi. omninò citandus est, qui interesse prætendit, per iura superius adducta, & in clem. sæpè, de verbor. significa. & cap. Deus omnipotens, 2. quæ. 1. & Alexand. cons. 5. lib. 2. vbi latè per Maria. Soc. in tracta. de cita. art. 7. per totum, vi ponit regu. cum 47. ampliationibus, & 35. limit. & Mas. in dict. l. de vnoquoque, nume. 8. vsque ad 113. qui 60. ampliat limitat. & 12. amplia. Ant. verò Nicel. in concord. glo. in concord. 52. nu. 224. cum pluribus seq. abundantiùs tenuit, 115. limit. tradit si tibi satisfactum velis, eos legas, non non & Catel. Cot. in memoral. in verb. citatio. Nicolaus Anton. Grauatius.

e Sed defectus.) Adde Barto. in l. item eorum, §. Iul. ita, ff. quod quisque vniuers. nomi. & Ias. in l. qui quartum. num. quarto, ff. de leg. 1. nam nullum est, quod præter citationis, aut mandati formam fit, nec etiam valet, vt habet potest, tex. est in l. 1. §. si quis ita, ff. de verbor. oblig. quem ita Bar. eo loci intelligit, & in l. si quis pro eo, in tertio libro, ff. de fideiusso, quem cæteri sequuntur sic, vt forma seruata, negocium retractetur, non tamen integrum, sed quatenus formam excessit, & est communis opinio, veluti ex

Com. opi. Curtio Iuniore liquet, consi. 79. num. 2. Nic. Ant. Grauatus.

f Cui clausulæ.) Meritò non satisfit, vt auctor ait, nam

u * citatio, quæ domi fit, non vtique valet, nisi illius, qui citandus est, præsentia haberi non possit, c. causam quæ de dol. re sentu, Barto. & alij in l. 4. §. quod ait prætor, ff. de dam. in

fec

fect. Etsi nonnulli ad hanc sententiam non accedant, per tex. in l. scire oportet, ff. de excus. aut. alternatiuè loquentem scilicet ad faciem, vel ad domum. Et in alternatiuis alteram partem esse veram sufficit, regu. in alternatiuis, de reg. iur. in 6. veruntamen prior opinio cõmuni calculo à Doct. recipitur in dictis capit. caussam, & l. 4. §. quod ait. Et ad dict. l. scire, respondetur, quòd illa est alternatiua ordinis, vt primùm in faciẽ, si citandus reperiri possit, citetur, aliàs domi. Cæterùm, & illud ambiguũ est, quonam pacto aliquẽ reperiri non posse, intelligendum sit, sed hac de re Doctores citatis in locis nodũ dissoluentes videas. Quam quidem* communẽ opinionem procedere intelligas quando prima citatio domi fieret, secùs verò, si aliàs personaliter citatus fuisset, tunc enim citatio domi facta semper etiam ad sententiã valeret, Rota decis. 48. de citat. in no. Sed an* necesse sit, citationem domi factã, (vt citatus ad comparendum obstringatur,) ad suã notitiam deuenisse? Alberi. in l. satis. de in ius vo. censuit, quòd sic, cui nonnulli consentiunt, quos refert & sequitur Aflict. in const. reg. Neap. citationis. in 1. & 14. no. verùm pleriq; omnes id negant necessarium esse, inter quos anteſignanus est Accurs. in l. ex consensu, §. vlt. de appell. & rursus in l. 1. §. vlt. ff. quando appell. sit. Specu. de citat. §. sequitur, vers. sed nunquid sufficit. Io. And. in capit. præsumitur de reg. iur. in 6. in mercur. Pau. Castr. in dicto §. prætor ait, & ferè vbiq; omnes hoc probãt. facileq; hanc opinionem communẽ esse ex Tiraq. dignoscere poteris, in tract. de vtroque retract. §. 9. in gl. 2. nam. 39. & sequẽ. Nic. Ant. Graua.

Com. opi.

12

13

Com. opi.

Ratione mandati.) Ad hæc accedant, quæ prodita sunt ab Ioanne Anan. consi. 96. atque Ludouico Bolognino in addi. qui multas congerit doctorum auctoritates, & adeò * mandati defectus iudicium reddit nullum, quòd eius nullitas sanari non potest. Hinc insanabilem hanc nullitatem appellauit Staphil. in tract. de lit. grat. pagina 145. quem sequitur. Gomes. in compend. vtriusque signat. in regul. cancell.

8

14

cancell. folio 185. qua de re diffusè loquitur Vant. de rub. sent. & def. in hab. seu mand. Nicol. Anton. Grauatus.

d 15 Præsertim.) Mandatum* procuratorium tam diu durat, quàm diu mandantis voluntas, l. si verò non remoueri, §. si mandauero, ff. mand. l. vna. §. 1. C. de sentis. l. fin. curator, §. fin. ff. de procur. adeò, quòd deinde ex potestate reuocatæ defectu, ac si nunquam fuisset procurator, censetur. cap. ex insinuatione, & cap. in nostra, extra eo. tiu. Bald. in l. falsus. colum. prima, C. de furt. & in l. licet, C. de procur. Boer. decis. 274. numero 6. & gloss. not. in cap. fin. in verb. reuocatus. de procur. in 6. quæ voluit etiam procuratorem reuocari posse, quamuis in reciurando quispiam illum non reuocare promiserit, & si is periurij reatum incurrat. Quam eandem gloss. amplectuntur Alexand. consil. 18. column. vlt. lib. 2. Felin. in cap. ex parte, in 5. ampliat. de rescript. Dec. consil. 475. & Boer. qui plura congerit, decis. 207. vbi num. 2. loquens de procuratore cum iuramento ad resignandum beneficium ex caussa permutationis constituto, quod possit iuramento non obstante reuocari, communem esse opinionem affirmat. Nicol. Anton. Grauat.

Com. opi.

i 16 Idem dixero.) Iudicium à iudice incompetente datum, totum, ruere, nemo est, qui ambigat, C. si à non compe. iudi. per totum, adeò, quòd* hæc nullitas ex iudicis defectu, quandocunque opponi potest, etiamsi municipalibus cauetur, nullam exceptionem contra sententiam opponi posse, ita consulti responderunt, Roman. consil. quadragesimo secundo, & Corne. consil. 144. libro primo, & est communis opinio, teste Cur. consil. 119. numero 3. Qua de re videas quæ que Felin. in capit. inter monasterium, de re iudi. & in cap. ex parte secunda, de offi. delegat. & in rubric. de foro competet. Alexand. consil. 79. in caussa & lite in fin. lib. 7. vbi hanc communem sententiam esse affirmat, & Deci. consil. 8. num. 8. & consil. 434. in fin. & rursus consil. 360. & 520. & Peruis. consil. 45. numero 29. libro primo, Gram. consil. 1. num. 41.

Com. opi.

ro 48. quod reperitur post decis. vbi ait, quòd * exceptio in- 17
competentiæ exequutionem sententiæ impedit, ibiq; etiam penè infinita ad materiam videbis, & per Fulg. consil. 167. Aret. consi. 75. & Gozad. consil. 72. numero sexto, vbi ampliat procedere, etiam, vbi iuramentum de non opponenda nullitate interueniſſet, vt hæc incompetentiæ exceptio oppo ni quoque valeat. Nic. Anto Graua.

De positionibus, articulis, & compulsione partis ad respondendum singulariter singulis.

CAP. XIIII.

SVMMARIVM.

1 Positiones quare inuentæ sint.
2 Positiones tam ab actore, quàm à reo traduntur.
3 Positionum formulæ.
3 Positionibus si quis respõdere minimè velit, quid agendum.
5 Positionibus respondere quis compellitur, fallit tamen & num. 16.
6 Articuli admittuntur, quando controuersia est de impertinentia, cum protestatione, saluo iure impertinentium, &c. & num. 26.
7 Positionibus respondere per verbum credo, quare admittatur.?
8 Aduocati clientes ad respondendum positionib. instruere nequaquam debent. fall. & nu. 30.
9 Articulorum copia datur in Rom. Cur. monito ad illis respondendum, & num. 33.
10 Dilatio datur procuratori dubitanti se non esse certum de his, quibus interrogatur, ad suum principalem consuluedum.

11 Positionibus quis respondere teneatur, principalis, vel procurator?

12 Positiones in quacunq; parte iudicij fieri possint. & num. 35.

13 Positiones quo pacto formandæ sint.

14 Positionibus respondendum est simpliciter, per verbum credo, vel non credo, fall. tamen.

15 Confessio per verbum credo facta in positionibus dicitur confessio de veritate, & num. 28.

17 Articuli, siue positiones nō possunt reuocari, postquam acceptatæ fuerint

18 Positioni criminosæ non est respondendum, fall. tamen.

19 Positionibus quando, & ex quibus causis respondere cogi non possit.

20 Positio captiosa, quæ dicatur.

21 Positiones contrariæ admittuntur, etsi captiosæ & impertinentes reijciantur.

22 Positiones alternatiuæ admittuntur.

23 Positio negata, nil neganti prodesse potest, attestes super ea producti iuuare possunt.

24 Positio continens partim verum, partim falsum, an in totum negari possit.

25 Positiones veras negans, si de mandato committitur, ad omnia damna tenetur.

26 Clausula saluo iure impertinentium, &c. quid importet, an passim articuli cū ista clausula admittendi sint.

27 Artticuli in dubio, admittendi sunt, quando, vtrum pertinentes, vel ne, sint, ambigitur.

28 Verbū credò à parte prolatū, veritatē denotat.

29 Adue-

29 *Aduocati malum consiliũ dantes, ad omnia damna tenentur.*

30 *Rusticus, quando vt principalis examinatur, potest eius aduocatus adesse.*

31 *Rusticus non excusatur, si peritores consulere potuerit.*

32 *Rusticus sagax non excusatur ob rusticitatem.*

53 *Positionum copia edenda est, fall. tamen.*

34 *Dilatio ad deliberandum dubitanti super positionibus respondere, an sit concedenda.*

35 *Positiones, an infra terminum probatorium fieri debeant.*

36 *Articuli quandocunque ante conclusionẽ in causa an recipi possint.*

37 *Terminus ad faciendum omnes defensiones, an vnico contextu præfigi potest? scilicet ad articulandum, ponendum, producendum, & probandum.*

38 *Dominium qualiter probetur.*

39 *Dominium aliquando per famam probatur.*

TErmini sacri Palatij, de quibus suprà loquuti fuimus, sunt dilationes, quæ dãtur, vt litigatores interim valeant causſam necessarijs probationibus instruere. *a* Quamobrẽ *adinuuentæ sunt positiones, vt per eas ponens ab onere probandi per aduersarij confessionem releuetur, c. statuimus de confes. lib. 6. l. eũ qui. ff. de iureiur. Dico* enim ponens, non aũt magis actor, quàm reus, quia positiones ab vtraque parte fieri possunt, cap. prout extra de dolo & contum. capit. vnico de litis contesta. cap. dudum, el. 2. circa medium, de electio, Specu. titul.

a 1

2

depositio.§.tertio,numero tertio,versicu. sunt autem positiones, quibus propterea vtimur, priusquam ad genus alterius probationis deueniamus, breuitatis tamen caussa non formamus positiones ad partem,sed articulos nostræ intentionis,damus tamen,animo, vt priusquam probatio fiat super singulis,diuersa pars interrogetur,ideò articulantiũ mos inoleuit,vt in principio articulorum,dicamus,* Positiones,& articulos infrascriptos dat,facit & exhibet procurator,& eo nomine venerabilis viri Sempronij, quibus prius & ante omnia singulariter singulis per partem aduersam medio iuramento per verbum credit,vel nõ credit responderi, & si negabuntur, illas, seu illos ad probandum admitti petit,& porrectis articulis solet is,* qui porrigit,monitorium obtinere contra aduersarium, vt infra triduum debeat medio iuramento singulariter singulis medio iuramẽto per verbum credit, vel non credit, respondisse, sub excommunicationis pœna, *b* & nisi respondeat, non admittimus,vt sic monitus pro confesso habeatur,iuxta c.2.de confessis in.6. sed elapso tertio die proceditur ad pœnas in monitorio contentas, & excommunicatur,declaratur,& declaratus denunciatur, vt excommunicationis tœdio cogatur monitus respondere, qui si excommunicationem per 10.dies passus fuerit, ad brachij sæcularis inuocationẽ pro cõmissa pœna,ac etiã ad captionẽ pignorũ procederetur, vt monitus metu præmissorum faceret, quòd metu excommunicationis hactenus facere cessauit; licet nunquam viderim captionem pignorum,neque brachium sæculare expectari,Specu.titu.de

b

positio-

positionibus, §. 9. ver. quòd tacens.

Quæ * compulsio fieri consueuit, etiam si articuli essent obiectiui, vt not. Io. Mo. in cap. 2. de cõfess. & seruauit Rota decis. 18. in no. nota qualiter, depositio. c idque dum tamen articuli sic c
obiectui, crimen non continerent, quibus non cogeretur quis respondere, nisi cum temperamento, de quo per Aegidium conclu. 274. super cri. de confessis. Amplius compelleretur quis respondere, etiamsi suspensum esset petitoriũ, & articuli illud cõcernerent, imò arrestari quis posset hîc ad hunc effectum, si fortè recessurus esset, donec respondisset, Rota decis. 394. in no. si suspenso, de cau. poss. & proprie. Idem quoq; si positiones, & articuli essent impertinentes, Rota decisio. 640. in antiq. dic quòd stylus, de articul. & respon. idque, si modò dispositiuè specificati essent, aliàs enim non arctaretur quis respondere, nisi quatenus ipse vellet, Rota decis. 729. in antiq. not. quòd si aliqua caussa de articulis, prout non arctaretur, vbi positio crimen respondentis contineret, vt suprà, & in plerisque alijs casibus, quos apud Speculator. titul. de positio. §. sexto legere licebit.

Verũm * vbi de pertinentia articulorum tantùm esset in respondendo controuersia, mos iudiciorum inoleuit in palatio, vt tempore istius 6
compulsionis, non admittatur ista pertinentiæ vel impertinentiæ discussio, idque, ne in præludijs iudiciorum ista disputatio lites longius produceret, sed reseruatur ad tempus admissionis arriculorum, Rota d. decis. 640. in antiqu. Imò eadem fermè ratione introductum est, vt in ipsa articulorum admissione ista discuss. euitetur,

tetur, quòd iudices non aliàs simpliciter admit-
d tant articulos, *d* sed cum protestatione, saluo iu-
re impertinentium, & non admittendorum, qua
protestatione præseruatur ius parti, in quan-
iudicij parte, & præsertim, quando caussa in a-
legationibus iuris reperitur discutienda, præ-
puè, si contra articulos dixit generalia cõtra in
forma solita, quæ est etiam alia practica præ-
ferandi exceptiones, vt in qualibet parte iudi-
cij discuti possint, prout inferius suo dicemus
loco.

7 Sed * dices, quare practica acquiescit respon-
sioni per verbum credit, cùm depositio de cre-
dulitate non probet, glo. in l. testium, C. de testi-
bus, Specul. titul. de teste, §. 1. numero 18. versic.
item quòd deposuit de credulitate. Respondeo
e id. n. procedit in teste, *e* secus in confessione par-
tis, quæ etsi de credulitate sit, tamen probat, ac si
de veritate esset, ad not. in cap. ex literis, extra
de iureiuran. Specu. titul. de positio. §. 6. num. 2.
f versicu. hoc autem certum est. *f* Vbi Spec. declа-
mat contra patronos caussarum, qui adeò infa-
mam habent conscientiam, vt clientibus suis fa-
cilè persuadeant, articulis huiusmodi negatiuè
respondendum esse, sub prætextu, quòd ille, qui
respõdet se nõ credere, nec præcisè neget, quod-
que aliud sit nescire, aliud verò non credere, ita
Specul. dicit ista, licet in depositione testis di-
uersum sit, secùs tamen in responsione partis. Et
alibi etiam dicit, similes patronos instruentes
principales ad negatiuè repondendum contra
id, quod sciunt, teneri parti ad interesse. eod. ti-
tul. de positio. §. tertio, numero octauo, versic.
& not. quòd aduocatus, & inferius, §. 9. nume. 6.
versic.

versi: itē no quòd aduocatus. Quorum * Patro- 8
noru facilitatē in hoc improbo, si qui sunt, qui
litigatores suos ad similiter respondendum, vbi
de veritate sunt aliàs certi, instruant, (prout ple-
rosq; noui. Qua in re latissimus est in Rom. Cur.
hoc agendi campus, in qua licet de iure non de-
beant litigatores in respondendo positionib. vti
aduocatorum consilio, ex quo interrogatus de-
bet esse certus de facto suo, c. ab excommunica-
tio. extra de rescript. l. quisquis, C. de rescind.
vend. g imò arcendus sit aduocatus à respon- g
tis præsentia, ne verbo, vel nutu respondentem
instruat, Spec. tit. de positio. §. tertio, ver. non e-
nim debet pars eum sequent. Inoleuit * tamen 9
practica, vt monito ad respondendum articulo-
rum copia detur, ad effectum, vt instructus illis
respondere valeat, quæ practica potuit duplici
ratione introduci, vel præ nimia notariorum in
hoc facilitate, quib. non expedit causas partiū
confessionibus, sed longioribus probationibus
expediri, ex quibus ipsi prouētus faciunt, vel ve-
rius, quòd ex quo in Romana Curia frequentio-
res sunt forensium causæ, quæ cùm cōmuniter
non per principales metu de meritis instructos,
sed per procuratores plerunq; malè informatos
tractentur, videtur cessare ratio certitudinis fa-
cti, quā in principali vigere suprà diximus, *b* & h
propterea dignū visum fuit maiorib. nostris, vt
copia daretur habenti respondere, qui possit in-
terim, si non principalem, saltim scripturas con
sulere, & cautius respōdere, quo casu (opinor)
procuratores de veritate facti non sat certos tu-
ta conscientia posse facere similes responsiones
per verbum non credit, saltim præuia petitione

dilationis ad consulendum principalem, & non obtenta, quia si nō est certus, non potest neque debet aliter respondere, aliàs enim temere causſæ clientis sui præiudicare posset, & ancp subire periurij periculum, quod non debet, l. deamus, ff. de in litem iur. & l. Marcellus, §. qu reum, ff. rerum ammot. glos. c. pertractandis extra de iuramen. calum.

i 10 Quæ tamen dilatio * ad consulendum principalem procuratori dubitanti, & allegantis non esse certum de his, quibus interrogatur, denegabitur, vbi positio respiceret negotium, ad quod fuit cōstitutus, c. dilectus, extr. de procur. l. si actor, ff. & l. fi. C. eo. imò isto casu si procurator cessaret respondere, veniret mulctandus in expensis, quas pro probatione similis facti, cui procurator respondere recusat, fieri contingeret Specul. tit. de positio. §. 6. nu. 19. versi. quid si procurator dicit dubitare. Si verò positiones respicerent aliquem nouum, & emergentem articulū, qui fortè præuideri non potuit, nō erit imputandum, si procuratorem non instruxit, arg. c. cæterùm in prin. extra de iura. calum. c. fraternitatis de testib. clem. pastoralis, de except. quo casu, vel alio, quo iusta quæuis alia causſa subesset, poterit iudex pro eius arbitrio dilationem concedere, ad text. in cap. dilectus, de procur. & dict. l. si actor, ff. & l. fin. C. eodem, Specul. tit. de

k 11 positionibus, d. §. 6. nu. 19. k At * dices tu, quis tenebitur respōdere positionibus, principalis, vel procurator? dic, quòd si principalis adsit, ipse tenebitur, Specul. titu. de positio. §. 8. num. 5. versic. quòd si pro illo, idque ea ratione, quòd ipse magis sit de veritate certus, l. fin. C. de procurat.

c. iuris

c.iuris, extrà de iudic. nec admitteretur procurator ad respondendum, altera parte volēte per dominum responderi, l.non solùm, ff.de procur. l.proinde, §.1.ff.ad l.Aquiliam, & c.ad hoc aliàs præsentium, extrà de testibus, quod tamen intelliges, vbi principalis per seipsum non respondisset, quia factum principalis faceret cessare factū ac etiam mandatum procuratoris, in hoc, licet vbi procurator respondisset, possit nihilominus cogi quoque principalis, vt etiam per seipsum responderet, Specul.titu.de positio.§.6. num.18. versicu. in summa notandum, & propterea dicit tex. dominum teneri mittere procuratorem bene de meritis causſæ instructum in dict. cap. in pertractandis extra de iura. calum. & l.2. §. fin autem, C. de procu. cap.fin.extra de dol.& contum.

Fiunt * autem positiones hinc inde ab vtraque parte, prout cuique probandi onus incumbit. c. prout, extra de dolo & contum. c. vnico de litis contesta. dudum, clemen. 2. circa medium de electio. Spec.ti.de positio.§.3.num.3. ver. fiunt autē positiones, amplius factæ admittuntur ad effectum, vt eisdem altera pars respondeat, vt suprà etiam post inchoatas probationes, l imò et iam in quacunque parte iudicij, etiam vsque ad conclusionem in causſa, & post publicatas attestationes exemplo instrumentorum, c.cùm dilectus responso. 1.extra de fide instrumen.& ratio videtur esse in promptu, quia in instrumentis, & positionibus cessat subornationis timor. Specul. eod.tit.§.4.num.5. ver. sed quid si aliqua partiū. m Quod tamen intelliges, dum tamen datus non esset terminus peremptorius ad faciendum om-

12

1

m

nes probationes, post quem non defuerunt, qui voluerunt etiam positiones non admitti, cùm ipsæ probationum loco succedant, Specul. eod. titul. §. 2. & in princ. & §. 3. versi. fiunt quoque, & cæt.

13 Sed * quis, mi Pelæe, erit in formandis positionibus, & articulis modus, hunc enim si in foro discere cupis, serò sapies, quod in hac rhetorica potius sit necessaria; & nisi tu bonam habueris legum supellectilem, difficilè erit tibi hoc articulandi munus benè explere. Quamobrem, dubitans Specula. titul. de positio. §. 3. in fin. verbis, ad quem hoc positiones & articulos faciendi munus spectet, respondet consuetudinem interpretatam fuisse, quòd aduocatus consuetudinem intelligens, vel suorum temporum, vel inprouincijs, nam in Romana Curia procuratores absque aliquo aduocatorum consilio passim positiones & articulos formant, quod etiam comprobat ipse ratione, quia positiones ius tangunt, & omnia, quæ ius tangunt, per aduocatum expediuntur, l. aduocati. C. de aduo. diue. iudi. Quamobrem soleo ego, prout nostri plerosque admirari, qui legalem bibliothecam nec legerunt, nec intelligunt, & procurationis munus in Romana Curia exercent, & copiosas quoque clientelas habent, cuius rei alia ratio mihi non succurrit, nisi quod non legibus, sed alijs artibus causas agunt, & tuëtur, sed de his hactenus. In hoc enim articulandi genere, hæc tibi firma regula erit, vt naturam actionis propositæ intuearis, & quæ tibi incumbant ad fundandam intentionem in
n moto iudicio, *vtpotè, si de dominio agatur, quæ ad eius probationem necessaria sint, l. cùm res,

res, C. de probatio. c. licet extra eod. l. in rem actio ff. de rei vendicat. quòd si publiciana egeris, considerabis in ea, quæ fuerint tibi necessaria, l. 1. ff. de public. & sic de cæteris, tum in prophanis, cùm etiam in beneficialibus, in quibus, incumbentia solent communiter esse infrascripta, videlicet existẽtia, ac qualitas beneficij, pertinentia collationis cum possessione conferendi possessio defuncti, mors in possessione, vel alia vacatio, scientia collatoris de vacatione, & collatio, acceptatio, & habilitas prouisi. fructus beneficij, & intrusio rei aduersarij vnà cum fructuum perceptione, & hæc tibi satis erunt pro monstratione ad alia.

ANNOTATIONES.

Quamobrem.) *Positiones postquam inuentæ fuerint, vt ponens ab onere probandi per aduersarij confessionem leuamentum habeat, c. statuimus, de confess. in 6. & c. de proba. extra, necessum fuit, quòd aduersarius* (habita tamen prius copia) eis iureiurando sufficienter respondeat, & simpliciter per verbum credo, vel non credo, aliàs iterum respondere cogeretur, veluti Abb. cæteriq́ue tradunt in c. 1. de probat. Bal. in l. vlt. nu. 9. C. de edict. diui Hadr. toll. & Formu. var. commis. folio 12. sub rubr. de posit. fallit tamen in ea facti specie, cùm quis mutuum sibi factum, remotis arbitris restituerit. Nam positionibus cum hoc moderamine respondere poterit scilicet, si mutuasti, restitui, ita Alexan. & ceteri in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verb. oblig. latè Ioan. Neviz in sylua nupt. in verbo Monitoriæ, num 54. lib. 3. Et* responsio illa super positionibus, etsi de credulitate fiat, propriè tamen confessio dicitur, cùm verbum credo à principali prolatum, veritatis sit expressiuum, teste Bald. in l. 1. in fin. C. de fal. cau. adic. leg. & tradit Gemi. & in c. 1. de confes. lib. 6. &*

a

14

15

16 & Corn.consi.186.lib.3.Cæterùm, * tunc scias, reum positionibus cum iuramento ad respondendum teneri, quotiescunque actor suas positiones prius iureiurando veras esse affirmauerit, c.præsentium, de test.lib.6.& apud dictum Fer. præcitato loco habetur, & tradidit Accurs.in l. vna in glo. magna in fin.C.de confes.quem commendant Bald. in c.per tractandis de iuram.calum.& Ias.in l.iudices, num.7.C.de iudi.& in l.possideri, num.24.ff. de acquir. possess. Quod planè intelligas, actorem materias in articulis, siue positionibus contentas, veras esse, iureiurando asserere debere, scilicet aduersario hoc petente. Quod quidem * petere valde

17 vtile erit. Nam postquam contenta in articulis vera esse dixerit, amplius illos reuocare non permittitur, vt Compilator ille formul.term.admonet, folio 46. versic. nota quod, sicque tibi iuuamento esse potest, cùm producens positiones contenta in eis fateri videatur, vt per Alexand.consi.83.colum.2.vers.pondero, lib.1.& consi.21.colum.2.versic. venio ad merita, lib.3.& iterum cons.151.col.1.lib.5.Nicolaus Antonius Grauatius.

b Et nisi.) Vide Ias.in d.l.possideri.num.24.ff. de acq. poss.

c Idque dum.) Huc vergunt, quæ Cart.alijque post eum scribunt in l.qui iurasse, §.si pater.ff.de iureiur.& in l.1.§. quod obseruari, C.de iur.cal.& in l.Marcellus.ff.rer.amot. atque in l.transactione, C.de trans.& quæ Felin.etiam notat in c. cùm dilectus, de accusa. Etsi aliquando * (vt citatis

18 in locis est legere, quis positioni criminosæ respondere cogatur, vtputa si de eo interrogetur, super quo si non responderet, cum aliena iactura locupletaretur: veluti si rem alienam detineret. Item etiã si tali de crimine sciscitaretur, ob quod beneficio priuandus esset, c.dudum, 2.de elect.& ca.inquisitionis, de accus. Secus verò, vbi crimen detegendo, cum alterius damno locuples non efficeretur, veluti si infamis, aut excommunicatus sit, aut de similibus interrogaretur, tum

enim

enim ad detegendam suam turpitudinem (vt præcitatis locis Doct. tradunt) responsum dare minimè obstringitur. Nec
etiam* quando aduersarius per modum interrogationis, & 19
non positionis suos formaret articulos, vt per Bald. in l. data opera, C. qui accus. non poss. Paul. Castr. & Ias. in l. iudices, §. fin. C. de iudic. ea nempe ratione. Nam qui ponit, fatetur, non autem qui interrogat. Rursus nec responsum dare tenetur, super eo, quod aliàs iureiurando decisum fuit. Nec super facto alieno, minimè etiam super impertinentibus ad causam, vt tradunt Barto. & cæteri in dicto §. quod obseruari. Gloss. & Docto. in cap. si post præstitum, de confes. in 6. Et quando positio dicatur pertineus vel ne, declarat Ias. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, num. 14. ff. de iureiuran. Nec etiam respondere tenetur, vtrum bona, an mala fide possideat, teste Bald. in l. mala fide, in fin. C. de cond. ex leg. Itidem si de eo, quod in iure consistit, interrogetur. Specu. in tit. de posit. §. 7. vbi latè materiam pertract. fallit tamen hoc, nisi esset positio iuris mixta cum facto, vt per Dec. in cap. sæpè, nume. 3. de appella. qui & nonnullas aliàs tradit fall. eum videas. Nec insuper positioni negatiuæ respondere obstringitur, nisi æquitate suadente eam iudex admittendam censuerit, cap. 1. de confess. in 6. Nec quoque captiosæ positioni, Ias. in l. controuersia, num. 4. ff. de transact. & idem post alios in d. l. qui iurasse, §. si pater, num. 9. ff. de iureiur. vbi declarat, tunc* 20
positionem dici captiosam, quotiescunque ex omni parte, qua quispiam respondet, adeò laqueis irretita est, vt contra se respondeat. Cæterùm,* & si positiones captiosæ, & impertinentes (vt ex prædictis patet) reijciendæ sint, admitterentur tamen, si essent contrariæ, exemplo actionum, quæ licet contrariæ sint, propter factum tamen rei admittuntur, vt pulchrè Bald. voluit in l. si ex pecunia, in 3. opp. C. de furt. cui ibi Ias. nume. 15. adstipulatur, vbi* etiam an admittantur positiones alternatiuæ, qua de re Imol. Ant. Butr. & alios videbis in cap. ex parte decani, de rescriptio. & Pract.

Papi.

Papi.in forma excip.contra posit.per totum,qui pulchrè explicant materiam. Sed hoc vnum admonitum te esse volim, quod* etsi exposítione negata quis se iuuare nequeat
23 posſit,per reg.ex eo non debet quis,de reg.iur.in 6.& vid. Iaſ.in l.poſſideri,nu. 23.ff.de acqu. poſſ.tamen ex diffuſtium ſuper poſitione negata receptorum,ſuam intentionem fundare,iure poterit,ita egregiè limitat Ange.conſil.157.vi. Iaſ.ibi nu.25.conſentit,aliasque adducens auctoritates.Ceterùm,* quando poſitio partim verum,partim falſum con-
24 tinet,vt ſi quis viginti ſibi deberi ponat,& verè quindecim debentur:poterit hac facti ſpecie,tota poſitio abſque periurij reatu negari. Et licet hac in re altercatio non modica ſit inter Doct.tamen hæc eſt communis opin. veluti poſt Ale.& Are.teſtatur Iaſ.in l.1,§.ſed & ſi mihi,num.10.ff.de verb. oblig. Qua de re vide Dec.in l. non poteſt videri impro. & eò loci Cagn.ff.de reg.iur. At* quando veras poſitiones in facto proprio quis abnegat, vel alterius, dummodo ſciens fuiſſet,& de mendacio,per ipſas poſitiones probatas, aduerſario conuinceretur, contra ipſum negantem ſuper dam-
25 nis,& intereſſe,iurari in litem poterit,ita pulchrè probat Ancha.conſi.316.in cauſſa,cui ſe ſubſcribit Soci.conſ.213.in filijs,lib.2.ſequitur Plot.in repet. l.ſi quando,num.6.C. vnde vi.ibiq; etiam poſt Iaſ. in l. nequicquam,§. vlt. ff. de teſtamen.nu.18.ff.de offi.proconſ.ait,quod iudex ſub pœna ſiue actori præcipere poteſt,vt poſitionibus iuſtè ac verè reſpondeãt,quod ſi ſecus euenerit,illos pœna afficere ei licebit. Nicolaus Antonius Grauatius.

Com.opi.

d Sed cum proteſtatione.) Quid* hæc clauſula reſpe-
26 rat, ſcilicet admittimus ſaluo iure impertinentium, Ioan. And.Inno.Butr. Felin. & communiter omnes docent, in c. cùm contingat.de offi.deleg.Bart.Alexan.Iaſ. & alij in l.ſi duo patroni.§.idem Iulianus.ff.de iureiu.quòd articuli,qui admitti minimè debeant, pro nov admiſſis habentur.ſuper eiſdemque recepta teſtimonia reijciuntur.Qua de re Affict. lega

legas decis.33.& Guid.Pap.decis.347.necnon & Gram.affatim loquentem in decis.45.num.4.cum seq. Quæ quidem clausula procedit, quando in ambiguo res posita est, an vel ne articuli impertinentes sint, veluti citati Doctor. tradunt, præsertim Gram. Cæterùm, quando facilè illorum impertinentia apparere potest, tunc illos iudex parte petente reijcere debet: nec aliter dicta cum protestatione, saluo iure impertinentium admittere, vt eo loci ab Gram. per plura comprobatur, & Decio consil.161. & in cap.in nomine Domini, numero 35. de test. atque Ioachimo Mynsing. in suis singu. obseruationibus in Centur. 2. obseruat. 90. vbi in Imperiali camera sic obseruari testatur, & Angel. in l.in speciali, de rei vend. vbi optimè testatum reliquit, quòd melius ageret iudex, si tali cautela non vteretur, sed prius super impertinentibus, & antequam testes examinentur, disceptaretur. Quod certè partibus ipsis magis expedire, lippis & tonsoribus patet, ne tot immensis sumptibus, exantlatisque laboribus vexentur, dum super impertinentibus testes recipiuntur, & deinde (erogata tamen prius pecunia) an articuli & receptæ super eis probationes reijci debeant, discutitur, quod & Dec. in dict. cap. in nomine Domini, animaduertit etiam. Hinc est, quòd suo æuo, vt Card. est testis, in d.c. cùm contingat. Romæ talis cautela, aut potius fallacia vsu haud quaquā recepta erat, quæ (mea quidem sententia) hodie seruanda nō est. saltim cùm dubietatis ansa non datur, quòd non sint impertinentes, & non (vt plerique omnes faciunt) qui luminibus (vt ita dicam) clausis Andabatarum more articulos qualescunque cum dicta clausula admittunt. Et si periti iudices, Deumque timentes id minimè agant, sed lynceis oculis, an pertinentes vel ne sint, perspiciunt, impertinentesque quàm primùm expungunt atque liturāt. Verùm * cum dubitatur, 27.
vtrum pertinentes, vel ne sint, admitti potius debent, quàm non recipi, vt Dec. in dicto cap. docet, vbi etiam numero 34. quòd articuli pertinentes dicantur, si quoquo modo ad causā dire-

directè, vel indirectè faciant. Nico. Ant. Graua.

e Secus in confessione.) Verbum* credo à parte pro-
28 latum veritatem denotat, Bald. in l. 1. in fine, C. de fal. cons.
adi. leg. Gemi. in c. 1. de confess. in 6. adeò, quod confessio
verbum credo à parte facta, ita præiudicat, sicuti de verita-
te, vt habetur per Corn. cons. 186. colum. 1. lib. 3. & si id in te-
ste non admittatur, & in plerisque alijs etiam casibus, nam
regulariter tale verbum fictionem significat, l. conficiuntur,
in princ. vbi Accurs. in verb. creditur, ff. de iure codicil. Bar.
& cæteri in l. si is, qui pro emptore, ff. de vsucap. tradit que
Ruin. consi. 111, quamuis. num. 4. lib. item. 4. Nico. Antonius
Grauatius.

f Vbi Specu.) Adde Ioan. Bapt. Plot. in repe. l. si quando,
nume. 659. C. vnde vi. qui in improbos patronos procurato-
resque nonnulla in medium affert. Sed proh Deum immor-
29 talem, hi* sic perperam consulentes, non animaduertunt,
quòd malè sibi ipsis etiam consulunt. cùm omnia damna re-
sarcire teneantur, vt Cyn. Salic. Fulg. Paulusque Castrens.
tradunt in authen. hodie, C. de iudic. Quæ si satis non fecerint,
eos perpetuos habituros cruciatus, nec quidem ethnici nega-
bunt. Quod enim maius hoc, flagitium esse potest, quàm illi
dolo ac fraude frustrari, qui in tuam fidem patrocinium que
venit? Non immeritò lege 12. tab. in Patronos cauebatur in
hæc verba, Patronus, si clienti fraudem fecerit, sacer esto, cui
lex haud secus puniens, quàm si capitali iudicio esset affectus.
Sanctè ergo Veteres voluêre, teste Alexan. ab Alexandro l.
Genial. 6. cap. 10. Clientem. qui tutelæ patroni se commisit
chariorem haberi, quàm propinquos, affinesque, & Gell. qua-
que Noct. Atti. lib. 5. cap. 13. memoriæ prodidit, quòd apud
Romanos iuxta parentes pupilli, post hos locum obtinebant
clientes, tertium hospites. Nico. Ant. Graua.

g Imò arcendus.) Limita* hoc tamen in rustico neque
30 quam locum habere, qui dum vt principalis examinatur, ip-
sius aduocatus, aut procurator adesse potest, ne ob rusticitatem

tem simplex, & rudis ipse homo deciperetur, vt per Hostiē. in c. dilecti, de iudi. & Soc. in l. 1. col. 4. de vsg. & pub. atque huic sententiæ non accederem, vbi stylus vigeat, prout in Roman. Curia, & alibi etiam, (quemadmodum parum infrà auctor testatur,) quòd positionibus respondeatur, prius earum exemplum conceditur, hoc etenim casu patronos consulere potuit: vnde rusticitatis causa cessat, ob quam concedatur, vt aduocatus ipse interfit, ad hoc, ne inconsultius rusticus positionibus respondendo deciperetur, & causa cessante, cessare debet effectus, c. cum cessante, vbi doct. omnes de appell. conferunt ad hoc dicta per Pau. Cast. Alexand. Areti. Corn. ceterosque recentiores in l. iuris, C. qui admit. per Felin. in c. per tuas. 3. de fimo. Bartho. Bald. Salic. Rom. & Iaſ. in l. 1. C. de iur. & fact. igno. vbi * rustico peritiores consulere 31
valenti excusatio non datur. Secus tamen esset, vbi positionum exemplum, (quod copiam appellant) non exhiberetur, tunc enim Host. & Socini opinio rectè procederet, cum temperamento tamen, nisi * rusticus sagax esset, per gloss. not. in 32
l. athletæ, §. rusticis, ff. de excus. tut. quam Ieson plurimum commendat in l. si quis, id quod, numero 32. ver. limita. ff. de iurisdict. om. iud. vbi etiam ad id, quod dicitur, rusticum à dolo & iuris ignorantia excusari, non paucas videbis traditas limitationes, & apud Soc. etiam in l. si is, qui ducenta, §. vtrum, col. pen. ff. de reb. dub. Nico. Ant. Graua.

Et propterea.) Vide compilatorem illum Formularij h
vari. commiss. fol. 12. in rub. de posit. & arti. & omninò Iaſ. 33
post alios in l. is apud quem, num. 5. C. de eden. vbi * articulorum positionumque exemplum parti tradi debere affirmat, & hoc receptum vsu etiam esse. Quod idem Iaſ. scriptum reliquit in l. 1. nu. 16. ff. de reb. cred. Verùm Purpur. in d. l. is, apud quem, nu. 91. limitat, non habere locum in positionibus dependentibus à facto proprio respondere debentis, quarum copia, antequam eis responderetur, dari non debet, quicquid ibi Iaſ. contrà asseueret, fretus Bald. auctoritate in

add. ad Spe. qui tamen illud non dicit, vt Purpu. animadvertit. Qui etiam nec consuetudinẽ, quam Ies. testatur, admittit. Verùm enimuerò multis in locis Iesonis opinionem servari vidi, quæ vbi consuetudo viget, seruanda est. Præsertim in positionum, articulorumque exemplo edendo, antequam eis respondeatur, curiarum vsus atque stylus varius sit. In regno enim Neapo. maximè in Sacro Regio consilio, vt attestatur decis. 33. num. 3. ante publicationem non datur copia articulorum, ea nempe ratione, ne litigatoribus instrumenta falsitatis materia daretur, veluti etiam Prosper Caual. lib. tradit super ritu magnæ Curiæ Vicariæ 79. nu. 10. cum seq. At in Vrbe, plerisque etiam locis positionum & articulorum exemplum ante responsionem datam conceditur, vt Iason auctor scribit. Sed in Curia Rom. ea quippe ratione, quam Iason auctor in medium affert, quæ alijs in locis non ita militat, vt forensium causse ab extremis, vt sic dicam orbis regionibus, veluti in vrbe agitentur & ventilentur, in qua principalis ob longa itinera præsto esse minimè solent. Vnde (meâ quidem sententia) huiusmodi in re admodum bonus iudex arbitrari debet, nec passim & qualibet in caussa positionum aut articulorum exemplum edere, nisi prius pars illud postulauerit. præsertim cùm principalis adest, vt egregiè Bald. voluit in l. 2. nu. 6. C. vt lite pend. cuius subscribit Luc. Per. in l. in sacris, in 5. colum. ver. secundò ex quo. C. de prox. sac. lib. 12. Qui ait, quòd post examen, articulorum siue positionum exemplum dandum est, vt sic deinde testibus super eis examinandis interrogatoria formari possint, quod traditum quoque Maran. in praxi, in 6. par. in 4. act. num. 9. Et hoc quidem eò fortius in caussis Purpurati procedit, quando positiones à facto proprio respondentis dependent, non esse prius quam responsum eis fuerit, exemplum dandum. Nico. Ant. Grauatius..

1 Quæ tamen.) Sed * an dilatio ad deliberandum detur
34 tanti super positionibus respondere, sit concedenda? Hoc

summa, tit. de iuramen. calum. nu. 4. concedendam affirmat. Quod quidem procedit, quando de veritate respondere vellet. Verùm, cùm hodie per verb. credo, responsum dare sufficiat, hæc dilatio concedenda haud quaquam erit. vt Specul. voluit titu. de positio. §. 6. ver. Quid si interrogatus. At si generalis procurator esset, dilationem ad consulendum principalem præfigendam esse (si eam petierit) crediderim, argumento eorum, quæ Cassad. tradit decis. 1. nu. 1. tit. de dilat. Nico. Anto. Grauat.

At dices tu.) Adde practicum Papiensem in forma positionum actoris in verbo Simonius, vbi distinguit, tu eum videto. k

Imò etiam. Idem ait Host. in sum. titu. de lit. contest. num. 3. dissentit tamen Specul. secum pugnans, titu. de dilat. §. fina. ver. item quid si datus, cuius sententiam tuetur Bald. in l. in contractibus, §. illa, C. de non numer. pecu. vbi * infra terminum probatorium positiones fieri debere ait, quo elapso vlterius produci nequaquam possint, nec aliter aduersarius illis respondere obstringitur. idemque voluit in add. Specul. citato loco in ver. lapso termino, §. cæterùm, si positio obscura esset, vsque ad conclusionem in causa declarari posse, Bal. ipse, qui nullæ vnquam sententiæ defuit, scriptum reliquit in l. tres denunciationes in fin. C. quom. & quan. iud. & facit quod Oldr. respondit, consi. 244. Verùm ex eo, quòd parum infrà actor dicit, in ver. quod tamen, reconciliatio opinionum fieri posse videtur, sed certè parum germana erit, per id, quod diximus suprà huius libri cap. 2. sub lit. B. scilicet omnes terminos post litis contestationem esse peremptorios. Et quod de positionibus auctor dicit, idē * de articulis quandocunque ante conclusionem in causa recipi posse censuit infrà in seq. cap. prope finem, & ibi diximus sub litera C. Nico. Anto. Grauatius. 1 35 36

Quod tamen.) Terminus * ad faciendum omnes defensiones vnico contextu à iudice statui potest. scilicet ad articulandum, m 37

landum, ponendum, producendum, & probandum, vt voluerunt Rald. Salic. Alex. & Ias. in l. properandum, nume. 14. C. de iudic. Intelligas tamen cum temperamento, ex causa id fieri posse, veluti ibi Ias. animaduertit. Qua de re, vide Franc. Marc. in quæst. Delph. 34. an simul & semel plures dilationes impartiri possint, & Felinus in c. licet caussam, in quarto casu, numero 56. de probat. vbi ait, quòd præfixo termino (vt fieri solet) ad probandum, & probatum habendum per omne genus probationis, eo elapso omnis probatio exclusa videtur, cum iste terminus vim habeat conclusionis, ibique etiam Felinus num. 55. quòd quando talis dilatio ad probandum & probatum habendum impartita est, non sufficit testes in termino iurare, sed testimonium ferre necesse est. Nicolaus Antonius Grauatius.

n Vtpote si.) Dominium * quo nam pacto probetur, tractatur in l. officium, ff. de rei vendi. & à Doctoribus in l. rem,
38 quæ nobis, ff. de acquirend. possess. præsertim Iasone num. 18. & Ripa numero 33. & 40. cum sequen. Cuius quidem dominij probatio admodum difficilis est, cùm non solùm titulum, sed auctoris dominium probare oporteat: aliter obtineri in caussa nequaquam potest, vt Alexand. prodidit cons. 98.
Com. opi. libro secundo, & consi. 11. libro quarto, cuius assecla est Afflict. decis. 40. & est communis opinio teste Bartholo in l. cùm rem, C. de probatio. Et quoniam dominij probatio difficultatis habet multũ, ideò interpretes in prædictis locis consulere poteris, necnon Rotam decis. 15. de re iudi. in no. Boer. decis. 42. numero 32. & Iaso. in §. omnium, numero 71. in-
39 stit. de actio. Verùm * datur species, vt non sic difficilis aliquando sit dominij probatio, vt puta, in factis antiquis, in quibus probatio per famam sufficit, vt Deci. probat in c. primo, de appellat. vbi hanc opinionem communibus suffragijs
Com. opi. esse receptam testatur, cui se subscribit Aymo. Crau. in tractat. de antiquit. tempo. in prima parte, numero tertio, qua de re idem Deci. consi. quadragesimo secundo, & 428. vbi etiam

etiam de communi opinione, Curt. Iunior consil. 17. licet per celebratissimos & Hippoly. abundè in rubric. de probat. C. numero 194. & singu. 505. necnon & Felinus in capitu. veniens. 1. de testib. Cæterùm hanc communem sententiam intelligas, scilicet per famam probari dominium in antiquis, quando factum adeò antiquum est, quòd metam centum annorum excedat, vt eo loci Aymo. animaduertit, quod & nuncupatim tradiderunt Aretinus consilio tricesimo septimo, Andr. Barbat. consil. sexto, colum. quinta, & consil. decimo octauo, colum. antepenult. libr. 2. post Cyn. atque alios in l. si quidem, C. solut. matrimo. Idcirco cum agitur de probatione dominij annorum quadraginta, non sufficit sola fama, & hæc opinio communis est teste Ripa in d. l. Rem, quæ nobis, num. 7. post Alexan. consil. 15. colum. 1. libro 5. & alios quos citat Nico. Anton. Grauatius. Com. opi.

De articulorum admissione.

CAP. XV.

SVMMARIVM.

1 Iudex super admissione articulorum interloqui solet cum clausula saluo iure impertinentium, ex stylo Rom. Cur. & nu. 3.

2 Testes affuturi super articulis non admissis recipiuntur.

3 Articulorum super admissione, an interloquutoria sit necessaria?

4 Articuli non debent este calumniosi, neq; obiectiui, sed bene formati ac specificati.

5 Articuli præsentari debent in termino ad articulandum dato, sed de stylo in Rota auditorio recipiuntur vsq; ad conclusionem, num. 8.

6 Positiones quibus modis impugnentur.

7 *Articuli in dubio admittendi sunt.*

8 *Res integra quando dicatur, & num. 11.*

9 *Articulorum in admissione, pars est citanda.*

10 *Articuli facta conclusione in caussa admittiu debent, tamen si admissi fuerint, valet admiss. & conclusio tacitè reuocata videtur.*

QVod si habita, vel prætermissa responsione, positionibus, & articulis singulariter singulis, vt suprà ponenti expediat materias articulatas probare, solet instare, vt articuli ad probandum admittantur, & iudex * super admissione interloqui, cum clausula prælegatiua, de qua suprà, scilicet saluo iure impertinentium, & non admittendorum, cuius practicæ ratio mihi adhuc satis non constat, cum eo ipso quod iudex recipit articulos apud actuarium suum, eos saltim tacitè admittat, nec iure causæ reperio, iudicem debere super hoc interloqui, adeò solet Palatium * testes affuturos super articulis non admissis recipere. Rota decisione 394. in not. si suspenso de cau. poss. & proprie. Amplius etiam seruat, vt in caussa attemptatorum, & in quauis alia, dum tamen beneficiali, testes nõ affuturi validè recipi possint super articulis non admissis, si modò essent de iure dantis, & termini substantiales seruati fuissent. Rota decisione 515. in antiq. not. valeat receptio, de testibus & artic. admiss. Imò generaliter fuerunt domini quod si in quauis caussa, postquam termini substantiales fuissent seruati, reciperentur testes super articulis non admissis, hoc non esset magnum peccatum, nec propterea vitiari testium receptio, si modò articuli essent pertinentes, &

quòd

quod* similis admissio non sit de substantia or- 3
dinis iudiciarij. Rot.362.in no. sit auditor de te-
sti.& decisione 445.in antiq.not. si auditor de ad-
miss.articulorum,& interloq.a Verùm licet ista a
expressa iudicis interloquutio non sit de substan
tia ordinis iudiciarij, vt suprà,si tamen petatur,
cum sit actus iudicialis,de more est, vt pars cite-
tur ad videndum articulos admitti. per l.de vno
quoque. Rota decisione 10. in not. fuit dubita-
tum de fide instru.num. 24. & pars audiri solet,
non solùm volens ante admissionem contradi-
cere,verùm etiam potest appellare.Rota d.deci-
sione 391. in not. & 445. in antiq.b vtpote* quod b
articuli sint calumniosi. Rota decis. 646. in an- 4
tiq.dic,quòd si aliquis de articulis. Item, quod
non sunt dispositiuè specificati.Rota decis.729.
in antiq.nota,quòd si aliqua causla,de arti.deni-
que,quòd obiectiui & non benè formati ac spe-
cificati.Rota decisio.648. in antiq.sciendum, de
articulis, vel* non dati in termino ad articulan 5
dum.Rota decisio.642.in antiq.not. quòd si in a-
liqua, de articul. de quibus articulis obiectiuis,
& illorum admissione fusius dicemus, vbi de ex-
ceptionibus rei locus erit, quod frequêtius dari
soleât loco exceptionis à reis, quibus satis est,ob
nõ ius actoris obtinere.Rot.dec.170.in antiq.no.
quod vbi constat de re iudi.idem si ex iusta qua-
uis alia causa impugnentur,quas apud Spec.tit.
de positio.7. vbi docet,* quibus modis positio- 6
nes impugnentur, legere licebit,& vbi circa arti-
culorum admissionem auditor dubitaret, po-
test illorum admissionem differre, & rem con-
ferre inter patres, vt illorum vota habeat. Rota

decisio 722. in antiqu. Dic, quod si aliquis de ad-
7 missione arti. & si res* dubia redderetur, consue-
uit palatium pro admissione inclinare, Rota de-
cisio. 644. Domini de Rota de admissio. artic.
c antiquis. c Prout *eadem ratione solet in qua-
8 cunque causa etiam prophana articulos deri-
dantis, vel aliàs pertinentes admittere post re-
minum ad articulandum quandocunque vsque
ad conclusionem in causa, licet fortè de rigore
iuris non essent admittendi, cap. pastoralis de
exceptio. Rota decis. 448. nota, quòd omnes in
antiq. de artic, in causa prophana: Imò illos ad-
mitteret Palatium etiam post conclusionem fi-
tim ex gratia. Aegid. conclu. 447. articuli, de pro-
batio. & conclu. 745. de restitu. in integ. vbi limi-
d tat d dummodo res sit integra, & docet, quando
e dicatur res integra, e & tunc per admissionem
articulorum tacitè rumpitur, & reuocatur con-
clusio, si causa beneficialis sit. Rota decisione
467. nota si post in antiquis, & idem si ciuilis,
dummodo conclusio sit facta cum facultate re-
uocandi. Aegid. dict. conclu. 447. & licet ista
reuocationis conclusionis videatur præiudicia-
lis & talis, qui requirat citationem, vult Pala-
tium citationem ad dicendum contra, habere ibi
citationem in ventre, ad videndum reuocari con-
clusionem. Aegid. conclu. 493. conclusio quòd
daretur de iudicijs.

ANNOTATIONES.

a Verùm licet.) *Tu autem* * *Butrium videas in c. 2. de*
9 *testib. dicentem, iudicis interloquutoriam in articulorum*
admissione nullius esse momenti, si aduersarius non citetur,

eui consentiunt Arctin. consil. 75. & Ias in l. si opus nouum numero 9. ff. de iureiur. post multas auctoritates, quas allegat, præsertim Rotæ & Butr atque Imolæ in c auditis de procur & Abb. in c. quoniam contra, de proba. quòd † & si facta conclusione in caussa, amplius articuli admitti non debent, tamen si admissi fuerint, valet admissio, quia intelligitur tacitè reuocata conclusio, quæ ne dum expressè, sed tacitè reuocari potest, vt ibi Ias. & in priore etiam lectura, num. 42 post Alex. eò loci, & ita in Roman. Curia obseruari ait, quod tamen sanè intelligas, vt in d. decis declaratur, scilicet, si iudex conclusionem in caussa factam fuisse, certus erat, aliàs minimè, sed de hoc vide, quæ statim post auctorē dicam in litera E. Nico. Anton. Grauat. 10

Vtpote si.) Vide, quæ superiore cap. diximus sub litera C. b

Prout eadem.) Huc spectant, quæ citato cap. in litera L. habentur, & in Formul. termi fol. 26 & iterum fol. 63. in vers. de dilatione Nicol. Anton Grauat. c

Dummodo.) Res * integra tunc dicitur, quando nondum citatio emanauit, ita Bart. & cæteri declarant, in l. & quia. ff de iurisdict. omn. iud. per cap. gratum, de offic. deleg. & Abb. in cap. relatum, eod. titul. vbi Dec. numero 5. & Maran in praxi in 4. part in 5 prin. dist numero 56. Nicol. Anton. Grauatius. d 11

Et tunc.) Adde Afflict. decis. 115. numero 2. vbi memi- e
nit decis. DD. Rotæ, & videas Aegid. conclus. 55. & 57. Mars. in praxi, in § examinanda, num. 52. & quæ suprà diximus sub litera C. Nicol. Anton Grauat.

De positionum, seu articulorum, ac confessionum reuocatione.

CAP. XVI.

SVMMARIVM.

1 Positiones quando reuocari valeant, & numero 6. & 17.

2 Procuratoris confessio reuocatur.
3 Confessio procuratoris in tribus differt à confessione principalis.
4 Confessio procuratoris plurimùm differt à confessione principalis, fallit tamen.
5 Procurator an possit positiones reuocare, etiam de errore non doceat.
6 Positio reuocari non potest, si est probata, vel rata fall. vt num. 20.
7 Procuratores cauti contra positiones protestantur, & quomodo.
8 Procuratores antequam petant in causa pronunciari, omnes errores reuocare solent, & num. 21.
9 Confessio iudicialis vim sententiæ habet.
10 Sententia ex inualido processu sustinetur stante confessione.
11 Confessio quando præiudicet.
12 Confessio iudicialis notorium inducit, limitatur, & ampliatur.
13 Confessio aduersarij non prodest, quando agitur de titulo beneficiali.
14 Confessio erronea reuocatur, fall. tamen pluribus modis.
15 Confessio, an possit pro parte acceptari, & pro parte non.
16 Confessio tanquam erronea non solùm ab eo, qui errauit sed etiã ab eius hærede reuocari potest.
17 Confessio facta in positionibus, & in libello, regulariter non reuocatur.
18 Confessio procuratoris domino præiudicat.

19 Con-

19 *Confessio aduocati quando noceat.*

20 *Confessio etiam iurata reuocaretur, errore probato.*

21 *Confessiones veluti erroneæ post conclusionem in caussa reuocari non possunt.*

22 *Confessiones persuasu aduersarij extortæ, etiã post sententiam reuocari possunt.*

POsitionibus datis & responsionibus quandoque euenit, vt respondentem aliquid respondisse, vel ponentem aliquid posuisse pœniteat, ex quo aliqua confessio resultet parti præiudicialis, a quæ quando, quantum, & qualiter late docet Specul. tit. de confess. §. 1. per totũ, & Aegid. conclu. 691. confessio de confessis cum pluribus sequen. poteris, vbi opus erit, vel lubebit, eò recurrere, & à te ipso videre. Huic * præiudicio indulget lex reuocationis remedium, vt videlicet pars, quæ positiones dedit, illas reuocare valeat, quandocunque ante sententiam cum temperamento tamen, b si confessio erronea sit, l. de ætate, § qui iusto, & §. fin. ff. de interroga. actio. l. non fatetur, ff. de confessis, l. error, C. de iuris & fact. ignoran. cap. fin. extra de confessis, quo casu is, qui errorẽ allegat, is de illo docere debet, l. ei qui, ff. de probatio. c secus verò, si confessio non per errorem, sed ex certa scientia facta fuerit, non admitteret enim lex hoc casu reuocationem, l. quidã in iure, ff. de donat. l. Iulianus, ff. de confess. l. qui Stichũ eo. ti. Idẽ si post sententiam vellet reuocare, nõ admitteret enim lex reuocationem, d. l. error, C. de iuris & fact. igno. nisi talis error probaretur, qui omnẽ culpam

a

b

c

pam etiam minimam excluderet, & tunc quoq; non nisi via extraordinaria restitutionis in integrũ ex clausula generali, si qua mihi iusta causa videretur, l. de ætate, §. nec causa, l. cùm fidei missum, ff. de interroga. actio. quæ tamen intelliges, si modò error, qui allegatur & probatur sit error facti, & nõ iuris, quia error iuris iudicium etè præiudicat, l. error, C. de iur. & fact. ignor. & prætextu eius non reuocatur confessio propria, l. 2. ff de confes. licet non desint, qui contrariam sententiam sequuti fuerint, ista tamẽ communis est, Aegid. d. decis. 695.

d 1 Sed & quæ de reuocatione confessionis supra diximus, de iure procedunt *d* etiamsi * confessio per procuratorem facta esset, præiudicat enim domino, si non reuocetur, & reuocatio non admittitur, nisi dominus doceat rem aliter se habere, & sic de errore, l. certum, §. sed an ipsos, ff. de confess. Abb. in cap. 1. vt lite contesta, in tertio membro, Felinus ibidem colum. 9. numer. 4. vers. circa tertium membrum, Spec. titu. de confess. §. fin. numero 2. vers. si verò sit per procuratorem. Aegid. conclu. 695. factum de confess. procur. quod tamen intelliges, si modò nõ fuisset voluntaria & spontanea procuratoris confessio, vtpotè, quòd si vltrò obtulisset confitendo, vel aliàs de dolo suspecta esset confessio, Aegid. d. decis. 695. ibi dixi autem voluntaria, Felin. dict. c. 1. de confess. colum. 9. num. 15. ver-

3 sicul. prima declaratio. addo * quòd confessio procuratoris de iure in tribus differt à confessione principalis. Primum est, quòd confessio propria prætextu erroris iuris, non reuocatur l. 2. ff. de confessis, secùs verò in confessione procuratoris

curatoris. Cyn. in l. 1. C. de confessis, But. & Abb. in dict. capit. 1. vt lite contesta. Secundum, quòd confessio propria impedit appellationem, & facit quem pro iudicato haberi, l. 1. de confessis, 2. quæstio. 7. biduum, secùs in confessione procuratoris, Felin. ibidem. Tertium est, quòd confessio propria nocet, in alia causa, non sic procuratoris, Specu. de confessis. §. videndum, versi. nunquid, Butr. & Abb. ac Felin. dict. c. 1. de confess. dict. colum. 9. numero 18. versicu. Quarta declaratio, ideo * de iure communi plurimùm interest, quòd confessio sit facta per procuratorẽ, vel per principalem, qua in re tu aduertes, quia plerunque confessio procuratoris efficitur principalis & propria, vtpotè, si principalis mandatũ habeat ad sic respondendum Aegid. d. decis. 965. factum de confess. procura. versi. dixi ex mandato domini præcedente, Felin. dict. c. 1. vt lite contest. col. antepe. numer. 16. idem si subsequeretur ratihabitio, quæ mandato comparatur, Aegid. ibidem versic. dixi, vel eius ratihabitionẽ, quam intelligemus etiam de tacita, vtpotè, quòd procurator sic respondisset, & principalis sciuisset, & passus esset, Rot. decis. 373. in antiq. nota, quòd vbi procura. de confess.

Quæ etsi de iure vera sint, ex benignitate tamen patrum mos inoleuit in Palatio, vt * si per procuratorẽ datæ sint positiones, reuocari possint etiam per procuratorem, non aliàs docto de errore, idque etiam si cum eius iuramento datæ essent materiæ, si modò causa beneficialis, matrimonialis, vel aliàs talis, in qua animæ periculum versetur, quo casu admitti consueuit, & confessionis reuocatio, & materia contraria pri

mæ

mæ saltim cum iuramento super errore, in ca-
sis verò prophanis, idem, dummodo positione
non fuerint specificatæ medio iuramento, qua
isto casu non admitteretur procurator vol
reuocare, vel contrarias materias dare, ad no
in cap. cùm in positionibus de confess. libro
Rota decis. 260. in nota. procurator, de procur
& de articu. etsi procurator ad reuocandam cō-
fessionem, vt suprà admitteretur, non aliàs do-
cto de errore, ergo multò magis ad illius reuo-
cationem admitteretur principalis, secundum
Felin. in d.c. vt lite non contesta. column. antep.
numero 16. versicul. non reperij. Sed quid fe-
uabimus in cōfessione propria principalis, præ-
dicta enim decis. de confessione tantum procu-
ratoris loquitur, in cuius reuocatione pecu-
runt domini faciliores se reddere ea ratione,
quòd plerunque procuratores Roman. Curiæ
tanquam malè informati propter causas, quæ
vt plurimùm ex longinquis partibus veniunt,
faciunt istas positiones & confessiones, quæ
tio in persona principalis cessare videretur, a
fortè, quod attinet ad confessionem principalis
in iuris dispositione remanebimus, vt non reuo-
cet, nisi docto de errore, per suprà dicta, Aegid.
attestatur idem seruari in palatio etiam in reuo
catione confessionis propria, vt admittatur vo-
lens reuocare etiam non docto de errore, lo-
quens de confessione principalis, & non procu-
ratoris, imò, quia (vt suprà diximus) reuocatio
de iure admittitur ante sententiam duntaxat.
Aegid. attestatur vsum palatij interpretatum
fuisse, illa verba. i. ante sententiam, vel aliàs re
iudicatam, concluſi. 693. erronea confessio de
confes-

confessis in finalibus verbis, qui tamen Palatij vius duas recipit sectiones. Prima est, vt non procedat, vbi * positio, de cuius reuocatione a- 6
geretur, esset iam probata in actis, repelleretur enim in hoc casu volens reuocare, quasi calumniosè ageret. Alexand. in l. prima, §. si quis simpliciter, ff. de verborum obliga. colum. tertia in fine, verb. e Secunda sectio est, vt non procedat, vt positio, vel aliàs confessio facta in causa prophana esset iurata. Rota d. decis. 260. in no. procurator, de procur. & articul. in fin. quæ licet loquatur in procuratore, multò magis idē erit in principali, vbi vellet reuocare confessionem propriam iuratam, Felin. d. c. 1. vt lite contesta. columna antepenult. Secus autem, vbi vellet reuocaee confessionem procuratoris etiam in alia instantia factam, Rota decisio. 505. nor. quòd positiones aliàs decisio 32. de testi. in antiqu. qua ratione inoleuit protestationis mos, vt cauti * procuratores soleant semper, 7
cùm ex aduerso positiones dentur, protestari, vt desuper eis non recipiantur testes, f nisi specificatis materijs medio iuramento, & quando principalis adsit protestamur, quod nisi per f
principalem met simpliciter specificentur, & hoc vt non liceat postea reuocare, neque contrarias materias dare, vt suprà, quòd tamen intelligo, vt stante iuramento remaneamus in terminis iuris communis, vt non admittatur reuocatio, nisi cum temperamento, si iusta errores causa subesset & probaretur, gloss. in cap. fin. in verbo iusta de iureiurando, & docet consil. Neapolita. decisio. 83. in causa antiqua, numero tertio, versicul. maximè etiam

consi-

considero. Cæterùm, scies in hac specie revocationis confessionis quòd facilius sit admittenda revocatio confessionis factæ in respondendo articulis, quam alia quæuis confessio, earatione, quòd ex quo ad positionem partis videtur facta, quasi ad persuasionem aduersarij. Bart. in l. error. 1. colum. C. de iuris & facti ignoran. & in l. prima, ff. de eo, per quem fact. erit. vbi etiam Alexand. Belin. dict. cap. fi. vt lite contesta, dict. colum. antepen. num. 15. scias tamen quòd facilius, & propter facultatem sacri palatij in admittendo reuocationes huiusmodi g solent* cauti procuratores, vbi causa fuerit in calculo ferendæ sententię, antequam petant in causa pronunciari, reuocare omnes errores in genere, etiam per principalem, si eius copiam, vel mandatum ad hoc speciale habuerint, idque ea ratione, ne tempore latæ sententiæ reperiantur in actis confessiones non reuocatæ, quæ intentioni obtinentis repugnent, & ita legens multa antiqua regista à senioribus didici.

ANNOTATIONES.

a Quæ quando.) *Confessio* iudicialis vim sententiæ*
9 *habet, & præter præceptum de soluendo nihil expectat. l. vbi omnes, C. de confess. cum confessus pro iudicato teneatur. Rota decis. 425. fuit dubitatum, in no. l. sicut maior, idque Ias. in 4. not C. de repu. & abst. hæred. facit & illud Seruatoris nostri Luc. cap 19. De ore tuo te iudico seruum quam. Hæc enim confessio, dicitur plenissima probatio, vt per Corn consil. 224. & 261. libro 4. omneque probationis genus superat. Roman. consil. 391. & Ias. in l. Titia, numero 39 ff. de verbo obliga. & in l licet imperator, numero 10. ad*
10 *leg. 1. vsque adeò*] *vt ex inualido processu si confessio emanaret, sententia proferri possit. Lanfr. in cap. quoniam contra, in verbo Confessiones, de probat. Marsil. consilio 39. & seq.*
329. nu

329. vbi † plures casus quando confessio præiudicet, enume ii
ratos videbis, Gram. consilio 40. numero 30. & Afflict. de-
cis. 372. numero sexto cum sequent. Quod quidem sanè in-
telligendum erit, multisque modis temperandum, vt per Ca
pic. decis. 189 Verùm Felin. in rubr. de probat. numero 2. Com. opi.
scriptum reliquit; & communibus suffragijs esse receptum
ait, quòd confessio non est probatio, cui adstipulatur Hippo-
ly. Marsi. in rub. itidem de probat. nume. 74 quæ quidē com-
munis admodum suspecta mihi videtur. Et talis † confessio ii
notorium inducit, per Afflict. decis. 176. & Gram. decis. 31.
numer. 8 & latius decis. 36. numero item 36 cum sequent.
Quod tamen intelligas in ciuilibus, vt facta conclusione in
caussa locum habeat; aliàs notorium anteà nequaquam in-
duceretur, vt voluerunt Gloss. & Imo in capit. significaue-
runt; in verb. liquere, de appell. Felin. in cap. ex insinuatio-
ne, eod. titul. & Afflict. decis. 276. numero 4. de hac confes-
sione iudiciali Dec. legas in c. at si clerici, numero 17. vsque
ad numer. 44. de iudic. vbi cumulatissimè. qui ponit regu.
eamque vno modo ampliat, & decem limitat. Limitā etiā,
vt per eundem Dec. in c. dilecto, numer. 3. de appell. quando
† agitur dē titulo beneficiali, nam tunc confessio aduersa- iii
rij agenti non prodest, sed titulum probare debet, sanè tā-
men hoc intelligas, vt per Boer. consil. 40. numero 73. &
DD. Rotæ decis. 44. dē test. in antiq. Nicolaus Antonius
Grauatius.

Si confessio erronea.) Quòd * confessio ob errorem b
facta, regulariter reuocetur, videas affatim per Iaſ. traden. 14
tem regulam cum quinque limit. in l. error. numero 2. cum
sequen. & num. 29. C. de iur. & fact. ignor. & inter cæteras
alij, non posse confessionem reuocari, postquam ab aduersa-
rio ea fuerit acceptata, quod proditum etiam est ab Alexan.
consi. 90. libro primo, & latius à Marsi. in praxi, §. post quam
num. 26. cum seq. Sed si à parte acceptata confessio non fue-
rit, ea veluti erronea reuocari potest, vt eò loci habetur, &
tradunt Docto. in l. vna, præsertim Salic. C. de confess. Curt.
consil. 78. & Felin. in cap. si cautio. de fide instrument. Re-
quiritur que etiam, vt præiudicet confessio, quod expressim

à parte acceptetur, Ias in dict. l. error, nume. 3. qui hanc est communem testatur. Necnon & Alciat. in rub de verb. obligat. nume. tertio. Hinc post Alexand. consi. 20. libro 3. Ias. dixit, quòd confessio, vt noceat, necesse est testes, nedum dicere illam parte præsente factam fuisse, sed etiam expresè acceptante, idemque voluit in l. qui Romæ, §. cohæredi, numer. 3 ff. de verb. obligat & in l. post quam liti numer. 2. C de pact. & traditur per Beltran. consi. 291. & 272. num. 6. lib. 3. & Pariſ consil. 34. numer. 29. lib. 1. Dec. tamen in l. post quam liti & in c at si clerici, nume 37. de iudi huic opinioni aduersatur, vt acceptare ipsam confessionem expressè opus sit minimè, ea fermè ratione, quia acceptare præsens præsumitur confessionem in sui fauorem tendentem, vt eidem Alex. secum pugnanti visum fuit in l. 3 C de repud. hered cui consentit. Maran. in praxi, in 6 par. 5. actu. numer. 2. affirmans hanc opinionem frequentiore calculo ab interpretibus receptam esse, quam & in iudicijs sæpenumerò confirmatam vidi, quanquam communiorem verioremque idem Alcia. sibi ipsi contradicens testatur in tract præsum. reg. 3. præsum. 21. num. 6 & 10. & Cotta in Memo. in ver. confessio, 2. Et si cauti procuratores fauorabiles confessiones expresè acceptent. Quæ quidem parte præsente emanare plene probant, vt superiores auctoritates concludunt. Secùs verò si confessio parte absente fieret, tunc etenim semiplenam tùm probationem induceret, Doct. in l. admonendi. ff. de iureiur. Paul. Castr. consi. 79. libr. 2. Quod tamen cum temperamento intelligas, nisi absentis nomine confessio ab aliquo acceptata fuisset. Nam hoc casu plenè probaret, vt Accurs. & Paul. Castr. voluêre in l. tale pactum, in princ. ff. de pact. quibus præcitato loco se Maran subscribit, nu. 18. Animaduertendum † tamen erit, quòd confessio, cùm acceptata, non potest pro parte approbari, & in parte respui, nam circa eundem actum non admittitur diuisio, cùm in omni propè materia totum approbari, aut reprobari debet, l. neminem, ff. de leg. 2. Rota decis. 408 fuit dubitatum & quæstum, in fin in no. Alexand. consi. 80. column. 2. vers. posset lib. 7. Soc. consil. 125. non insistendo. column. 2. vers. pro certo, libro 3. Bart. in l. Aurelium, §. vlt. ff. de libe. leg. Abb. in cap. 1. de post.

Com. opi.

de post. prælat. vbi tamen limitat, eum videas, & Ias. qui non vno in loco hoc prodidit, vt in l. si quidam, num 2. C. de trans. & ibi quid si quispiam confitetur cum taxatiua tantùm, & in l. contra iuris. §. si filius, numero 12. ff. de pact. & in l. Pomponius, §. cùm qui adminiculi, numero 11. cum sequen. ff. de acquir. poss. Qua de re videas, quæ in sequentis libri cap 1. sub litera F. adnotauimus. Cæterùm, statim (errore etiam non docto) posse confessionem reuocari docuit Ias. in dict. l error, numero 9. cuius assecla est Tiraquell. multa tumulans in tract. de vtroque retract. in retract conuen. §. 1. in gloss. 5. numero. 15. Quod sanè erit intelligendum, nisi in scriptis confessio redacta fuisset, nam tunc errorem probari oportet, auctoribus Alexand. cons. 92. col. vlt. lib. 5 & cons. 87. eo. Alciato in de præsump. præs 21. nu. 3. Rui. cons. 5 nu. 15. lib. 4. & Tiraq. eo quem citauimus loco nume. 14. atque Ias vbi suprà. Item & hac facti specie error probandus est, nec confestim confessionem reuocare sufficeret, quotiescũque confessio ab aduersario acceptata fuisset, vt per Rom. Aret & Alcia in l. 1. §. si quis simpliciter, ff. de verb. oblig. Alexan & Ias in l. quicquid astringendæ, eo. tit. Marsi. sing. 315. acceptatio. & Tiraqu. alleg. loco, nume. 5 cum seq. Quæ quidem † confessio velut erronea nedum ab errante, sed eius ab hærede reuocari potest, vt testis est Ias. in l. non idcirco, C. de iur. & fact. igno. & in l. cùm testamentum, nu. 4. eo. tit. & iterum in l. si quis, § si quis plures, nu. 6. de leg. 1. Et vsq; adeò verũ est, erroneam confessionem reuocari posse vt etiam si geminata sit hucusq; reuocari queat, Gram. voto §. 9. & 10. & cons. 69. Ias. di. l. error, nu. 29 Et si non desint, qui diuersam opinionem suscipiant, vt latè Ias. ipse ostendit in l. vna nu. 7. 6 de err. calc. attamen posse reuocari communibus suffragijs receptum est, eodem Ias. attestante inibi nu. 9. Qua de re videbis apud Marsi. in l. 1. § vlt ff. de quæst. Sed hoc vnum in materia silentio inuoluere minimè duxi, quòd confessio prætextu erroris haud reuocatur, quando post datum terminũ ad deliberandũ emanauit, ea quippe ratione, quia deliberata præsumitur. Glos. 2. in fin. in c. ex literis, de diuor. quam cõmendant Abb. in cap. olim ex literis, de rescrip.

16

Com. opi.

de rescript. Rom. sing. 108. & Ias. in l. serui electione, num. 29. de leg. 1. & in d. l. vna. num. 9. C. de err. Calc. Nicolaus Ant. Grauatius.

e 17 Secus verò.) Confessio,* quæ in positionibus non obrorem fit, non reuocatur, ad instar confessionis, quæ per libellum inducitur, l. cum precum, vbi Bald. C. de libe. cau. Ias. in l. si quis in conscribendo, nu. 10. C. de pact. Verùm te admonitum esse velim, locum habere, quando positiones in iudicio præsentatæ fuêre, & à iudice admissæ, aliàs reuocari eas posse Bald. censuit in l. generaliter, § sed iuramento, colum. 1. versi. nota super. C. de reb. cred. & not. in cap. cum contingat, de offi. deleg. refert & approbat Maran. in prax. in 6. par. in 5. actu, num. 8. Nico. Ant. Graua.

d 18 Etiam si confessio.) Quòd * procuratoris confessio domino præiudicet. testatur Afflict. decis. 148. num. 3. vbi talem confessionem (re tamen non integra) ipsimet etiam procuratori nocere, affirmat. Qua de re Ias. legas. consil. 47. lib. 1. & omninò Aegid. decis. 95. atque Tiraquell. de retra. que tract. in retrac. conuen. § 1. in gloss. 5. numer. 13. cum seq. quen. Vbi quòq; quando * aduocati confessio noceat, & quòd statim reuocari potest, vt per Fulg. & Pau. Cast. in l. vlt. C. de err. aduoc. Intelligas tamen procuratoris confessionem domino obesse, in eodem iudicio, secus verò in alio, secundum communem Docto. sententiam, quam citat Abb. in c. per inquisitionem, de elect. Cæterùm, procuratoris confessio à domino reuocari potest, etiam si in articulis cum iuramento facta fuisset. Rot. decis. 9. de procur. in no. & Felinus tradit in cap. primò, numero 28. cum pluribus sequen. vt lite pend. apud quem hanc videbis materiam luculenter enucleatam. Nicol. Anton. Grauat.

Com. opi.

e 20 Secunda.) Intellige nisi de errore probaretur, quo casu etiam iurata * confessio reuocari potest, nam qui errat, periurus non est, 22. q. 2. c. homines, &c. quanto de iureiur. & traditur per But. in c. vl. de confes. Soc. consi. 97. in pri-

senti

senti lib. 4. Iaſ. in l. nu. 9. C. de err. calc. & in l. error. nu. 30. C. de iur. & fact. igno. Dec. in c. cùm venerabilis, nu. 18. de excep. Afflict. deciſ. 83. num. 3. & Gram. in d. not. 5. 7. & 10. & conſi. 69. Nic. Anto Graua.

Niſi ſpecificatis.) *Hucſpectat, quod ſuprà cap. 14. ſub litera A. ſcripſimus.* f

Solent cauti.) *Hoc tamen intelligas, quotieſcunque confeſsiones,* * *veluti erroneæ ante concluſionem in cauſſa reuocantur, nam poſteà nequaquam eas reuocare permittitur, veluti Bart. aliíque explicant, in d. l. error, idemq; Bar. in l. non fatetur, column. 3. ff. de conf. Bal. in l. 1. colum. 2. C. ne ex del. def. Arch. & Ioan. And. in nouell. in c. 2. de reſt. in integ. & Afflict. deciſ. 44. nu. 2. Verùm* * *cum temperamento intelligendum hoc erit, niſi confeſsiones perſuaſu aduerſarij factæ fuiſſent, tunc etenim poſt ſententiam quoque reuocari poſſunt, vt Bar. citatis in locis adnotauit, quē conſectatur Iaſ. in l. 1. numero 2. ff. de cond. indeb. & traditur per Bal. in l. de tutela, colum. 2. verſi. 2. opp. C. de in integ. reſt. Nicol. Anton. Grauatius.* g 21 22

De reſponſionibus rei ad poſitiones actoris, deq; interrogatorijs ac exceptionibus eiuſdem.

CAP. VLT.

SVMMARIVM.

1 Teſtes tribus interrogationum ſpeciebus interrogari ſolent.
2 Odioſa reſtringenda ſunt.
3 Obiectus ſpecificari debent, & nu. 18.
4 Exceptio non ſpecificata repellitur.
5 Obiectus præſtans, an audiatur ſi de titulo non doceat.

6 Possessor etiam iniustus defendi debet in sua possessione, donec constet de meliori iure alterius & num. 22.

7 Obiectus an in quacunque parte iudicij tria possint, & numero sequen.

8 Tertius quando obiectus dare possit.

9 Tertius admittitur in caussa, in statu, quo reperitur, & num. 24.

10 Practica illa communis excipiendi generalia, quem effectum operetur, & num. 13.

11 Obiectus si specificati clarè non fuerint, an possint declarari.

12 Obiectus si quis ignorauerit, an post terminum eos dare admittendus sit, & an super ignorantia suo stetur iuramento.

14 Obiectus etiam in secunda instantia dari possunt.

15 Rescripto si neutri, quando obijci possit.

16 Interrogatoria, qualiter, quôtue modis fiant.

17 Exceptionum peremptoriarum, & dilatoriarum differentia de earumque effectu, remissiue lumen.

18 Testes quando repulsantur, eorum defectus non in genere exprimi debent puta, sunt fures, sperati, adulteri, & huiusmodi, sed in specie.

19 Dies quando est de substantia, debet fieri specialis mentio.

20 Libellus generalis & obscurus, parte non opponente, procedit in summarijs.

21 Actione carens, à limine iudicij repellendus est.

22 Possessione sua nemo absq; caussæ cognitione priuandus

uandus est, etiamsi esset prædo, aut intrusus.

23 Dilationes in materia repulsæ contra testes, non absque magna caussæ cognitione conceduntur.

25 Tertius sciens litem, & se non opponens, præiudicat sibi.

26 Tertius non impedit exequutionem sententiæ, si illi de indemnitate caueatur.

27 Probatio in promptu quando dicatur, arbitrio iudicis committitur.

28 Testes veniunt instrumentorum apppellatione.

29 Præsumptio iuris liquidissima est probatio.

31 Ignorantia non præsumitur, cùm res palàm innotescat.

31 Ignorantia solo iuramento probatur, admittitur tamen probatio in contrarium.

32 Repulsa testium in caussa appellationis, an dimittatur.

33 Repulsa, est defensio.

34 Repulsa in caussa attentatorum admittitur.

35 Repulsa facta conclusione non conceditur.

36 Repulsa in caussis summarijs an concedenda.

EX diuerso, si tu partes rei sustinebis, munus tuum erit intentionem actoris optimè scrutari, & quod ad responsiones positionum attinet, quantum salua conscientia, poteris nihil de actoris intentione concedere, quarum responsionum formulam, apud vulgare Formularium procuratorum Roman. Curiæ habes, non repeto, amplius & articulos diuersæ partis diligenter considerabis in omni capite & primò interrogatorijs in examine fiendis, & exinde exceptionibus studebis

pro viribus actoris intentionē extenuare, proc
1 reo incumbit, 4. quæstio. 4. cap. 1. In quo* genere
extenuandi intentionem actoris per viam inter
2 rogationum, a solemus testes tribus interroga
tionum speciebus interrogare, nempe quibus
vel factum, quod ex aduerso articulatur ratio
ne alicuius qualitatis, temporis, loci, aliúsue re
spectu alteratur, diminuitur, vel alias mutatur
eius effectus, ita, vt alleganti non prosit, vel qui
bus ratione personæ, vel denique ratione dicti
ipsius testis tollitur de fide sua in totum, vel in
partem, quòd si exceptionibus quoq; actoris in
b tentionem extenuare volueris, b vtique triplici
exceptionum specie pro rei defensione vti solē
mus, de peremptorijs loquor, & alias præmit
to, nempe, qua scilicet ratione personæ actō
ris, vel ratione defectus in titulo eiusdem, vel
denique ratione melioris iuris ipsius rei actoris
intentionē euacuamus atque elidimus. Pro qui
bus agendis formulas suprà citato vulgaris for
mularij libello habere licebit, materiam verò
tribuet tibi legalis potius suppellectilis, quam
longa fori versatio.

Quarum exceptionum si vltimam speciē re
spicimus, hæ exceptiones, tametsi principaliter
ex eis inferetur, ius alteri parti non competere,
cùm tamen tendant ad purificandum, vel alias
instruendum ius & titulum ipsius excipien
tis, passim admitti solent, prout suprà de ar
ticulis actoris docuimus; sed reliquæ duæ spe
cies cùm per similes exceptiones non doceatur,
neque principaliter, neque in consequentiam
de aliquo iure excipientis, sed de non iure al
terius partis, dicimus eas esse de materia ob

iectiua,

iectiua, & cùm videatur quis simili materia actoris potius personam, ac titulum arguere, & defectus opponere, quàm de iure suo dare, consueuit sacrum Palatium in similibus difficilioris esse admissionis, ea ratione, quòd materia odiosa videatur, in qua * non est laxanda, sed potius restringenda licentia, argum. cap. 12. quæst. 3. cap. si quis episcopus criminationes, 7. qu. 8. quis crimen. & l. sciant de accus. Et prima difficultas sacri Palatij est in hoc genere, vt non requirat à producente specificationem, de qua in l. libellorum, ff. de accu. canonizata in 2. q. 3. in Rota dec. 86. in no. fuit dubitatum de libell. oblat. & iniurijs in princip. c & hoc * quia de iure expressum est, similem specificationem in obiectibus necessariam esse, etiam in beneficiali caussa, in cap. vt circa de electio. libro 6. & in clemen. constitutionem eodem titu. Innocen. in c. cùm veniisset de in integrum restitu. Rot. decis. 606. in antiq. Dic, quòd stylus sacri Palatij de materia obiectiua. Et propterea nisi similis materia sit, vt suprà benè specificata, non consueuit admitti in palatio. Rota decis. 648. in antiqu. sciendum de articulis, & 780. etiam in antiq. sciendum de articulis obiectis. Aegid. conclu. 445. si contra de proba. & conclu. 562. conclusio de excep. & quod ad temporis expressionem attinet, in hoc dissidet specificatio nostra ab ea, de qua in d. l. libellorũ, quòd satis erit exprimere mensem & annum, & non cogeris specificare diem, d nisi fortè essemus in casu, in quo dies esset de substantia. Nic. Milis in verbo articuli, numero sexto. Quæ * tamen omnia intelligas, & quæ suprà diximus, similes materias malè specificatas non admitti, e videlicet

2 c 3 d 4 e

parte opponente, quoniam etsi materia aliàs sit bona, spectat tamen ad partem allegare, quòd non sint bene specificatæ, & non tenetur iudex id à se supplere, parte non accipiente, etiam absens sit, dum tamen contumax esset, nisi forte specificatio esset valdè necessaria, & magni effectus in materia subiecta. Aegid. conclusione 434. si contra de excep. Amplius intelligas, nisi materia, quæ daretur obiecta, esset iam probata. Rota decisione 780. in antiqu. sciendum de articulis obiectiuis, imò non solùm si plenè probata esset, sed etiam semiplenè tantùm, vtpotè, per vnum testem, quasi tunc omnis calumniæ suspicio esset. Aegid. conclusio. 452. si mandatur de probatio. cuius argument. idem dicendum esset, vbi quis alijs modis suspicionem calumniæ deduceret.

5 Secunda * difficultas est, vt non audiatur quis volens dare obiectus, nisi prius de titulo, vel aliàs de iure suo docuerit, argumẽto notatorum
f per Innoc. in c. cum Barto. de re iudicata, f quandoquidem non solet quis audiri, nisi sua intersit, ad nota. per eundem Inno. in c. super his, verbo excludatur, de accus. & est gloss. ordinaria in c. prius electionem de concess. præbend. Aegid. conclu. 383. non possessor de exceptio. & in proposito consueuit Palatium admittere pro sufficienti interesse ad finem dandi obiectus, si is, qui daret illos, possessor esset, audiretur enim volens possessor dare obiectus absque eo, quod de alio iure suo doceret. Rot. decis. 418. no. an reus de exceptio. obiect. in antiq. & decisio. 70. nota, quòd vbi constat de re iudica. in antiqu. & 2. in antiquioribus, Bisignet. Cassad. decis. 2. de exceptio.

in

in fin. g Idque * ea ratione, quod interſit poſſeſ- g
ſoris etiam ius non habentis non amoueri à poſ- 6
ſeſſione beneficij, donec conſtet de meliori iure
alterius. Rota d. deciſ. 70. in antiq. & ſatis eſt reo
vincere ob non ius actoris etiam ſi per eius con-
feſſionem, vel aliàs conſtaret de non iure ſuo,
arg. l. fin. C. de rei vend. & notatorum per Com-
poſtel. in cap. mandatis de reſcrip. Cuius rei ra-
tio eſt, quia melius eſt, quòd poſſeſſor iniuſtè re-
maneat in ſua poſſeſſione, quamuis iniuſta, vel
vitioſa, quàm dare alteri vitioſum ingreſſum de
nouo, præſertim, quia ſi poſſeſſor erit iniuſtus,
ſubeſt ſuo ordinario, qui poterit pro officio ſuo
illum à poſſeſſione amouere, cap. ordinarijs de
offic. ordina. libr. 6. Ioan. Mo. in c. vt circa, de e-
lectio. eod. libr. verbo inter dictam, Rota dict.
deciſione 418. in antiq. no. An reus de excep. obie-
ctiuis.

Tertia h denique difficultas eſt, vt * non paſ- h
ſim in quacunque iudicij parte admitti ſoleat 7
hæc materia obiectiua, veluti de ſimplici ſupra
docuimus, idque eadem fermè ratione ſuperius
allegata, quòd veluti concernens defectum ti-
li, vel perſonæ aduerſarij, & non ius dantis, viſa
fuerit odioſa, & propterea arcenda eius proba-
tio, l. quidam, ff. de lib. & poſthum. cap. pene. d. r.
de pen. Specu. tit. de exceptio. §. 3. incip. Dicto de
dilatorijs, nu. 9. verſi. & nota, quòd ſi contra ex-
cipientem, ibi, & hæc repulſio præcipuè locum
habet contra exceptiones criminum vel defe-
ctuum. Quamobrem vſu receptum eſt in ſacro
Palatio, vt in quauis cauſa ſpirituali, vel propha
na ſimilis materia non admittatur, niſi infra ter-
minum datum ad articulandum. Rot. deciſ. 708.

Nota,

Nota, quòd si in aliqua causſa de arti. 606. Dig. quòd ſtylus, de materia obiect. 419. Not. Andreus de excep. 424. Not. quòd ſi prima inſtan. de excep. obiecti. omnibus in antiq.

Quòd procedit, & ſeruatur non ſolùm ſto-
8 qui à principio in cauſſa fuiſſet, ſed etiam ſi tertio veniente ad cauſſam, ex clauſula generali, omneſque alios, &c. poſt ſimilem terminum excluſiuum ſeruatum, in quo licet videretur prima facie, quòd poſſet dare obiectus poſt dictum terminum, qui non deberet excludere eum, cui non fuit præfixus, & qui non fuit in cauſſa, nec potuit prius dare, & propterea ſine culpa non deberet excludi, c. cognoſcentes, de conſti. Nihilominus non conſueuit Palatium ipſum admittere volentem poſt dictum terminum dare obiectus, i ex quo * admiſſo tertij ſolet fieri ad ſtatim,
i 9 quo reperit cauſſam, & ſic debet admitti ad ſtatum cauſſæ cum ſuis qualitatibus, l. eum qui, ff. de iureiur. Caſſa. deciſ. 1. de excep.

Amplius ſeruatum eſt etiam, vbi ſimilesmateriæ datæ eſſent verbo infra terminum, quo caſu non inſeruiret communis practica excipiendi generalia infra terminum, neque * operare-
10 tur effectum præſeruatiuum ſolitum per ſimile excipiendi modum operari, quòd propter omnes exceptiones ſic in genere, licet verbo infra terminum datas, præſeruaretur excipienti facultas illas dandi etiam poſt terminum per not. per Bald. in c. 1. in princi. extra de fide inſtru. per Fulin. in cap. licet cauſſa, colum. 13. de proba. Martſing. 13.

11 Idem * quoque ſeruari conſueuit, ſi datæ ſe-

sent materiæ etiam facto, & realiter infra terminum, velletque is, qui dedit, nihil de nouo dare, sed aliquid de contentis in materijs datis in termino duntaxat declarare, non admitteretur enim similis declaratio post terminum, & dilatio, quæ de stylo Palatij pro termino substantiali seruari solet, ad declarãdum, prout suprà suo loco docuimus non daretur, & data nõ inseruit, respectu similis materiæ, & ad effectum illam declarandi, ad no. in cap. in generali, §. si per Ioã. Mo. de re iu. lib. 6. Rota decis. 262. in antiq. nota, quòd si in prima instantia de except. obiectio. & 426. in eisdem, not. quod si in prima instantia, eod. titu. & licet ille, qui declarat nihil de nouo faciat, sed quod factum est, tantum dilucidet, l. hæredes palam, ff. de testa. cum nota. Nihilominus in ista materia, vtpote odiosa, voluerunt Patres imputari parti, quæ à principio debuit prænidere, & clarius excipere. Cota decis. 64. in antiq. Nota, quòd in articulis, de articu.

Mitigaretur tamen iste rigor, & admitterẽtur post terminum ad articulandum tam declaratio ad materias prius datas, quàm ipsæ materiæ, si tunc de nouo darentur, vbicunque calumniæ suspicio cessaret, & summoueri posset, prout in plerisque casibus seruatum esse comperio, vtpote, si materia, quæ daretur, vel quam declarare quis vellet, reperiretur iam probata, argumento notatorum per Rotam decis. 780. in antiq. sciendũ de arti. obiecti. & decis. 648. in eisdem sciendum de articu.

Idem si non plenè probata esset, sed semiplenè tantum per vnum testem, Aegid. concl. 452. si mandatur de probatio. idem si probatio similis

mate-

materiæ esset in promptu. Aegid. conclus. [illegible]
Quòd si 5. de exceptio. quæ licet loquatur de pro-
batione in promptu per instrumenta, cùm tamen
k ratio generalis sit, *k* non secus dicerem, si proba-
tio, quæ in promptu esset, consisteret etiam in
stibus, vel alia probationis specie, quo exemplo
idem opinor dicendum, si materia, quæ daretur,
l haberet præsumptionem iuris pro se, *l* summo-
ueret enim similis præsumptio calumniæ suspi-
cionem, prout alibi similis præsumptio iuris
pro assertione prælati, quæ aliàs non probaret
in præiudicium suæ ecclesiæ, (ea ratione, quòd
assertio suspicaretur facta ad effectum fraudan-
di ecclesiam) faceret similem suspicionem cessa-
re, & assertionem probare, etiam in Ecclesiæ præ-
iudicium ad nota. per Curt. Iun. in tracta. suo
feudorum, prima parte principali car. 6. qu. 1.
numer. 15. allegat. c. si diligenti, & Abb. ibi. 3. no-
tab. de præscript.

12 Qua * ratione, idem quoque seruatum est, v-
bicunque is, qui daret obiectus iustam tarditatis
suæ caussam haberet, vtpote, si terminum huius-
modi notitia similis obiectus ei superuenisset,
ad l. de ætate, §. ex caussa, ff. de interrog. actio. c.
pastoralis de exceptio. adstipulatur, c. insinuan-
te de offi. deleg &c. vt circa, in verbo nisi aliquid
de electio. in 6. Aegid. conclu. 562 conclu. quod si
P. ibi de tertio vero, Cassa. decis. 1. de exceptio. in
m princ. *m* & cum ignorantia potius præsumatur,
quàm scientia, l. verius, ff. de proba. videtur ibid.
voluisse Aegid. pro verificatione ignorantiæ nō
stari simplici allegantis assertioni neque eum
n probationis onere grauandum esse, *n* sed iura-
mento potius suo in hoc stari debere, veluti de

re,

re, quæ in animo consistat, donec aliunde scientia comprobari non potest. Idem etiam si quis vellet dare obiectus contra titulum, & gratiam post terminum huiusmodi ex aduerso productos, admitteret enim tunc eum cum ea ratione sacrum Palatium, quòd si iste titulus, vel gratia non fuerunt ante terminum producti, non potuit altera pars diuinare, neque præuidere exceptionem contra hactenus ignotam actionem, idque & iam si non solùm terminus ad articulandum, verùm etiam alij omnes seruati reperiantur. Cassa. decis. 1. de excep. nu. 2. quo exemplo. idem opinor dicendum in eo, qui vellet dare obiectus contra personam tertij, qui non veniisset ad causam, nisi post dictum terminum ad articulandum. Militat enim excusationis ratio præcedenti æquipollens, verùm hæc facultas dandi obiectus, etiam post terminum in præscriptis casibus, vel alijs, vbi eadem excusationis causa militet, non consueuit longius laxari, sed eadem odij ratione arctari, si modò volens obijcere, id in continenti faciat, & si contra gratiam, vt supra post terminum productam velit dare obiectus, obijciat in termino ad dicẽdum contrà, post quẽ non audiretur amplius. Casla. decis. 1. de except. nu. 2. & 3. Et quod suprà diximus, obijcias in termino, intelligas specificè, nam * communis practica excipiendi generalia, contra, præseruatiua facultatis specificandi exceptiones nobis competentes in quacunque parte iudicij operatur in exceptionibus, quæ sunt de iure dãtis, quæ sic nõ specificatæ dari possunt, secus autem videtur dicendum in istis exceptionibus obiectiuis, quæ non sunt de iure dantis, & in quibus requiri-

tur

tur ſpecificatio, de qua in d.l.libellorum de lit-
cu.per ſupradicta, ſaltim in his, quæ ſic non ſpe-
cificatæ non admitterentur etiam parte non op-
ponente, (prout ſuprà docuimus) conceſſum
nunc, quòd in alijs, parte non contradicente, a-
miſſibilibus, practica dicendi generalia com-
faceret effectum ſuum præſeruatiuum.

Generaliter verò vſu receptum eſt, vtei, qui
obſtante ſibi termino ad articulandum exhibe-
uo ſimilis facultatis obijciendi, vel obiectus de-
clarandi non valuit in vna inſtantia obiectus de-
re, vel datos declarare, id ſibi liceat, in ſequen-
inſtantia vſque ad tertiam inſtantiam, quia ter-
mini & dilationes, quæ dantur in vna inſtantia
tanquam ordinatoria illius inſtantiæ non ſe ex-
tendunt, ad ſequiores inſtantias, & iſtarationem
de more ſacri Palatij eſt, quòd omnis inſtantia
habet ſuas dilctiones, & terminos; imò ijdem ter-
mini de nouo dantur, prout ſuprà ſuo loco vidi-
ſti, & hoc, vt quis in cauſſa appellationis poſſit
non probata probare, & non allegata allegare,
6 quam facultatem admittit Palatium etiam in
iſtis materijs obiectiuis tametſi odioſis. Rota
decif.419.in antiq.nota, an reus de exceptio. Ma-
lis in verbo Articuli, numero quarto allegat.
per hanc, C.de tempo.appell.allegat conſil. Ro-
man.de quo ibi per eum, quod etiam ſeruatur
eſt in obiectibus, vel eorum declarationibus
præcedenti inſtantia propter lapſum termini re-
pulſæ, nam repulſio non eſt reprobatio cauſ-
cognita facta, argu.l.non videtur, §. ſi rationem
ff.de compenſatio.& repulſio fuit ab illa inſta-
tia tantùm. Rota decif.420.& 426.ambabus in-
pientibus. Nota, quòd ſi in prima inſtantia

exceptio.obiect. & ambobus in antiqu. vbi licet similis facultas admittatur in sequioribus instãtijs, restringitur tamen infrà terminum ad articulandum de nouo in dictis instantijs dandum, & (vt opinor) reciperet omnes ampliationes, & limitationes, quas suprà docuimus.

Sed dices, si vis exclusiua istius facultatis dandi obiectus, vel datos declarandi à lapsu termini ad articulandum prouenit, ista materia rarò, vel nunquam practicabitur, ex quo inoleuit abusus, vt termini nunquam sub sua die, neque aliàs rectè, sed nulliter seruentur sub spe habituræ sanationis per reiterationem in vim extrauagantis Inno. 6. de facultatibus Auditorum suprà sæpius citatæ, vel specialis commissionis passim dari solitæ, & quod nullum est, nullum præstare posset impedimentum, & quod debeamus intelligere de termino ritè & rectè seruato, docet Cassa. d. decis. 1. de exceptio. in prin. Quamobrem non desunt procuratores in Roma. Cur. etiam famosi, qui non solùm non nouerunt casus, quibus similis materia, vel eius declaratio admittetur, vel repelleretur, verùm nescirent eam ab alijs materijs discernere; licet antiquiores Patres in illis dignoscendis plurimum insudarent, prout nobis plures decisiones suprà sæpius citatæ indicant, & præsertim decis. 27. in not. fuit dubitatum, de positio. & exceptio. & propterea nõ est omninò negligenda, præsertim, quia facilè posset venire casus necessariæ disputationis istius materiæ. Finge enim, quòd quis timens obiectus, caueret à mala obseruatione istius termini, & ritè ac rectè seruaret illum, vt excluderet te ab ista obijciẽdi facultate. Rursus finge, quòd

auditor,(prout plerunque euenit nostris temporibus)pronuncier,prout in cedula, & postea scriberet interloquutoriam, nonne termino articulandum, tametsi nulliter à principio fuisset seruatus, remanebit, beneficio reiteratæ factæ tempore dictæ pronunciationis penes cedula sanatus, ac si validè seruatus fuisset, & reiteratione citra operabitur suum effectum clusiuum.

15 Cæterùm,* non ignorabis in hac specie, quòd vbicunque ageretur ad canonizationem gratiæ, si neutri tunc omnis materia, quantumuis obiectiua diceretur, descendere à gratia impetrata, & esse de iure dantis, & essemus extra casum cap.vt circa,de elect.libro 6.& clemen.constitutionem eod.titul. Quandoquidem si ius & tus dantis istos obiectus,est ista gratia, si neutri cùm nullum ius impetranti tribuat, nisi subsidiaria conditione, si neutri ius competeret, quicquid obijciat impetrans ad docendum de non iure aduersarij censebitur de iure dantis, & non obiectus, ex quo tendit ad purificandam gratiam suam conditionalem Nic. Milis verbo articul. numero 7. Rota decis.827.in antiqu. Nota,quòd materia de materia obiecti. & decis. 27. in nou. fuit dubitatum de exceptio. & positio. Ex propterea seruat Palatium, vt in præscripto casu quando ad canonizationem similis gratiæ,si neutri ageretur, admittere quoscunq; obiectus absque specificatione, l.libellorum de accu. deque suprà diximus. Rot. d.decis.27. fuit dubitatum in nota. idque etiam post terminum ad articulandum, & quandocunque prout aliàs materia non obiectiuas, & licet exceptiones huiusmodi

simplo

simpliciter acceptæ sint ex natura sua obiectiua, vtpote concernentes defectum tituli vel personæ aduersarij, ratione tamen subiectæ materiæ, gratiæ si neutri, in qua dantur, mutatur eius natura, & censetur rationibus prædictis de iure ipsius dantis, & dicit collector. d. decis. 27. prima additione in fin. mirum non esse, quòd vna res simpliciter accepta sit vnius naturæ, & postmodum per adhæsionem alteri rei mutet naturam, quia hoc videmus in pluribus casibus, & subnectit exemplum de tigno, qui simpliciter acceptus, res mobilis est, & postmodum ædibus fixus immobilis reputatur, l. eum qui ædes, ff. de vsucapio. & intantum admitterentur similes materiæ absque specificatione, & circumscripto termini lapsu, vt procedat non solùm in similibus materijs, quæ de nouo darentur, verùmetiam in eisdem, quæ in eadem causa, antequam gratia si neutri superueniret, seu eius canonizationem ageretur, fuissent repulsæ tanquam vel malè specificatæ, vel datæ post terminum, argu. notatorum per Rotam decis. 420. & 426. ambabus incipientibus nota, quòd in prima instantia de exceptio. obiecti ambobus in antiquis. Quamobrem tu hinc dijudicare potes, quanta sit plerunque similis gratiæ, si neutri vtilitas.

ANNOTATIONES.

Solemus.) *Interrogationes testibus fieri solent, vt falsitas detegi valeat, quæ* qualiter *fiant, quot ve modis, Spec.* a
egregiè docet in ti. de test. §. iam de interrogatorijs, tradũtq; 16
Doct. in c. præsentium, de test. in 6. & libellorum ille architectus Io. Pet. Ferra. in forma iurã. testiũ, in ver. protestante,

num.5.cum sequ.ad finem vsque vbi & Ioan.Bap.Tilen[illegible] multa cumulat Nico. Anton. Grauatius.

b Vtique triplici.) Si * exceptionum peremptorium
17 & cur ita nuncupentur, si exceptionum insuper dilatorum, earumque discrimina, vim, ac robur, vno quasi [illegible] videre cupis, Angeli Aretini doctos commentarios legas [illegible] stit.de except.Doctor.in l.peremptorias,C.senten.rescin. [illegible] poss.& in l.exceptionem,C.de proba.Abb.Felinus atque [illegible] centiores in capit.exceptionem,de excep.Nicolaus Anton. Grauatius.

c Et hoc quia.) Et adeò * in obiectis criminibus specia-
18 lis mentio de eis necessariò facienda est, quòd si contra [illegible] generaliter fiat, verbi gratia, quia sunt fures, spurij, adulteri, & de similibus, non sufficeret, tex.est in c. præsentium [illegible] testes, de test.lib.6.& traditur per Bar.in l.testium, [illegible] Iulia.ff.eo.tit.& in l.1.in fin. C. de testa.Bal.in auth. [illegible] catur, in fin.C.de test.ad quæ conferunt dicta per Afflict. [illegible] cis.III.nu.9.Nicolaus Ant.Graua.

d Nisi fortè.) Quando * dies est de substantia, specialis [illegible]
19 ius mentio habenda est, vt adnotant Bald.in l.1.C.de re [illegible] Ro.in l.Pomponius,§.rei perduellionis,ff.de acquirend. [illegible] red.Aret.in c.qualiter & quando,§.debet,tol.7.de [illegible] & Ias.in l.2.§.si quis Ephesi,ff.de eo, quod certo loco. [illegible] Anto.Graua.

e Videlicet.) Huc pertinent dicta * per Alexa.cons.[illegible]
20 col.3.lib.4.& Decium post nonnullos, quos citat in l.edita, C.de eden.quòd libellus in caussis summarijs, & si nequaquam benè declaratus, sed generalis obscureque compositus fuerit.tamen parte non opponente valet. Quanquam in hac specie Ias.in dict.l.edita,num.6.& plerique alij voluerint, quòd etiam parte opponente libellus generalis procedat in summarijs, at secus in ordinarijs. Qua de re ibidem doctissimum præceptorem meum D.Ioan. Bolognettum videas nu.
Com.opi. 15.vbi fœdere distinctionis concordat opiniones. Qui eò [illegible]

num.80. tradit, libellum tantum modo per libellantem, sed non per eius hæredem declarari posse. & hanc communem esse opinionem affirmat, quicquid econtrà Decius dixerit. Itidem quòd nec procurator (nisi specificum haberet mandatum) libellum declarare potest, nec etiam dominus libellum procuratoris, vt ibidem præceptor meus. & Ias. quoque nu. 26. Cæterùm in causis ordinarijs libellumque requirentibus si libellus ineptus esset, etiam parte non opponente, non procederet: quinimò super eo lata sententia ipso iure nullius esset roboris, cap. examinata, de iudic. vbi Doctores notant. Alex. consi. 147. lib. 6. & cons. 79. lib. 2. Felin. in c. in literis col pen. vers. tertia declaratio, de offi. deleg. & Vant. de nullit. ex defect proces. nu. 22. Nicolaus Anto. Grauatius.

Qdandoquidem.) Huc autem vergit pulchrum Bar. pronunciatum in l. vbi pactum, vbi Alex. & Ias. num. 10. & 11. C. de trans. quòd * cui non competit ius agendi suaque non interest, iudicij limen præcludendum est, ab eoque ille submouendus. Quinimò boni iudicis est, ex officio illum repellere, vt eo loci per Ias. & Soc. consi. 255. lib. 2. Alexand. & Imo. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. infe. & Felin. in c. ad aures de præscrip. qua de re Doct. legas decis. 171. nu. 21. & 22. Nicol. Anto. Grauatius. f 21

Idque ea ratione.) Faciunt, quæ * habentur in c. 1 & c. in literis, de rest. spol. per Rot. decis. 25. cod. titu. in not. per Doct. in §. recuperandæ, Instit. de interd. & in l. si quis ad se fundum, C. ad leg. Iul. de vi pub. Rip. post cæteros in l. naturaliter, §. nihil commune, nu. 46. ff. de acq. poss. & Folin. in cap. vlt. numer. 24. vers. fallit secundò, de præsumpt. vbi voluit prædonem, aut intrusum, siue iniustum detentatorem beneficij absque causæ cognitione amoueri non debere, & tradidit Dec. in l. vltim. num. 4. C. de edicto diui Hadr. toll. Nico. Anto. Grauatius. g 22

Tertia.) Ad hæc conferunt, quæ Abb. scribit in c. licet dilectus, in fin. de test. vbi * in materia obiectiua contra testes, h 23

dilationes, non absque magna caussæ cognitione concedantur, ea nempè ratione, quia de re odiosa agitur, quæ restringi debet. Nico. Anto. Grauatius.

i Ex quo admissio.) Tertium * ad caussam venit
24 in statu, quo ea reperitur audiri tantùm debere, Doctores dicunt, in l. sæpè, ff. de re iud. Afflict. decis. 235. vbi multa eruditè disserit, & Franc. Mar. decis. seu quæst. Delph. 272.
25 serens, quòd * tertius sciens litem seque non opponens, nec à lata sententia appellans, præiudicium saltem, quoad possessionem sibi parat, & hanc communem esse opinionem affirmat, & Alexan. in l. à Diuo Pio, §. si super rebus num. 24.
Com. opi. ff. de re iud. hinc Abb. egregiè scriptum reliquit in cap. super eo. colum. vl. de offic. deleg. quòd si iudex maliciosè tertium se habere ad exequutionem impediendam animaduerit, illum audire nequaquam debet, quod quidem dictum magis perè notandum Ias. censuit in l. 4. §. condemnatum, numero
26 11. ff. de re iud. Cæterùm, * quando exequutio fit aliquis super re, de qua fuerat prolata sententia, illam quidem exequutionem à tertio se opponente impediri non posse clarissimum iuris est, si illi de indemnitate caueatur, l. is à quo, & l. sequen. ff. de rei vendi. velut Bar. per hæc iura concludit in l. à Diuo Pio §. si super rebus, numero 2. vbi Ias. numero 17. & Vinc. Hercul. num. 32. Quod quidem in beneficialibus locum etiam sibi vendicat, testibus Iasone eo loci atque Felin. in c. veniens, 2. numero 7. de test. Necnon & in feudalibus Afflicto hoc attestante in c. imperialem, §. præterea inter duos, numero 67. de prohib. alien. per Fed. & in c. si duo, numero 33. de pace tenen. Sed hac in re Mynsing. legere non te pigeat in suis obseru. Cent. 3. obser. 73. vbi communiori Senatorum sententia tres casus distinguendos esse dicit, videlicet, Aut in re vacante exequutio fit, id est, à nemine possessa, & tertius contradictor illam impedit, per text. in cap. veniens, de test. Aut si exequutio in re per alium possessa, & tunc tertij contradictione non obstante exequutio fieri poterit, l. Sticho, §. de rei

de rei vendi. si tamen (vt diximus) victor cautionem de restituendo præstabit, si tertium obtinere contingat. Aut denique condemnatio in vna re facta est, & in alia fit exequutio, & tunc tertius exequutionem impedit teste Bar. in d. §. super rebus, cui Imola inhæret, d. c. veniens. Sed & illud præterealibet adiungere, quòd à Cassad. traditur decis. 1. de excep. & Felin. in c. cum super. numer. 3. de re iud. vbi docent, quòd tertius cùm venit ad caussam vim clausulæ, omnesque alios interesse putantes in rescripto appositæ, tunc in eisdem statu & terminis admittitur, in quibus caussa reperitur, vsque adeò, si publicata essent testimonia, sibi obessent, teste Ioan. Mona. in c. vltim. vt lit. pend. Qua de re vide Felinum quoque in d. c. veniens. & c. exceptionem, de exceptio. Cæterùm, quando tertius commissionem impetrat, quòd constito de interesse iudex ipsum admittat, tunc in eodem statu nequaquam recipitur. sed renouandus est processus, vt citato loco Cassad. astruit. Sed an tertius veniens ad caussam post terminos non ritè rectéque seruatos, teneatur illos iterare atque repetere. Vide Papaz. in annot. ad Rot. decis. 2. nu. 37. de rescrip. vbi iterandos licet subdubius affirmat, eoque loci etiam tradit terminorum obseruationem singulari successori prodesse. Quiquidem tertius ad defensionem caussæ pro sua interesse, ex persona rei comparentis poterit fori declinatoriam post litem etiam contestatam opponere, licet talis exceptio regulariter ante litem opponi debeat, cap. inter monasterium, de re iud. ita tradunt Innoc. in c. capitulum sanctæ Crucis. in glo. sed dices nonne, de rescrip. Iaf. in l. ita demum, num. 5. C. de procura. & Franc. Niconi. allega. 34. num. 17. Nico. Anto. Grauat.

Non secus.) Sententiæ auctoris conferre videtur, nam * arbitrio iudicis relinquitur, quando illicò aut in promptu, siue per instrumenta, vel testimonia probatio fieri dicatur, l. 3. §. cum igitur, vbi Barto. ff. de vi. & vi arm, Iaf. in l. si ita quis, §. Seia cauit, nu. 14. de verbo. oblig. Abb. post. Inno. in c. k 27

veniens, de test. idem Ias. in d. l. 4 §. condemnatum, numero 30. & est communis opinio, vt Præpos. asserit in cap. quod resti. 3. q. 1. qua de re videas etiam Franc. Mar. decis. Dec. 569. & iterum 570. & 601. præsertim cùm * testes instrumentorum appellatione compræhendantur, l. 1. ff. de fideiustru. glo. & Doct. in l. si ex falsis, C. de trans. & in c. peruenit, 1. de test. cog. & Lanfr. in cap. quoniam contra, in ver. instrumentorum productiones in princ. de proba. Nicolaus Anton. Grauat.

Com. opi. 28

l 29 Summoueret enim.) Et nimirum est, * cùm præsumptio, liquidissima sit probatio. secundum gloss. in l. si tutor, C. de peric. tut. Afflict. decis. 13. num. 24. & Tiraqu. multa coaceruantem in l. si vnquam, in verb. donatione largitus, nu. 133. C. de reuoc. donat. Nico. Anto. Graua.

m 30 Et cum ignorantia.) Limita hoc, * nisi palàm rei ignotesceret, tunc enim scientia præsumitur. Gloss. in Clement. 1. ver. publicè de sepult. Bald. in cap. quoniam contra, §. 1. vlt. non contest. glo. communiter approbata in l. si tutor peritus, C. de peric. tut. & glo. in l. vlt. ff. de decret. ab ord. fac. vbi ignorantia eius, quod publico edicto proponitur, nequaquam verisimilis est, aliàs ignorantia excusaret; quinimò quælibet caussa etiam iniusta ignorantem excusat à cùm. Gloss. 2. in c. 1. de concess. præbend. nisi ignorantia supina esset cap. 2. de const. lib. 6. Gomes. in reg. Cancell. de impetr. benef. viuen. q. 3. & 31. Et vsque adeò ignorantia præsumitur, vt filius, quæ in testamento paterno continerentur, scire non præsumatur. vt Curt. Iun. scribit consil. 8. cui adstipulatur Hieronym. Cagn. in l. Qui in alterius, nu. 12. ff. de reg. iur. qui tamen ait, hoc nequaquam in hærede extraneo locum habere, postquam hæreditati se immiscuit, & hanc esse communem opinionem asseuerat. Nico. Anto. Graua.

Com. opi.

n 31 Sed iuramento.) Et si * ignorantia solo probetur iuramento, cap. si verò. 2. de sent. excom. & cap. vlt. qui matr. accus.

accus. pos. attamen contrarium probari potest. Gloss. in c. eos in verb. affectata, de temp. ord. lib. 6. Rom. consi. 102. Bart. in l. si cui. §. iisdem ff. de accus. Felin. & Dec. in 2. lect. in c. cognoscentes, vterque in vltim. column. de const. & Tiraquell. de vtroque retract. §. 4. in glo. 1. colum. 1. cum plurib. sequen. vbi cumulatissimè.

Quam facultatem.) Andr. verò Iser. in const. reg. Neap. incip. Iurisperitorum, & Afflict. ibi, in appellationis caussa, criminis contra testes obijci posse negant. sed in prima instãtia tantùm eos reprobari concessum esse affirmant, quorum sententiam cùm temperamento (quoad testes solummodò in principali caussa examinatos) locum habere intelligas. Secus, si noui testes in ipsa appellatione producti fuissent. Nam si testium reprobatio, hac facti specie non contederetur, vtique ipsa defensio denegaretur, cùm repulsa defensio sit. Clem. sepè, §. non sit, vbi gloss. de verbo significa. & tradit Afflict. decis. 351. numer. 3. Hinc est quòd in caussa attentatorum, testium repulsa admittitur, nisi ob calumniam differendæ litis caussa peteretur, vt eadem decis. ab Afflict. proditum est. At in testibus in priore instantia examinatis, iure optimo in posteriore reprobatio locum non habet, cùm imputandum sit illi, qui poterat, sed reprobare non curauit, præsertim facta conclusione in caussa, post quam repulsa non conceditur. § vlt. in authen. de test. veluti quoque in causis summarijs eam concedi non debere, arbitrati sunt Abb. in c. veniens. 2. de test. vbi etiam Felin. & Capic. decis. 55. num. 3. pro cuius rei elucidatione, atque veritate, legendus est Aretin. in dict. c. veniens. Nicol. us. Anton. Grauatius.

32 33 34 35 36

LIBER VI.

DE PRODVCTIONE IVRIVM In curia, ac de literis compulsorialibus, illarumq; exequutione in partibus.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 Instrumenta publica absque iudicis mandato proprijs notarijs habentur.
2 Scripturæ in iudicijs parcè producendæ sunt.
3 Scripturæ & articuli, (ex vrbanitate tamen patrum) admittuntur etiã post terminum ad producendum omnia, vsq; ad conclusionẽ, & quandoque post, ex gratia.
4 Scripturas simpliciter producens, omnia in contenta fateri videtur, & nu. 19.
5 Confessionis reuocatio prætextu erroris quando non admittatur.
6 Scripturas producendi stylus in Rom. Cur.
7 Instrumentorum in productione pars citari debet, aliàs non probant, fall tamen, vt nu. 25.
8 Scripturæ priuatæ recognosci debent, & quomodo, & quid in Palatio vsu receptum sit, & numero 26.
9 Sigillum an probet.
10 Comparatio scripturarum, quando & qualiter facienda, & num. 27.
11 Instrumentum originale non cogitur quis apud acta

acta dimittere, sed copiam collationatam.

12 Compulsoriae um literarum duæ sunt species.

13 Compulsoriæ generalis & specialis formula.

14 Compulsoriarum in exequutionem quomodo procedendum sit.

15 Exemplatio parte citata facienda est.

16 Principis in auditorio, sola veritate inspecta proceditur.

17 Sententia Senatus Neapolitani pro lege in regno habetur.

18 Opinio DD. Rotæ pro communi reputatur.

19 Instrumentum producens, omnia in eo etiã aduersantia, approbare videtur, fall. tamen.

20 Instrumenta producere, cum clusula illa, si & in quantum in fauorẽ faciunt, & non aliter, quanta sit efficaciæ.

21 Scripturæ an possint pro parte acceptari, & pro parte impugnari.

22 Scripturas producens, aut testium depositiones cum clausula si & in quantum, &c. potest cogi, vt præcisè declaret, si illis pro veris vti velit.

23 Instrumentum reprobatur per duos testes.

24 Testes instrumentarij, si instrumento contradicant, an puniantur?

26 Testes super recognitione scripturæ producti, non aliter probant, nisi præsentes fuisse testificentur.

27 Comparatio sola literarum an plenè probet.

28 Instrumenti exemplum, siue copia, an fidem faciat, & numero seq.

30 Approbatus, non potest ab eodem reprobari.

Datis

DAtis iam articulus pro intentione actoris, ac excipientibus rei ad extenuãdam intentionem actoris, solet quisque probationes, quas habet afferre, & causam iuris, vel testium, de positionibus instruere, & prius de iurium productione dicemus, iura enim hic probationes, quæ in scriptura consistant, vulgari quodam vocabulo vocamus, quas* scripturas 1
si quis ad manus habeat, vel si ex partibus à proprijs tamen notarijs rogatis (si publicæ sint) vel aliàs originales habendæ sunt, absque alia iudicis iussione, ac partis vocatione ad Roma. Cur. adduci & transportari poterunt, & vbi habueris, iterum atque iterum legendæ sunt, & vbi legeris, munus tuum erit perpendere inspecta natura actionis si actoris, vel exceptionis, si rei partes defenderis, quid, quantum, & quando, intentioni tuæ prodesse, vel obesse possint, & illas prout re benè pensata expedire dignoueris, exhibebis in iudicio, qua in re, nisi ita eruditus fueris, vel legum ac canonum consilio vti possis, facilè cum alijs practicis, non minus, quam talpa proprio plerunque peribis iudicio, prout sæpissimè ego meros practicos, qui non valentes eum (qui in iudicio nimium properaret, legibus cohibere, iurium productione se tueri solent) proprijs eorum nexibus deprehẽdi, quos reprehendit Papa in c. imputari, extra de fide instrum. & admonet textu. in l. scripturæ diuersæ, C. de fid. instrumen. & eis alludit vulgatum carmen.

Heu pateris telo vulnera facta tuo.

Quorum a exemplo * deterriti veteres, & 2
eruditissimi eorum eruditione non confisi, con- 2
sueuerunt in exhibendis iuribus esse parcissimi, illaque

illaque non nisi paulatim, & quantum, ac quando ipsa necessitas vrgeret, exhibere, ea (vt opinor (ratione) quòd veluti veteri adagio dicimus dubium esse litis euentum, sic ab ipsis compertum est, dubias quoq; esse in quauis iudicij parte litigatorum cursitationes, & in re tam dubia, non potest quandoq; etiam eruditissimus quisque à longè prognoscere, quod postmodum contraria actione, ac temporis beneficio commonitus dignoscí, tempus enim est pendentis baculus & in certamine contraria actio ad melius operandum nos instruere solet, quam omnibus artibus, *b* non minus, quàm ij, qui bello præsunt, explorare debemus, quandoquidem lis belli species est, in quo genere admonet nos Cicero in Catone hisce verbis: Quis est tam stultus, quamuis adolescens, cui sit exploratum ad vesperam esse victurum? Quæ Ciceronis verba nobis in hac iudiciorum specie præsertim, qui in sacro Palatio causas agimus atque defendimus, optimè arridentea ratione, *c* quod Patres ipsi eiusdem sacri Palatij veluti supremi ordinis iudices à multis annis eam sibi aduersus iuris regulas præscripserint libertatem, vt liceat eis ab ipsis regulis, quæ inferiores iudices, quasi in compedibus detinent, pro eorum sacrosancto arbitrio recedere, & in rebus dubijs non alias principem, prout Iustinianus sanxit consulere, sed quod eis ratione consonum, iuxta factorum cõtingentias videtur decernere, *d* estque omnibus nationibus Romano subiectis Imperio, lex eorum sententia, nõ minus, quàm essent apud Græcos Amphyctionum decreta, quæ Dæmosthenes in oratione pro Ctesiphone citat, & quorũ conuentus

b

c

d

uentüs erat totius Græciæ publicum consilium, ex septẽ eius ciuitatibus constans, quod Strabo lib.9.& cur ita diceretur Dionysi' lib.14.docet.

Sed longius digressi, ad speciem nostram producti-
onis iurium reuertamur, in qua his om-
nibus facilè occurres periculis, si ea, quam supra
§ diximus, veteris producẽdi parsimonia, nec' ab-
sterreas terminorum obseruationem, ac lapsum
præsertim ad producendum omnia, cum supra
dixerimus, partes ex præscripta quadam vrba-
tate consueuisse, non solùm probationes, quæ in
scriptura consistant, sed etiam articulos & te-
stes admittere, quandocunque ante conclusio-
nem in causa, Rota decisi. 448. nota, quòd om-
nes in antiq. de artic. in caus. prophana, & non
solùm ante cõclusionem, sed etiam post, saltim
ex gratia, Aegid. conclus. 447. articuli, de pro-
ba.& conclu.745.conclusio de restit.in integ. lo-
que etiam si iura nõ essent de iure dantis, sed ob-
iectiua, non solùm enim admitteretur eorũ pro-
ductio, sed etiam operaretur, vt articuli de simi-
li materia in iuribus hujusmodi contenta eo-
rum calore admitterentur. Aegid. conclu. 574.
Quòd si.5.de exceptio. Dixi autẽ parsimoniam,
ne ad eius vltimum extremũ, quod vitium est,
facilè declines, vtpote iurium productionem,
differendo vsque ad vltimas audientias, in qui-
bus non solent Auditores iura, neque alias pro-
bationes admittere nimium de calumuia produ-
centis suspicantes.

Amplius e quia * scripturas simpliciter pro-
e ducendo, videtur quis fateri omnia in eis con-
4 tenta vera esse, etiam quæ producenti præjudi-
carent, iuxta not. per Inno. in c, cùm olim in fine
verſic.

versic. sed dies de censibus, & in c. cùm venerabilis, num. 4. versic. item licet producens, de exceptio. & similis * confessio non admittit reuocationem prætextu erroris, sed imputatur producenti, qui potuit præuidere, vt suprà ad not. per Specul. & Ioan. And. in tit. de instrum. edi. § videndum, versic. quid si aliquid, & not. per Inno. & per Butr. in d. c cùm olim, de censibus, & per Imo. in c. g. perpetuus, extra de fide instrum. & per eundem Butrium, aclatius per Felinum in c. imputan. de fide instru. colum. 1. nu. 7. versi. septima & vltima declaratio, & ratio est in prõptu, quia ista est cõfessio scripta & probata, quæ non reuocatur, prout notant Abb. & alij in cap. fin. de confessis. Mos * producendi scripturas inoleuit in Romana Cur. quo litigatores non per seipsos, sed per alium, qui semper est vnus ex connotarijs actuarijs causſæ scripturas producunt, eundemque per censuras ecclesiasticas ad illas producendum obtinent ab Auditore compelli, adeoque inoleuit mos similis productionis, vt Notarij quotidie hoc munere grauati, volentes se ab eo eximere, & litigatoribus nihilominus in hoc morem gerere, sibi inuicem consenserunt, vt singuli in suis causſis possint apud acta notare similes productiones, præuia tamen compulsione, vt suprà, ab vno ex connotarijs suis, tametsi semper absente & præmissorũ ignaro recepisse, & vbi iura fuerint sic per compulsum producta, solet actuarius repetitionem illorum sub nomine litigatoris productionem obtinentis subnectere, *f* cum protestatione tamen inquantum pro parte producentis faciant, nec alias, aliter, nec alio modo, prout apud Formula-

5

6

f

mularium ipsorum notariorum, seu termin-
rum Rotæ, sub rubrica, de productione iurium
per compulsum 46. car. legere poteris. Quę pro-
testatio admittitur de iure, ad nota. per Bart.
l. publicæ, §. fin. ff. depositi. & in l. Aurelius §.
pen. ff. de libe. lega. & per Inno. & Butr. in c. cum
venerabilis de except. per Bal. & Paul. de Cast.
in l. 1. C. vt quæ desunt aduoca. & per Felin. post
alios in c. imputari extra de fide instru. colum.
fin. in fine. Et vsu recepta est in Palatio, & iuua.
producentem in hoc, quod pro natura protesta-
tionis conseruat ius veniendi contra partes pro-
iudiciales in eodem instrumento, seu scriptura
consistentes, Rota decis. 282. in no. licet quis pro-
ducens de appella. & fide instrum. ac contesta.
quæ tamen limitat, dum tamen productio non
sit proprij instrumenti cum producente celebra-
ti. Quo casu ex quo omnia narrata in instrumē-
to probant inter ipsas partes nō posset pars pro-
ducens acceptare in parte & partibus, vt supra,
etsi similem productionem faceret, non relue-
ret, Rota ibidem in fin. Quam tamen protesta-
tionem etiam, vbi proprium produceretur in-
strumentum, vt iuuet producentem, & præ-
uet sibi ius veniendi contra in capitulis prorsus
separatis admittit. Fel. in d. c. imputari in fin. ver
bis, per nota. per Imol. in d. c. G. perpetuus supra
eod. tit. de fide instru. & attestatur Imol. esse co-
munem doctorum opinionem, quę inseruit pro
declaratione limitationis traditæ per Rotam d.
decis. 282. in casibus duntaxat, in quibus licet de
iure contra contenta in proprio instrumento ve-
nire. Et cùm suprà dixerimus, quòd si quis absq;
simili protestatione & simpliciter instrumen-
tum

tum producat, videtur fateri, omnia in instrumento contenta vera esse etiam, quæ producenti præiudicarent, per nota. per Innocen. in c. cùm venerabilis, de exceptio, &c. cùm olim de censibus, & contra similem confessionem, vtpote scripram & probatam venire nõ posse per suprà allegata. Tu tamen intelligas directè abnegando contenta in instrumento esse vera, quòd si non directè, vt suprà volueris improbare instrumentum, sed potius euadere per indirectum, vtpotè si ex instrumento aliqua oriatur confessio dubia, poteris nihilominus euadere instrumentũ, faciendo probationes, non contrarias instrumento, sed tales, per quas illa dubia cõfessio declaretur talis, vt ibi non præiudicet factum in ea confessatum etiam verum, ad nota. per Felinum in d. c. imputari, colum. 1. num. 7. versicul. septima & vltima declaratio, de fide instru. vbi allegat, cap. cùm dilecti, de accusa. & Butr. in d. cap. cùm olim de censibus, vbi etiam concedere videtur, vt quis possit venire contra instrumentum sic simpliciter productum, si modò non discretè, sed contra totum instrumentum veniens per aliud malè productum, & allegat dubium in d. c. cùm olim. Idem si volueris non confessionem certam, sed tantùm præsumptionem ex instrumento resultantem diluere, admitteretur etiam probatio tendens ad hunc finem, ad nota. per Pau. de Cast. in l. exercendis, colum. 4. num. 4. C. de fide instru. ver. & prædicta, g vbi etiam habes materiam & theoricam Doctorum, quæ probatio, & quot testes requirantur contra instrumentum, quouis modo quis contradicat instrumento, poteris enim vbi opus erit eò recurrere. g

h Generaliter *h* verò, vbi * iurium productio
7 fuit, necessaria est partis vocatio ad dicendum
contrà, aliàs non probat, ad regulam legis de-
noquoque, ff. de re iudicata, & text. in l. pro-
randum, § sin autem, verbo terribiles, iuncto
textu in verbo præsentia, C. de iudi. quē ad hoc
Angel. ibidem dicit singularem, & in l. iudices,
C. de fide instrumen. & not. per Barto. in Litem
illa, C. de constitu. pecu. & latius per Felinum in
c. in nomine, col. 9. numer. 31. ver. 3. quæritur, ex-
tra de testi. nisi fortè post similem productionē
seruatus esset terminus ad dicendum cōtra pro-
ducta, de stylo palatij seruari solitus, qui meo
iudicio huic citationi saltim, quoad iura priùs
producta æquipolleret, vbi tamen hæc citatio
specialis fiat, hæc est communis formula, qua
vtimur in Palatio. Citetur. N. &c. ad dicendum
contra iura producta & repetita. Quod adiecti-
uum & repetita, addi solet, ea ratione, vt citatio
etiam repetitionem producentis, qui actus est à
productione diuersus respiciat, & quia si scrip-
turam produxeris priuatam, vel manu publici
notarij, si modò non fuerit ex publico archiuio
8 habita, non creditur ei soli, nisi * producens ve-
rificet scripturam manu eius, cuius enunciatur
scriptura, ad text. & no. per Pau. de Cast. & alios
in auth. & si contractus, C. de fid. instr. & not. per
Felin. post alios, in c. scripta, extra eodem. Sole-
mus in palatio productæ scripturæ fidem sup-
plere per recognitionem iurium productorum,
& propterea eadem citatione ad dicendum con-
tra iura, addere consueuimus, necnon viden-
dum iurare testes super recognitione iurium.
Qui si recognoscere, habeant scripturam manu
eius,

eius, cuius enunciatur scriptum, ad textum & not. per Paul. de Castr. & alios, in auth. & si contractus. C. de fide instrumen. de iure non probāt, nisi fuerint præsentes dum scriberetur, & dicant vidisse scribere eum, nec aliàs sufficeret, si testes deponerent, quòd ipsi non fuerunt præsentes, dum scriberetur, sed habent illam pro manu talis, quia manus eiusdem est sibi plurimum nota, ad nota. per Bart. in l. nuda, colum. 2. C. de donatio, & in authen. & si contractus, C. de fide instrumen. & not. per Paul. de Cast. in l. comparationes, col. 3. num. 4. versic. Sed contigit interdum, C. eodem. & per Bart. in l. admonendi, ff. de iureiurando, & per Ioan. de Imola, & per Felin. in c. 2. colum. 5. verfic. 7. limita, ibi his sic discussis, latè de fide instrumen. cons. Neapol. decis. 181. in antiquis in quodam processu de fide priuatarum scripturarum. Nihilominus vsu receptum est in sacro Palatio, vt aduersarius iuris communis dispositionem, super recognitione scripturarum plenè probent testes, qui non fuerunt præsentes, dum scriberetur, & deponunt recognosce re manum scribentis, quia est sibi valdè nota, prout communis vsus Rom. Cur. docet, idq; ea (vt opinor) ratione, quòd scripturæ, quæ in Rom. Cu. producuntur, vt plurimum sunt ex longinquis partib. ad Ro. Cu. transportatæ, nec de facili possunt in Romana Cur. haberi testes, qui fuerint præsentes, dum scriberetur in partibus scriptura, & propterea non abhorret à iuris dispositione iste stylus, quia isto casu, quando scriptura transportata è longinquis partibus producitur, nec de facili inuenirentur testes, qui recognoscerent, si modò appareat

expedita in forma publici instrumenti, & alias non sit suspecta, admittunt Doctores scripturam pro probanti etiam absque alia recognitione, prout latè docet Paul. de Castr. in authent. si contractus, columna fin. nu. ibi, sed si non est possibilis, quia producitur instrumentũ ex loginquis partibus, C. de fide instrument. allegat. Specula. in titul. de instrum. editio. §. restat, ver. quid si producitur, vel si defuerint testes, qui cognoscant manum scribentis, consueuimus curare, vt iura, quæ ex partibus ad Romanam Curiam pro instruendis caussis habentur ferè semper cum attestatione, & sigillo ordinarij, vel alterius personæ, seu collegij, ad quos hoc munus ex consuetudine loci spectaret ad Roman. Cur. traducantur, k quorum * Sigillum de iure supplet fidem productæ scripturæ, & illam reddit authenticam, ac in iudicio probantem, ad not. per Abb. & alios, præsertim per Fel. in c. scripta, col. antep. n. 34. vsque ad finem, extra de fide instru. & latius in c. post cessionem, de probatio. Desiderant tamen Docto. pro effectu prædicto sigillum huiusmodi plures habere qualitates. Prima est, quòd sit illius, ad quẽ hoc munus spectet de iure, vel consuetudine loci, prout in locis suprà allegatis docent. Secunda, quòd sigillum sit authenticum, ad not. per Abba. in dict. c. post cessionem, sequitur Felin. ibidem colum. 3. numero 7. versicu. Sed est aduertendum, & quæ requirantur, vt sigillum reputetur authẽticum, refert se ad no. per Spec. in titul. de procu. §. Ratio autem formæ versicul. item quòd non sigillum, & in titu. de proba. §. fin. versicu. 10. ipsum allegat. Tertia qualitas, quòd sigillum sit illius in simi-

k 9

in similibus vti solitum ad hoc deputatum, ad no. per Bald. in d.c. post cessionem, per text. in c. significauit de appella. quem aduersus sen tiam Innoc. ibidem sequitur Felin. ibi. colum. 5. numer. 17. versic. 2. requiritur. Vltima qualitas est, quòd sigillum sit notum illis, quibus præsentatur, Felin. ibi. versi. 4. requiritur.

Quamobrem solemus in Palatio in termino citationis, de qua suprà diximus ad videndum iurare testes super recognitione, si testes scripturam, seu manum scribentis non recognoscant, curare, vt saltim recognoscant sigilla pro sigillis illorum sigillantium proprijs authenticis, & in similibus vti solitis, & per istam recognitionem, sigillum efficitur notum Auditori, cui præsentatur, & sic concurrentibus istis qualitatibus sola similis sigillorum recognitio reddit productam scripturam authenticam, & probantē per supradicta.

At* vbi deficeret facultas recognoscendi manum scribentis vel sigillum, recurrendum esset de iure ad scripturarum comparationem, quæ iure ciuili examinatio appellatur, & non prius, vtpote ad remedium subsidiarum, l quæ quando cum qua specie scripturæ per quas & qualiter fienda sit, docent Doct. in d.l. comparationes, & in authen. sequen. quæ incipit ad hæc, & alia etiam sequenti, quæ incipit, & si contractus, C. de fide instrum. & si facultas etiam faciendi istam examinationem, seu comparationem quis non haberet, & scripturæ ex longinquis partibus venirent, probaret scriptura, absque alia recognitione vel comparatione, prout suprà diximus, si modò appareret expedita in forma solita, qua

10

l

aliæ publicæ scripturæ expediri solent, & non esset ex aliqua digna causa suspecta, prout docet Paul. de Castr. in dict. auth. & si contractus col. fin. versi. sed si nō est possibilis, quod dictum videtur esse notādum, quia esset vtile, vbi talis talis tibi contingeret.

m Cæterum, *m* quia de iure prodúcens * instru-
11 mentum, non cogitur aliàs dimittere originale eius authenticum, sed duntaxat copiam apud acta notari cum originali concordatam, secundum Paul. de Castr. in l. fin. C. de fide instrum. i. notab. Solemus in Roman. Cur. vbi iura fuerint producta, & legitimè recognita, citare partem ad videndum mandari illa restitui retenta copia cum originali concordata, si modò adhuc non sunt registrata, aliàs non dicimus retenta copia, sed simpliciter restitui iura registrata, & in termino similis citationis. Auditor mandat illa restitui, facta tamen obligatione, de illis iterato toties, quoties Auditor iubebit exhibendis, & exinde facta simili obligatione, & dimissa copia apud notarium collationata, si modò restituta adhuc non existant, vt suprà, recuperamus iura originalia, & quoad prædictam obligationem de iterata productione attinet, te in hoc vellem
n admonitum, *n* quòd ad istam iteratā productionem, non poteris de iure cogi, nisi aduersarius instans declaret illam velle ad effectum redarguendi iura de falso, & aliàs prout latè docet Pau. de Cast. in d. l. fin. 2. notab. c. de fide instru.

Quòd si quis iura, & scripturas non habebit, aliàs in promptu neq; habere speret à proprio notario rogato, sed per alium sint ex partibus à proprijs originalibus transumptanda, non solet

sacrum

sacrum Palatium fidem adhibere, nisi auctoritate sua,& vigore literarum compulsorialiũ transumptatio fiat, Rota decis. 688. in antiqu. Dic, quòd transumptum de compulsoria, quas literas ideò compulsorias vocamus, quòd per eas soleat auditor causæ vices suas subdelegare in partibus pro compellendis personis,penes quas scripturæ, iura, & monumenta ad causam facientia reperirentur,ad illa sibi exhibendum ad effectum illa transumptandi, qua ratione etiam ipsos exequutores similium literarum in partibus iudices compulsores pragmatici nuncupant.

Harum o literarum compulsorialium duæ* sunt species,Vna generalis est,quæ ideo generalis dicitur,quæ datur pro extrahendis omnibus, & singulis scripturis ad causam facientibus in genere, & istas solet Palatium absque alio speciali rescripto Papæ in quacunque iudicij parte etiam parte non citata, & ante partis primam citationem, vel etiam vnà cum ipsa prima citatione passim petentibus concedere,Rota decisio 47.in antiquis,Not.quòd compulsoria, de compulsorijs,& hoc quia similis compulsoria generalis, non habet aliquam dilationem annexam; quæ retardet processum, seu expeditionem causæ, & propterea non reputatur parti præiudicialis, Altera specialis, (quæ ideo sic vocatur, quia pro exhibenda certa speciali scriptura dari solet) non ita passim conceditur,sed parte legitimè citata,ac causa cognita,vtpote,si profutura sit producenti scriptura,pro qua extrahenda peteretur specialis hæc compulsoria. Item si adsit indicium,quòd scriptura,quæ desideratur

o 12

in rerum natura sit, vel aliàs tãtus detur fumus, qui satis sit ad diluendam omnem calumniæ suspicionẽ, vtpote, si de scriptura, quę desideratur exemplũ produceretur extraiudicialiter tm sumptatum, arg. no. per Cassa. dec. 3. de dilat.

Amplius, nõ consueuit etiam dari nisi ad hoc specialis commissio Papæ impetretur, quam exemplo remissoriæ nõ solet Signatura aliàs præcisè, sed iudicis arbitrio rescribere, ea (vt opinor) ratione, quòd vna cum compulsoria speciali soleat concedi certa dilatio ad illam exequendam in partibus, qua durante propter fumum de ea datum expectatur is, qui compulsoriam obtinuit, & iudicis officium saltim quoad
13 decisionem causæ conquiescit. Et* vbi pro habendis compulsorijs citatio partis fiat, si generalis petatur compulsoria sub hac formula fieri solet. Citetur. N. ad videndum decerni literas compulsoriales generales, ad Ciuitatẽ & diœcesim calaguritanas, & quia vbi per similes literas fit ad partes remissio alicuius negocij, admonendus est de iure aduersarius, vt ad locum destinati negocij accedat, vel procuratorem mittat, ad nota per Paul. de Castr. in l. iudices, numero sexto, in fin. versicu. item no. ex lege iudices, C. de fide instrument. addere solemus in citatione, necnon ad constituendum, si principalis sit, aliàs ad substituendum procuratorem, ad intereſſendum exequutioni literarum in loco, aliàs ad videndũ decerni in loco processum per affixionem ad valuas maioris Ecclesiæ loci.

Si verò specialis petetur compulsoria, addimus incitatione & ad concordandũ in loco & iudice, prout suprà titulo de terminorum obser-

uatione

uatione fusius diximus, de quibus si aduersarius cõcordet, benè est, sin autem dabitur iudex compulsor, vel petitus, vel alter iudicis officio, & licet suprà dixerimus, hanc specialem compulsoriam non dari, nisi auditori speciali rescripto Papæ detur hæc facultas, & ita passim omnes seruant, crederem nihilominus Auditorem posse similes compulsorias speciales hãc dilationem cum eis dari solitam, de aliorum tamen coauditorum suorum voto concedere. idque in vim extrauagantis. Inno. 6. de facultatibus Auditorum Rotæ, ex eo capite, vbi facultas concedendi nouam dilationem ad partes eis impartitur, & similis compulsoria specialis non est, nisi noua quædam dilatio, quæ litigatori datur ad habendam ex partibus aliquam specialem scripturam ad causam facientem; ideò dicimus, quod non solet dari nisi causa cognita, & plerunq; contingit rem in controuersiam ire, & locum aduocatis fieri, qui de iure certant, an concedenda, vel potius deneganda veniat. Et cùm quæstio sit de dilatione, in qua specie lex plurimum iudicis arbitrio tribuit, res ab ipsius iudicis arbitrio plurimum pendet, l. 2. vbi Bart. ff. de re iudic. glo. cap. præterea de dilatio. & in dubijs consueuerunt patres de dilatione inclinare, præsertim vbi calumniæ suspicio cesset. Qua de re inferius, vbi de remissoria nobis dicendum erit, plura differemus, quæ etiam in proposita specie tibi inseruire poterunt.

Generaliter * verò, vbi compulsoria generalis, vel specialis decreta sit; & velis in partibus illius exequutionem prosequi, Formula procedendi erit, vt is, qui pro exequutione instat, lite- 14

ras iudici compulsori corã notario, & testibus præsentes, & instet, vt velit ad ipsarum literarũ exequutionem procedere, & locum loci, vbi sedere ad hunc effectum velit scribam actuarium, & nuncium deputare, & committere nuncio, qui faciat diligentiam de reperiendis procuratoribus ex aduersò nominatis, si qui ex aduerso dati fuerint, quorum nomina solent notarij Rom. Cur. qui literas compulsoriales expediunt in calce ipsarum literarum adnotare, vt facilius in notitiam tam iudicis compulsoris, quàm partis exequentis transire possit, & hoc si procuratores dederit aduersarius, sin autem vel si dederit, non tamen reperiantur, instabis, vt similis diligentia committatur de reperiendis alijs procuratoribus aduersarij, si qui adessent, & illis non repertis poterit iudex compulsor domi aduersarium citare ad actus in articulo exequutionis dictarum literarum necessarios, si modò domicilium in loco habuerit, procedendo iuxta formam traditam in cap. si aduersus, de eo, qui mittitur in possessionem. Et si non habebit in eo loco domicilium, poterit citari per edictum, prout docet Rot. decis. 10. in not. Fuit dubitatum, de fide instrum. per totam. Vel si ab Auditore in ipso literarum decreto fuerit (vt moris est) decretus processus per affixionem ad valuas maioris ecclesiæ; vel alterius loci, iuxta formam in decreto literarum traditam procederetur, & altera via iuxta suos casus, vbi iudex compulsor prædicta omnia fecerit, curabis omnia aduersario tuo intimari, & de intimatione apud acta relationẽ fieri.

His omnibus intimatis nominabis apud acta perso-

personas compellendas, penes quas scripturæ reperiuntur, & monitorium obtinebis contra easdem personas, vt sub excommunicationis aliisque pœnis in literis compulsorialibus contentis, debeant infra triduum iura & monumenta, & alia (illa designando) coram dicto iudice compulsore apud acta notarij exhibere, ad effectum ex illis exemplum transumptandi, quibus exhibitis citabitur pars alio ex prædictis, quò magis licebit modis ad dicendum contra iura producta & repetita, & videndum iurare testes super illorum recognitione, & posteaquam recognita fuerint, ad videndum mandari extrahi iura per infrascriptum instantem specificanda ad primâ diem, qua adueniente induces testes, qui recognoscant iura producta, & specificabis, quæ extrahere intendes, & iudex mandabit exinde exemplum extrahi, quæ vbi extracta fuerint alia citatio fiet ad videndum mandari exempla, seu transsumpta ex ipsis originalibus extracta cum eisdem originalibus collationari & interessendum collationi fiendæ, si velit interesse, & super eisdem omnibus iudicis decretum ac authoritatem interponi, mandcriique includi omnia in rotulo, & clausa sigillo iudicis compulsoris obsignari, ac obsignatum ad Roman. Cur. destinari, ad primam diem, seu etiam per totam, quo citationis termino adueniente, iudex mandabit collationari, & collatio fiet, qua facta super omnibus eius decretum, & auctoritatem interponet, ac omnia in rotulo includi, & inclusa sigillo obsignari iubebit, & faciet, ac exinde rotulum sic clausum, & obsignatum cum literis eiusdem iudicis missiuis ad auditorem, qui hoc

hoc ſibi negocium ſubdelegauit, deſtinabit, & tranſmittet.

15 Nec * videatur tibi iuri diſſonum, quòd in partibus vtantur hac citandi facultate iſti iudices compulſores, qui meri ſunt exequutores, quoq; citandi facultatem de iure non habent, nec viderentur etiam poſſe illam habere ab Auditore compulſoriam decernente per not. in clem. auditor de reſcript. quia iſta quæſtio, fuit aliàs in Palatio diſputata, & collector erat contra facultatem, & nihilominus admiſit ſacrum Palatium, vt poſſent atque deberent in iurium extractione, & alijs in exequutione ſimilium literarum neceſſarijs partem vocare, aliàs nulla eſſet iurium tranſumptatio eorum auctoritate facta. Rota deciſione decima, in not. Fuit dubitatum, de fide inſtr. & atteſtatur collector rationibus ſuis non obſtantibus contrariam partem ſemper ſuo tempore fuiſſe in curia ſeruatam, limitat tamen iudicem compulſorem in ipſa iurium exemplatione, alijſque prædictis, non teneri partem vocare, ſi præſens fuerit, tametſi non citata, per nota. per Innocen. in cap. fin. de fide inſtrum. Amplius

16 * ſi pars non fuerit aliàs præſens, neque citata, non erit exemplatio omninò nulla, quia ſaltim contra eum, qui tranſumptari fecit, probabit, ad textum in l. chyrographis, ff. de adminiſt. tutor.

q q Item etiam contra quemlibet alium, quia ſimilia exempla, & tranſumpta produceret, ad textum, cùm materia in authent. ad hæc, C. de fide inſtrument. Sed conceſſa citatione pro neceſſaria, quam citabimus in ipſa iurium exemplatione, ſeu tranſumptione, non ſolùm vbi ſumus in exequutione compulſoriæ, verùm etiam in alijs caſi-

casibus; vbi quis aliquam scripturam ex proprio originali exemplari velit, etiam coram quouis ordinario, quà in re tu distinguas, aut scriptura pro cuius exemplatione instas, tangit certam personam, & illa nominatim citanda erit, ad textum in cap. cum P. tabellio, de fide instrument. aut non tangit certam personam, vtpote, si peteres exemplari priuilegium, vel aliud simile, tũc fiet citatio generalis per edictum, vt in cap. cùm inhibitio, de claude. dispo. nisi fortè exemplum peteretur ab eo, qui concessit, vtpote, priuilegium ab eodem Principe, & indulgentia ab eodem Pontifice, qui concessit. Tunc probaret exemplum sine aliqua partis citatione transumptatũ, & si non haberetur ab eodem scriba, qui originale recepit, & adnotauit, quia vtroque casu, siue ab eodem notario, siue ab eodem, qui concessit exemplum haberetur, etiam sine partis citatione, eidem non minus, quàm originali crederetur. Rota d. decis. 10. in no. in princ. & inferius in additione, de fide instrum.

ANNOTATIONES.

Quorum exemplo.) *Plurimum certè momenti habent, quæ accuratè fiunt, non enim vbique omnia, nec omnia omnibus temporibus decent. Hinc Sophocles in hanc sententiam loquebatur Electra, Idipsum scilicet tempus monet, maximus mortalibus ad opera conficienda cuncta magister.* Et teste Terentio. *In omni re videndum, ne quid nimis. Lente festinandum.* Idemque etiam testatum reliquit. *Quod istuc est sapere, non quod ante pedes modò est videre, sed etiam illa, quæ futura sunt, prospicere. Non immeritò Pythagoras docuit, Consultandum esse tardè, perficiendum autem celeriter.* Nico. Anto. Grauatius.

Non

b Non minus.) *Facit illud Imperatoris in l. aduoc. C. de aduoc. diuers. iud. militant namque causarum patro. Est namq; militiæ quædam species, ac veluti simulacrum, studium & professio literarum, bonarumque disciplinarum sed tum maximè aduocationis forensis munus. Nico. An. Grauatius.*

c Quod patres.) *Et meritò quidem, nam* in primis
16 *auditorio sola facti veritate inspecta proceditur. Bart. in l. Aemilius in fin. ff. de minor. & Gram. decis. 10. nu. 3.*

d Estque omnibus.) *Huc vergit, quod à Bald. traditum est, in l. vlt. C. de leg. atque Butr. in c. cùm Bertholdus de re-*
17 *iud. quorum testimonio Afflict. decis. 96. numer. 11 scriptum reliquit. Sententiam* sacri Regij consilij Neapo. in regno
pro lege haberi, confert etiam quod Imo. & Barb. scribunt
18 *in c. olim. 1. col. 11. de lit. contest. volentes opinionem* DD. *Rotæ, ob eorum auctoritatem pro communi opinione reputari. Nico. Anto. Grauatius.*

e Amplius quia.) *Adde Docto. in l. 1. §. editionem. ff. de*
19 *edend. vbi* instrumenta producens omnia, quæ in eis continentur, & aduersantia quoque approbare videtur. Quæ
re Abb. videas cons. 53. lib. 2. Alex. cons. 15. in causa & lite, libr. 5. Ias. in l. si cui, §. si à filio, nu. 16. de leg. 1. Gram. decis. 103. numero 30. & Felinus in cap. cùm venerabilis, in fin. quinta, de excep. latius differentem. Quod tamen sic intelligas, vt per Bald. in c. cùm venerabilis, colum. pen. de-
cum habere, quando ea, quæ in instrumento continentur affir-
positiuè narrata sunt, secus verò si enunciatiuè, aut assertiuè,
cui Ias. adstipulatur in l. contra iuris, §. si filius, numero de-
cimo tertio, cum sequent. ff. de pact. Verùm licet præmissa
contenta instrumento fateri videatur, attamen si illud re-
dargueretur nullum, super eo aduersarius nequaquam fa-
damentum facere valet, vt per Ias. latè post ceteros in l. Lu-
cem stipulatus, numero 52. ff. de verb. obliga. & si in hac
Bartol. secum pugnare videatur, vt eò loci Raph. Alexan.

Are. & Ias. animaduertunt. Limita tamen quod diximus, nisi plura capita siue articulos instrumentum haberet, namque vno approbato, non infertur, cætera etiam comprobata fuisse, veluti post alios, quos citat, Curt. Iun. docuit consi. 166 nu. 11. vbi hanc opinionem communem esse affirmat, & Bell. consi. 56. num. 12. Nicolaus Anto. Grauatius.

Cum protestatione.) Quantæ * sit efficaciæ in scripturarum productione, clausula illa, produco si in quantum pro me faciunt, & non aliter, apud Felin. est legere in c. imputari, de fide instru. vbi ait, quòd in his, quæ obesse possunt, iudex se fundare minimè potest, & est communis opinio, vt ipse ait, de qua Rip. quoque meminit in cap. cum M. F. nume. 39. de const. possunt * enim scripturæ pro parte acceptari, & pro parte improbari, vt latè Aymo. Cra. ostendit, de communi etiam opin. affirmans, in tract. de antiq. temp. in 1. par. in argu. de scriptura priuata nu. 68. & Bell. consi. 46. nu. 11. Et si nihil operari talem protestationem, quinimò instrumento in omnibus aduersus producentem standum esse, plures censuerint, vt Accurs. Bald. Salicet. Paul. Castrens. & alij nonnulli, quos Ias. recenset in l. 1. §. editiones, numero 18. ff. de eden. & in l. edita, numero 42. C. eo. attamen communis opi. in contrarium est, vt iam diximus. Cæterùm Aymo. eò loci trifariam communem sententiam limitat, vt ab eo perdiscere poteris, atque etiam Franc. Marco decis. Delph. 60. qui intelligit communem conclusionem in libro rationum locum sibi non vendicare. Verùm hac in re illud silentio prætermittendum minimè duxi, quòd * scripturas producens, siue testium depositiones, aduersario petente cogitur præcisè (reiecta illa clausula, si & in quantum) declarare, si scripturis testium, vel depositionibus pro veris vti velit, præsertim quando eas de falso redarguere intendit, vt per Felin. vtranque in partem latè differentem in capit. præsentium, de testib. & Aflict. decisione 189. per totam, vbi relatis opinionibus, simpliciter declarari oportere, remota dicta

Com. opi. f 20

Com. opi. 21

23

prote-

protestatione, concluditur, & huic opinioni innititur Fran. Marc. decis. Delph. 673. ad quam conferunt, quæ diximus in superiore lib. cap. pen. sub. lit. D. Nicol. Anton. Grauatius.

g Vbi etiam habes.) *Adde Cur. Iun. consi. 55. vbi* per*
23 *duos testes instrumentarios instrumentum reprobari ait, & hanc opinionem communibus suffragijs receptam esse affirmat, & vide etiam pulchrè per Boer. decis. 12. Franc. Marc. decis. 151. & 321. & iterum 486. & nedum per duos instrumentarios testes reprobatur, verùm etiam per duos non instrumentarios, vt Dec. comprobat, qui de communi opinione quoque asserit in c. tertio loco, numero 12. de probat. Qua de re Docto. videas in l. 1. §. si quis neget, ff. quemad. test. & per. Alex. consi. 70. & 74. libr. 1. Gram. decis. 60. nu. 4. & Ias. in l. duobus, §. item Pomponius, nume. 17. ff. de iureiur.*
24 *vbi* quando testes instrumentarij contradicunt, quod nec ipsi propter instrumentum, nec notarius prōpter ipsos puniri possunt, & hanc ad intentionem plura cumulat, eum legas. Nico. Anto. Grauatius.*

h Generaliter verò.) *Huc accedant, quæ proximioris libri capite diximus sub lit. A. & quæ Ias. post alios prodidit in l. properandum, §. sin autem reus, nu. 5. C. de iudic. vbi*
25 *ad hoc verissimum, quod dicitur,* instrumentum in iudicio aduersario non citato productum, nequaquam valere, tres assignat limitationes. Primam quidem ad effectum probandi instrumentum, viribus carere, secus verò ad finem simplicis productionis. Secundam, nisi instrumentum vltima die termini produceretur, tunc etenim valeret absque partis citatione. Tertiam, ni tale instrumentum ipso aduersario sciente in actis remaneret. Qua de re quia affatim infra cap. 2. sub lit. B. verba facturi sumus, hæc prælibasse sufficiat. Nicolaus Anto. Grauat.*

Nisi fuerint præsentes.) *Ex eod. fonte manant, quæ*
i *ab Alex. prodita sunt cons. 150. col. 7. lib. 5. & consi. 80. vbi processu, lib. 4. & Ias. consi. 184. in fin. libr. 2. & abundè Gram.*

Gram. decis. 84. per totam, vbi per plura hanc comprobat sententiam, quod * testes super scripturæ recognitione pro- 26
ducti, non aliter probant, nisi præsentes fuisse, dum ea scriberetur perhiberent, quod & iterum Gram. ipse adnotauit decis. 103. nu. 14. & decis. 106. num. 33. & 34. nec mirum videri debet, si in recognoscendo chyrographo, testibus affirmantibus notam Titij puta, habere manum, eiusque literas, figuras, siue notas, non credatur, nisi vidisse eum scribere affirment: quoniam ob literarum similitudinem perfacilè decipi possunt, vt à Barto. docemur, in authen. etsi contractus, C. de fid. instru. atque Felin. in c. 2. de fid. instru. Præterea scribendi forma multis ex causis quotidie mutatur, vt in auth. de fide instru. in prin. aliter enim quis in iuuentute scribet, quã in adolescentia, aliter posteà cum senio confectus erit, aliter sanus, quàm cum morbo laboret, aut conualescere incipiat: aut si manus aliquo ex opere (vt contingere solet) prius defatigata fuisset, quinimò plerosque diuersis scribentes calamis; diuersas exarantes literas cernimus. Insuper quia scripturæ literæ, siue notæ, haud dubiè adulterari queunt, veluti sæpissimè nonnullos ita alterius scriptionem imitari videmus, vt ab oculatissimis etiam viris dignosci minimè queat, & huic sententiæ consultus Bertran. s. subscripsit, consi. 140. Locatio lib. 2. quam etiam Affl. amplexus est, decis. 181. post Aretin. consi. 64. & alios, quos citat. Nico. Anto. Graua.

Quorum sigillum.) Accedant ad hoc notata in c. 2. k
de fid. instru. quæque Alex. congerit in l. pacta nouissima, & ibi Ias. num. 16. C. de pact. & hanc ad rem, videas Feli. tres sall. tradentem in c. post cessionem in 2. conclu. de probat. & Fran. Mar. qui abundè scribit, decis. 190. & in nonnullis sequen. Nicolaus Anton. Grauat.

Quæ quando.) Adde Afflict. decis. 181. num. 7. vbi * l
quòd sola literarum comparatio nequaquam plenè probat. 27
intelligas tamẽ in scriptura priuata, secus in libro rationum, aut epistola: tunc enim comparatio plenam faceret fidem, &

ita communiter seruari Alberi. testatur in l. comparationes C. de fide instrum. cui Gram. adstipulatur in decis. 34. nu. 5. vbi quoque voluit, iudicem posse quempiam ad respondendum compellere, vtrum scriptura manu ipsius, vel ne scripta, aut notata fuerit. Quam quidem comparationis litteram materiam cumulatissimè Docto. tractant in dict. l. comparationes, & in l. scripturas. C. qui pot. in pig. hab. & in l. alienandi, vbi Ias. affatim rem explicat, nu. 85. cum seq. in posteriore lect. ff. de iureiur. necnon & Aymo. Crau. in tract. de antiq. temp. 1. par. Sectione quæritur etiam, fol. 45. Nicolaus Antonius Grauat.

m Cæterùm.) Et est ratio, ne fortè originalis scriptura omitteretur, verùm illius, exemplum penes acta curiæ remanere debet. Maran. in praxi. par. 6. nu. 10. actu, nu. 3.

n 28 Quod ad istam.) Huius rei rationem ex Bald. sententia elicere possumus, in l. vlt. in 5. quæst. C. de edic. diu. tol. quia * instrumenti exemplum absque exemplare, siue (vt appellant) originale fidem facit, quod quidem cum temperamento, (vt statim dicemus) intelligendum erit, & traditur per Specu. tit. de instru. edi. §. nunc dicemus, verùm illud autem scias, Accur. Bar. & communiter alios in auth. si quis in aliquo, C. de eden. & per eundem Bart. in l. chirographis, ff. de adminis. tu. Nico. Anto. Grauat.

o Harum literarum.) Huc spectant, quæ suprà primo libro, c. 8. & 9. auctor adnotauit.

p 29 Alias nulla.) Exemplum * siue copia (vt vulgò dicitur) cùm conficitur aut exscribitur, adesse aduersarium, aut citatum fuisse oportet: aliter nulla exemplo fides adhibetur. Auth. si quis in aliquo, vbi interpretes, C. de eden. Alex. cons. 6. col. vlt. lib. 4. & Guido Pap. decis. 471. Verùm exemplum auctoritate iudicis recognitum probat. Doct. in c. vlt. de fide instrum. & in dict. Auth. si quis in aliquo, vbi eruditissimus Præceptor meus D. Ioan. Bologn. num. 19. hanc communi suffragijs receptam esse opinionem asseuerat, apud quem non pauca

paucas videbis fallentias, (quas nostri vocant) quod exemplum probat, quando illud ab eodemmet notario exscriptum, recognitum ve fuit, qui exemplar scripsit, ita Bart. in d. auth. si quis in aliquo, cuius opinio vsu recepta est, & communis etiam, teste Iasone, eò loci, numero 3. Nicolaus Antonius Granatius. Com. opi. Com. opi.

Item etiam.) Iaſ. legas multa cumulaxtem in l. 1. §. æditiones, num. 11. cum seq. ff. de eden. & in l. 1. nu. 8. ff. quod quisque iur. pleraque etiam in medium exempla afferentem eorum qui * inualido vtuntur instrumento, aliquóue scripto, vtputa si tabellio tunc monachus fecisset, nam ab eo instrumentum non valeret, per c. sicut. ne cler. vel mon. si tamen ipsi dicti inualidi instrumenti vigore obtinuissent, non vtiq; deinde in alia ipsius monachi instrumenta opponere possent, sic & qui in munere gerendo quempiam approbauêre, neutiquam postea illum improbare valent, multaque & alia in dictis locis exempla subnectit Iaſ. apud quem legere poteris. Nico. Anto. Granatius. 9 30

De testibus, & eorum inductione, iuramento, atque examine in Romana Curia.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 Testes citari debent, aliàs nulla esset eorum receptio fallit tamen, & nu. 25.
2 Mors quomodo probanda.
3 Testes aliquando lite non contestata produci possunt, veluti si de morte aut absentia dubitetur.
4 Testes affuturi possunt recipi appellatione pendente, & sic isto casu innouare licet.
5 Testes quando producuntur, debet aduersarius citari

tari ad ipsorum iuramenta videndum, & num. 28. & 29 fallit tamen.

6 Testes debent iurare etiam si cardinalatus honore prafulgeant, aliàs minimè probant, & nu. 31.

7 Clerici quomodo iusiurandum prastare debeant, & num. 41.

8 Iuramentum testi expressè remitti potest à partibus fallit tamen, & nu. 42,

9 Testes super tota caussa recipi, atque iurare, vide est.

10 Testes extra articulos deponere, quomodo intelligatur.

11 Notarius absque iudice vel eius mandato, iuramentum testi deferre non potest, & num. 45.

12 Testium iuramentum & examen iudex committit notario caussa, & nu. 52,

13 Testis examinatio committi extra iudicium potest.

14 Notarius, cui commissum est testium examen, si potest cognoscere, an articuli, vel testes sint admittendi, vel ne.

15 Testes parte prasente iurare debent.

16 Testes si extra diem & locum, ad quos pars adversa citata fuit, iurent, eorum receptio nequaquam valet, & nu 20 & 53.

17 Interrogatoria dari possunt.

18 Testium nomina edenda sunt, & quare.

19 Articulos, & contenta in eis esse vera, articulans iurare debet.

21 Iuramentum testibus an super euangelijs prastandum sit, & nu. 57.

22 Te-

22 Testis vltrò se offerre non debet.
23 Protestatio generalis contra personas testiũ quid operetur.
24 Exceptio inhabilitatis opposita contra productũ testem, an impediat ipsius examen.
25 Testes se ingerentes, suspicione falsi non carent.
26 Testes cogi possunt ad testimonium perhibendũ.
27 Testes tenetur ad omnia damna quando noluerunt venire ad deponendum.
29 Testes examinati parte non citata, non probant, nec faciunt indicium, fall. tamen.
30 Citatio partis in quibus casibus non est necessaria.
31 Sententia noctu tempore an fieri possit.
32 Testes quomodo ad futuram rei memoriam examinentur.
33 Testes affuturi tria iuramenta præstare debent.
35 Sententia non valet illius, cuius conscientia aliquid fuit commissum, si primò non iurauit, quòd ita eius conscientia dictat.
36 Testes debent iurare antequam deponerent, & quid si postea iramentum præstitere.
37 Iuramentum, an sit de forma, vel substantia testimonij.
38 Pontifex non potest dispensare, quòd testis in perhibendo testimonio, non debeat iurare.
39 Iuramentum calumniæ est de iure diuino.
40 Testis non iuratus, an saltem præsumptionem faciat.
43 Iuramentum relaxari potest à parte parti.
44 Testes debent iurare, veritatem dicere pro vtraque parte.

46 Obligatio penes acta curiæ absente iudice, à notario recepta, non valet.

47 Testes non debent regulariter examinari extra locum iudicij, & num. 52 fall. tamen.

48 Notario non creditur de commißione sibi facta, & per ipsum scripta.

49 Testes, si coram notario tantum, falsum deposuerint, pœna falsi nequaquam puniuntur.

50 Confeßio facta coram solo notario plenè non probat.

53 Sententia proferenda est die, & hora, ad quam pars citata fuit, aliàs est nulla.

54 Dilatio ad dandum interrogatoria non datur, nisi petenti.

55 Interrogatoriorum copia non datur.

56 Testes non interrogati super interrogatorijs possunt repeti & interrogari etiam facta publicatione in caussa. Similiter si aliquis articulus fuit omissus, super quo testes non fuerunt examinati.

8 Iuramentum testibus an poßit dari super cruce.

59 Testes iurati in termino possunt post terminum examinari, fall. tamen.

60 Terminus ad probandum, & probatum habendum vim conclusionis habet, & quid referat iste terminus, & nu. 61.

61 Exceptio inimicitiæ capitalis, consanguinitatis, domesticitatis, aut notarij criminis opposita contra testes examinandos, repellit eos ab examine, si in continenti probari offeratur.

62 Testes cùm producuntur, protestari contra eos debemus, & ante publicationem, ad hoc, vt repulsa

pulsa concedi posſit, aliàs non concederetur, fall. tamen.

VErum * si testium depositionibus instruenda sit cauſſa, a & testes sint præsentes in curia. induces eos b parte, vel præsente, vel citata, aliàs nulla esset eorum receptio, ad tex. in l. si quando, iuncta glo. C. de testib. & in c. 2. extra eod. & not. per omnes vtrobique, & per Lanfranc. in c. quoniam contra verbo testes, colum. 4. de probatio. Quod tamen intellige de vnica citatione tantum, non de trina, quæ fieri solet, vbi peremptorium desideratur, communis conclusio est, vt in receptione testium non sit necessaria citatio peremptoria, tametsi non defuerint, qui contrariam sententiam sequuti fuere, prout latissimè docet Felin. qui omnes refert in capit. in nomine, columna 6. numero 21. cum sequen. versicu. extra quæro. Quod quidem perpetuum non est, finge, quòd de absentia, vel obitu alicuius docendum esset, vtpote aduersarij principalis vel procuratoris, solemus enim de hiisce, vtpote de alijs notarijs docere per testes extraiudicialiter inductos. Quæ practica à iure communi non abhorret, prout de absentia habes apud Felinum in d. c. in nomine, columna quarta, numero 13. ver. 6. limita, & de obitu, per Abb. & post ipsum per Felin. in cap. quoniam frequenter, in fin colum. fin. numer. 24. versicu. vltimo, dum tangit Abb. de modo probandi mortem, extra vt lit. non contesta. & de alijs notarijs habes etiam apud eundem Felin. qui alios refert in dicto cap. in nomine. colum. 3. nu. 7. versi. modo aduerte, in quibus iudex potest se extraiudicialiter infor-

1
a
b

informare, vt pote de fama & alijs similibus ad not. per Innoc. in cap. 1. de postula. præla. & inc. bone el primo in verbo testes de electio. per Archid. in cap. eorum, 12. quæst. 3. Butr. in cap. finale
c consuetu. c Quod * ego limitarem, vt non proce-
2 deret, vbi ista informatio veniret capienda in inquisitione criminali, qua ageretur de vita hominis, tunc enim vbi quis contra reum vellet probare mortem alicuius, ad arguendum ipsum de crimine, esset liquidò, & parte citata probanda. Feli. in d.c. quoniam frequenter, col. fi. num. 14. ver. vltimo, ibi in rebus tamen maximis. Bald. in §. iniuria, punitur de pace iura. firman. colum. 4.
d nume. 14. ver. in ista materia quæritur. d Item limitarem, vt procederet ad effectum receptionis tantùm, non autem, vt ex eis iudicari, & ad diffinitiuam sententiam procedi possit, nisi pars ad audiendum sententiam legitimè citaretur ad not. per Baldum in l. cùm fratrem, col. 3. num. 8. ver. in contrarium ibi, & ita firmiter tenendo. C. de his quibus vt indig. Ludo. Roma. sing. 761. incip. communis conclusio.

e Rursus, e finge, quòd * si pars citaretur, effet
3 timor mortis, vel diuturnę absentiæ testium, vel aliàs amissionis facultatis probandi. His enim casibus aduersus iuris regulas recipi poterunt testes lite non contestata, ac parte non vocata, idque ea ratione, ne interim veritas, seu probatio pereat, prout notant communiter Doctores in cap. quoniam frequenter extra vt lite non contest. Felin. præsertim colum. quinta, numero quarto, versic. Et vt intelligas, quod nobis Romæ sæpissimè contingit in testibus affuturis, quos plerunque in Rom. Cur. repertos etiam, vbi

vbi commissionem causſæ præſentari fecimus, antequam citatio in partib exequatur tanquam affuturos inducimus, atq; examinari facimus & curamus, qua in re tu animaduertas, quòd si teſtes poſtmodum tempore comparitionis partis & litis conteſtandæ ſuperuenirent, euaneſceret eorum receptio, nec amplius ſatis eſſent ad probationem, ſed duntaxat fumum facerent, vtpote ad habendam remiſſoriam ad partes, vbi teſtes reperirentur, pro illorum repetitione, Rota deciſ.109. in antiquis. Nota, quòd cauſſa pendente de teſtibus affuturis, ſequitur, Roma. in l. ſi verò, §. de viro. 54. fallen. ſolu. matrimo. ſequitur Felinus in dicto cap quoniam frequẽ er colum. 5. num. 4. ver. Adde etiam aliud ſpeciale, ibi ſi tamen ſuperuenirent, & quòd de futura abſentia teſtiũ ſuprà diximus, intelligas, quod abſentia ſit futura talis, quòd ſi pars citaretur, ac lis conteſtaretur, vbi neceſſaria eſt, teſtis commodè haberi non poſſet, ad nota. per Abb. in dict. c. quoniam frequenter, quæſt. 1. & per Felin. ibidem d. col. 5. ver. circa 1. q. Abbatis, in qua ſpecie ſeruatũ eſt, quòd teſtes receſſuri ad Ciuitatem Ananiæ, iurantes ſe receſſuros, & non breui reuerſuros recipi poſſint tanquam affuturi. Aegid. conclu. 616. incip. etiam teſtes, de teſtibus. Dixi autem iurantes, quia ne fieret fraus, & teſtes inducerentur tanquã affuturi, cùm tamen affuturi non eſſent, *f* Inoleuit mos in palatio, vt à ſimilibus, qui vt affuturi inducuntur, duplex iuramẽtum exigatur, vnum de futura abſentia, aliud verò, de veritate dicenda, prout atteſtatur Felin. in dict. cap. quoniam frequenter, colum. 4. allegat Rotam deciſ. 292. in antiq. *f*

g 4 Adeoque g huic periculo *amissionis probationis propter futuram diuturnam absentiam testium, solet Palatium occurrere, vt eadem ratione permittat etiam iudicem, à quo appellatum fuisset à grauamine, tametsi nihil debeat pendente appellatione attentare seu innouare, cap. non solùm, de appellat. in vi. similes testes valide posse recipere, prout attestatur Felin. in dict. cap. quoniam frequenter, colum. 2. vers. & vt intelligas, vt lite non contest. allegat. decis. Rotæ, 2. de testibus in antiq. nec censeretur propterea is, qui testes induceret appellationi renunciare, Rota decis. 385. in antiqu. nota verum de appell. Amplius permittit etiam, vt similes testes per iudicem, ad quem appellatum esset a grauamine, validè recipi posse etiam non cognito de grauamine, ne interim probatio pereat, Rota decis. 59. in antiq. Nota, quòd vbi est appellatum, de testibus affuturis, & non solùm per iudicem, ad quem, sed etiam per ordinarium in partibus, lite pendente in curia validè recipi potuerunt, Rota decisio. 109. in antiquis. Nota, quòd causa pendente, de testibus affuturis, prout recipperentur, quoque circa petitorium, vbi etiam ab altera parte suspensum fuisset, & de possessorio tantum disputeretur, argumento Rotæ decisio. 344. in nota. Si suspenso petitorio de causa possess. & proprietà. Et pleraque etiam alia in testibus affuturis aduersus iuris regulas constituta & seruata sunt, quæ legere poteris apud Doctores in dict. cap. quoniã frequenter vt lite contest. & apud Collectores decisionum sacri palatij in pluribus alijs locis, & inter alia solet Palatium, vbi similes testes inducantur, dilationes solitas,

solitas, vtpote, ad dandum interrogatoria, (quæ de stylo solet semper esse alterius diei post diẽ termini seruati, ad videndum iurare testes) breuiores concedere, & loco diei certas duntaxat horas dare, plures vel pauciores quantum articulatæ materiæ quantitas & qualitas expostulare sibi videtur, quam tamen dilationem solent practici exaduersò, post exceptiones in genere, vel in specie datas verbo inscriptis tam contra materias articulatas, quàm contrà personas testium, certis protestationibus longiorem facere in fine dilationis sibi datæ, de re aliqua protestantes, vtpote testes non recipi, nisi specificatis exaduersò materijs medio iuramento. Item nisi intimata sibi hora, qua aduersarius intendit testes examinare, quia vult ipsos videre in facie & cognoscere. Item nisi cõcordato de interprete, & etiam complures aliàs sibi cogitant protestationes, & plerunque ad effectum differendi tantùm, quas semper ægrè tuli, nisi quantum vrgente necessitate fiant, augent enim actorum cõgeriem & clientis tui impensam, proximum offendunt, & causſæ tuæ parum, vel potius nihil prosunt.

Quas vt euitemus protestationes, solet is, * qui articulos exhibet, & testes inducit, aduersarium suum hac citationis formula, quæ longo Rom. Cu. vsu comperta est, citare, videlicet Citetur. N. ad dicendum contra articulos facto datos, videndum illos admitti & iurare testes tam super articulis, quã tota causſa, & si affuturi sint, addi solet, etiam super eorum affuturatione, & committi notario receptionem iuramentorum egregiarum & impeditarum personarum ad pri

§

mam

mam diem, & postquam commissum fuerit, ad videndum illos iurare in eorum vel notarij domibus, & ad dandum interrogatoria, si quæ dare vult, & intendit per totam illam & sequentem dies, & nihilominus intimetur eidem quoliter materiæ sunt specificatæ medio iuramento, & testes post modum examinabuntur singulis diebus & horis, instante, &c. Dicimus autem AD DICENDVM CONTRA ARTICVLOS FACTO DATOS, ET VIDENDVM ILLOS ADMITTI, rationibus de quibus suprà titulo de articulorum admissione loquuti fuimus. Tantùm abest scias, quòd ideò semper præcedenti citatione partis, adiecta est dilatio ad primam, quia vulgatum est pragmaticorum axioma, quòd omnis terminus potest eadem die seruari, præterquam terminus ad dicendum cõtra, qui semper seruatur ad primam ea (vt opinor) ratione, quòd is, qui citatur ad dicendum contrà, indigeat copia productæ scripturæ, antequam excipiat, quam vna atque eadẽ die habere, legere & pensitare verisimiliter non potest, præsertim, quia ferè omnes pragmatici Rom. Cu. causas cum consilio alicuius famigerati procuratoris agunt, vel defendunt, & nisi nox dilationem interponeret, non possent nos super exaduerso productis consulere.

Item *b* dicimus.* ET AD VIDENDVM IVRARE TESTES, quoniam testes sine iuramento non probant tex. in l. iurisiurandi, C. de testibus, & in c. de testibus, extra eod. Bald. in l. militis, C. de militari test. Feli. in cap. tuis quæstionibus in principio primo notab, etiam de testi. Estque hoc intantum verum, vt procedat etiam

tiam in cauſſa, quantumuis ſummaria, Imo. in clem. ſæpè, col. 36. de verb. ſigni. vtque teſtium numerus non ſuppleret hunc defectum. Dominicus in cap. multis, 44. diſtinctio. Minusque eorum qualitas quantumcunque grauis, *i* etiam i
ſi Cardinalatus honore præfulgerent, gloſſ. in c. cùm olim verbo quorundam & Abb. ibidem de priuileg. in quibus * Cardinalibus, Epiſcopis & 9
alijs perſonis in ſacris conſtitutis, hoc tantùm comperio, exemptionem ſcilicet non à munere iurisiurandi, ſed ab eius modo, *k* vt non aliàs teneatur iurare tactis ſacroſanctis ſcripturis, ſed k
illis propoſitis, text. in authen. ſed iudex, C. de epiſcop. & cleri. & in cap. fin. extra de iuramen. calum. & vtrobique notatur, à quibus conſuetudo etiam expoſtulat, veluti ab alijs manum ſuper ſacroſanctas ſcripturas ab ipſis ſuper pectus emiſſam deſideramus, ſola enim manus emiſſio ipſius iurisiurandi ſignum eſt, prout etiam hodiè ſeruamus, vbi quid volumus in fide noſtra, quæ in Ieſu Chriſto eſt, promittere, quæ cautionis formula, manu, vt præmittitur, emiſſa, videtur etiam apud antiquiores in vſu fuiſſe, quia de ea meminit Modeſtinus in l. quidam, ff. de proba. Admoneo tamen perpetuum non eſſe, vt teſtis ſine iureiurando non probet. Finge, quòd ſtatutum teſtes à iuramento diſpenſaret dictans teſtem non iuratum probare, ſeruandum eſſet, Roman. conſil. 90. Viſo puncto Felin. in cap. tuis, extra de teſtibus column. 2. numerò 2. verſicu. ex eodem habes vnum caſum, *l* Rurſus finge, * quod litigatores fortè de teſtis integritate confiſi eſſent iuſiurandum remitterent, ſtaretur enim eius depoſitioni, tametſi abſque iuramento fa-

to factæ, quod ipsorum litigatorum fauore tantùm lex desiderat, gloss. in dicta l. iurisiurandi, C. de testibus, in l. 2. §. sed quia veremur, C. de iuram. calumn. & in l. 1. ff. de ferijs, Felin. in dict. c. tuis colum. 2. numero 1. versicu. ex eodem tex. habes, quòd iuramentum testis extra, de testi. & cùm iuramentum fauorem vtriusque partis respiciat, prædicta intelligas non de alterius, sed vtriusque partis remissione, Ioan. Andr. Card. Abb. & Felin. ibi column. 2. versicul. in text. ibi remittatur. Amplius quoque de remissione expressa, satis enim non esset tacita, vtpote partibus non opponentibus. Hostiensis & communiter alij in cap. nuper, extra de testibus, Felin. in d. cap. tuis col. 3. num. 2. versicul. sed vltra Doctores, imò etiam expressa non sufficeret, nisi in caussis, quæ à mera partium voluntate pendent. Secus in alijs, vtpote, vbi de validitate matrimonij, de beneficio ecclesiastico, aliáue re spirituali ageretur, Card. & Abb. in d. c. tuis, sequitur Felin. ibidem column. 3. numer. 3. versicu. in eadem gloss. ibi ne colluderent.

9 Dicimus* quoque TAM SVPER ARTICVLIS, QVAM TOTA CAVSA, non quia aliqua necessitas ad hoc impellat, vtpote, quòd iudex non teneretur aliàs testes recipere,
m *m* nisi etiam super tota caussa iurarent, prout videtur voluisse Innoc. in cap. per tuas de testibus, quia verior est contraria sententia Bald. in d. c. per tuas, quam etiam sequitur Felin. ibidem, colum. 3. num. 4. versic. Item in quantum dicit Innoc. Quorum sententia fuit, hoc non esse necessarium, sed totum pendere à producentis voluntate, cui posse quandoque hoc vtile esse, vt

pote,

pote, si testis aliquid sciret extra articulos, n quo casu, si super articulis tantùm iurasset, non posset extra illos interrogari, & si interrogaretur, non probaret eius depositio, quasi facta in hoc fine iuramento gloss. in l. si quis, §. fin. in verbo admittatur, ff. de petitio. hæredita. in l. si legatum in vltim. colum. ff. de falsis. & in l. 1. §. diuus l. vltim. ff. de quæstio. & in l. si duo, §. idem Iulianus, ad finem, vbi etiam Alexand. colum. 2. vers. pro cuius declaratione, Felin. in cap. de testibus colum. 1. numer. 2. versic. gloss. 1. ibi non iurauerunt super hoc extra de testibus. In qua * specie illud dicimus esse extra articulos, quod non pertinet ad illos, vel saltim non tendit ad declarationem facti in eis articulari Bartol. & Alexan. ibidem columna 3. in fine, vbi etiam Iason. Admoneo tamen, quòd nisi producens testes expresè inducat illos super articulis, testis simpliciter inductus & iurans etiamsi tunc darentur aliqui articuli, censetur iurasse super tota causa, quòd vbi testis aliquid extra articulos dixisset, vtilitatem & honorem tibi afferret, Imola, & Abb. in dict. cap. de testibus, vbi etiam Felin. qui hoc dictum commendat column. penult. numer. 13. versicul. 2. noto, extra de testibus.

Insuper o dicimus etiam AD VIDENDVM COMMITTI RECEPTIONEM IVRAMENTORVM EGREGIARVM ET IMPEDITARVM PERSONARVM, alia ratione, quia * notarius non potest iuramentum testi deferre sine iudice, vel eius mandato Bart. in l. videamus, §. differre, ff. de in litem iurando, Butr. & Abba. in dict. c. tuis, vbi etim Felin.

col.

col. fin. num. 8. versic. Item in quantum prædicti dicunt, quòd notarius sine iudice, estque hoc in tantum verum, vt sola Iudicis præsentia, & patientia non sufficeret, prout aduersus Butrig. tentiam in d. c. tuis, firmat Bart. in d. l. videamus §. differre, & ratio videtur esse in promptu, quia in deferendo testi iusiurandum Iudicis auctoritas desideratur, per supradicta, & qui habet authorizare, satis aliàs non facit, si sit præsens & taceat, l. 4. & ibi Bart. ff. de auct. tuto per quem tex. infert generaliter Bart. in l. quæ dotis, in vltim. colum. ff. solut. matr. quòd scientia & patientia illius, ad quem actus cura & sollicitudine tantùm, per iudicium verò ad alium spectat, non iuducit consensum, sequitur Felin. in d. cap. tuis colum. fi. num. 8. vsque ad finem. Quamobrem licet aliàs Bald. in l. qui testium extra de testibus, tradit pro regula, quòd etiam in causa ciuili testes recipi debeant per iudicem, & non per alium, & dicit de hoc esse duas gloss. vnam in l. hac consultissima, §. fin. verbo depositiones, C. qui testa. facere poss. Alteram in l. iubemus l. prima, C. de lib. cau. & adsit ad hoc tex. secundum vnum intellectum glo. ibi in l. solam, C. de testibus nihilominus quicquid ius commune in hoc dictet, hodie * propter multiplicitatem negociorum consuetudo admittit, vt iudex possit testium iuramentum ac examen notario causæ actuario committere, prout attestatur Bal. in d. l. hac consultissima, §. fi. C. qui test. fac. pos. & Sal. in auth. apud eloquentissimum, C. de fide instru. & hoc vbi iusta subsit causa faciendi similé cõmissionem notario Imol. in l. si quis ex signatoribus, ff. quemadmodum testa. ape. Bald. & Ang. in l. iu-

in l. iudices, C. de fide instr. Fel. in c. cũ causſam, extra de testibus. Quæ consuetudo, (vt ego opinor) à iuris dispositione non abhorret, vt vbi iusta causſa subsit, iudex mandet per notarjum suum recipi à teste iuramentum & examen, & videtur esse casus in clemen. 1. de offic. deleg secundum Angel. in l. iudices, C. de fide instr. & in c. 2. de iudi. in 6. secundum Fel. in d. c. cùm, causſam, col. pen. num. 30. versicu. Nihilominus q ista fallentia, quia in Rom. Cur. causſa multiplicitatis negociorũ plurimùm viget, solent iudices passim notarijs receptionem tam iuramenti, quàm examinis testium committere, parte tamen, quoad commissionem examinis non aliàs citata, & hoc, quia* examinatio testis est, quid facti, quod potest committi, & fieri extra iudicium, Rota decis. 588. in antiq. Nota, si in remissione de probatio. & pro causſa solemus absque aliqua eius verificatione exprimere personas inducendas esse egregias, vel impeditas, & aliàs, quæ ad iudicis præsentiam commodè adduci non possunt, vel præscripta citationis pars ostendit, & melius videbis, si solitam huius actus extensionem notariorum, vel in aliquo regesto, vel in ipsorum notariorum, seu terminorum Rotæ formulario videbis, quæ est sub rubrica de receptione iuramentorum car. 73. ex qua etiam extensione illud intelliges, quòd & si citatio sit ad videndum committi notario receptionem iuramentorum tantùm, nihilominus sub ista citatione sacrum Palatium non solùm committit notario receptionem iuramenti, sed etiam examen ipsius testis, & commissio hæc fieri solet notario, & nudo ministro, ita, quod* ipse nõ habet

discutere, an articuli, vel testes sint admittendi, nec ne, sed hac discussione à iudice facta, notarius veluti nudus minister iuramentum defert testi, ac eius depositionem recipit, Abb. in c. quoniam contra, col. 18. sequitur Felin. in d. c. cùm causam, col. pen. nu. 30. versic. nihilominus ista fallentia, ibi, & vnum circa hoc dixit dominus Abb. de testibus & in c. causam, col. 1. nu. 1. ver. in tex. ibi nuncio de testibus cogen.

Amplius dicimus & postquam commissa fuerit, ADVIDENDVM IVRARE IN EORVM VEL NOTARII DOMIBVS, PRO TALI DIE, quoniam testes * debent iurare parte præsente, Ioan. Andr. in additio. ad Specu. in titu. de teste, §. sequitur, versicu. & nota, vbi requirit præsentiam iudicis notarij & partis, sequuntur Butr. & Abb. in cap. fraternitatis, ad fin. de testibus vel citata pro certis die & loco Salicet. in l. generaliter, §. ijsdem, C. de rebus creditis. f & si * testis extra diem & locum, ad quos diuersa pars citata fuit iuraret, non valeret eorum receptio, Felinus in capit. in nomine. columna final. numero 37. versicul. vltimo scias, extra de test. Rota decisio. 167. in vltimis, item Rota decisione 172. in not. si testes citati de dilatione & de ferijs. Docet tamen collector cautelam, vt is, qui testes inducere intendit, si aduenientè hora citationis deprehendat aduersarium coram Iudice, nec aliàs habeat testes ad manus, & illos tunc producere non valeat, petat à Iudice parte præsente citationem transferri ad diem sequentem: & sic sequenti etiam die poterunt testes iurare ad nota. per omnes in capit. consueuit de offic. delega.

Addi-

Addimus quoque. t ET AD DANDVM t
INTERROGATORIA PER TOTAM
ILLAM ET SEQVENTEM DIES. Nam
*quicquid ius in hoc dictet, generalis inoleuit 17
consuetudo, quæ etiam in Roma. Cur. vsu recepta est, vt ei, contra quem articuli dantur & testes inducuntur, dilatio detur ad dandum interrogatoria, quam generalem consuetudinem attestatur gloss. in cap. 2. verbo interrogatoria, de testi. in 6. & vbi dentur à diuersa parte interroganti sunt secundum ea, tex. in cap. 2. §. testes etiam de testibus in vi. & qualiter hæc interrogatoria fiant, suprà suo loco docuimus. Imò * non 18
solùm ad hoc dari solet dilatio parti, sed etiam edenda sunt sibi testium nomina Bal. in cap. per tuas, extra de testibus allegat gloss. in l. 1. §. editiones, ff. de edēdo, sequitur Felin. in dict. capit. tuas, colum. tertia, numero tertio, versicu. item in quantum dicit Innoc. ibid. & adde secundum Bald. & ratio est, quia interrogatoria fieri solent secundum circumstantias causſæ, ac personarum inductarum, quas circumstantias personarum inductarum non potest diuersa pars considerare, nisi sibi edantur ipsarum personarum nomina, quam rationem refert glo. in dict. cap. 2. in verbo interrogatoria, de testibus, in 6. Qua ratione crediderim dilationem datam ad dandum interrogatoria non currere, nisi à tempore, quo edita fuerint testium nomina, tanquam necessaria ad confectionem ipsorum interrogatorum per supradicta.

Amplius * intimatur quoque aduersario, 16
QVALITER u MATERIAE SVNT u
SPECIFICATAE MEDIO IVRA-

MENTO, quia parte petente tenetur producens specificare materias datas medio iuramento, quo asserimus nos credere materias, quas dedimus, esse veras, prout suprà titulo de articul fusius diximus. Crediderim tamen, vbi materia darentur post iuramentum de calumnia præstitum, postque eius terminum seruatum, non teneri producentem aliàs specificare materias medio iuramento, quia specificatio hæc, species est iuramenti de calumnia. Et vbi semel præstitum sit, extenditur ad totam instantiam, in qua præstitum fuisset, & nulla ratio suadet, vt toties reiterentur, nisi fortè præstitum fuisset à procuratore, & in hoc exigeretur à principali, propter vtilitates, quas suprà titu. de articulis enarrauimus, vel nisi fortè præcessisset iuramẽtum principalis, & nunc exigeretùr à procuratore, x qui ex obseruantia sacri Palatij tenetur etiam in animam propriam iurare etiam, vbi principalis iurasset Rota decis. 37. in no. Quidam procurator, de iuram. calum. numero 1. ibi. Nam licet principalis iurasset. Quæ consuetudo est approbata in cap. 2. de iuram. calum. libro 6. Et ratio est in promptu, quia posset ipse calumniare, sicut dominus, quem refert Collector ibidem & sequitur inferius decis. 40. in no. procurator. Quamobrem ne post modum similibus protestationibus partis aduersæ differatur examen, solemus aduersarium præuenire, & sibi etiam non petenti, neque protestanti in hoc vltrò morem gerenti in ipsa articulorum exhibitione, & exinde sibi hoc, vt præmittitur intimare. Non desunt etiam, qui non aliàs specificatis materijs similes intimationes aduersario faciant, vt per similem intima-

intimationem monitus protestationem omittat, credens materias vt sibi intimatur specificatas fore, qui (vt opinor) dolo faciunt, quare si tibi expediens fuerit materias ex aduerso specificari medio iuramẽto memor eris, non acquiescere simili intimationi, sed à notario rei veritatem explorare.

Denique* fieri etiam solet præscripta intimatio, qualiter testes postmodum examinabuntur singulis diebus, & horis sequentium dierum quia licet fuerit pars citata ad videndum illos iurare ad certos diem & locum, vt suprà, & iurauerint, non tamen iurãdo dicuntur deposuisse, Bal. in c. 3. colum. 1. verficu. nota ista duo si inter domi. & vassal. lis oriatur, & notatur in l. si quando, C. de testibus, sed tantum iurant de veritate dicenda Bal. in d. cap. 1. colum. 3. ver. Nota formã si inter domi, & vasal. lis oriatur, nisi fortè inducerentur tanquam affuturi, quia tunc duplex iuramentum præstant, vnum de futura eorum absentia finito examine, aliud de veritate dicenda, prout suprà suo loco diximus, aliud quoque præstant in fine examinis, quòd secreto habebant depositiones suas, donec earum publicatio fiat per tex. 4. qui falsa, & si reuelaret, puniretur, tex. ibidem cum gloss. in l. iurisiurandi, C. de testibus Bald. in l. presbyteri circa principium ver. 4. noto. C. de epis. & cleri. Spec. in tit. de teste, §. sequitur Felin. in c. fraternitatis, col. pen. nu. 12. ver. in gl. fina. in fin. nos quinque capitula extra eodem, & licet* suprà dixerimus iuramentum præstandum esse tactis euangelijs per text. in cap. hortamur, 3. quæstio. 9. Mosy tamen non solùm in palatio, sed alibi etiam gene-

20

21

y

neralis inoleuit, vt rarò, vel nunquam præponantur euangelia ei, cui iuramentum defertur, sed ferè semper præponatur quæuis alia scriptura, quam approbat valere Abb. in dicto cap. fraternitatis, extra de testibus, vbi etiam Felin. colum. pen. nu. 12. vers. in glo. fin. ibi secundũ quem valet consuetudo de tangendo quãlibet scripturam, & vbi diceretur N. iudice, & parte præsentibus iurauit, nec aliàs adderetur tactis sacrosanctis scripturis, præsumerentur nihilominus tactæ scripturæ, prout voluit Ioan. Andr. in additio. ad Specul. titul. de teste, §. sequitur, & si negaretur, operaretur hæc præsumptio effectum translatiuum, vt ei, qui negaret tacturam interuenisse, incumberet onus probandi, sequitur Butr. & Abb. in dicto capit. fraternatis, extra de testibus, vbi etiam Felin. column. penult. in fin. versicu. & si diceretur in actis, vbi hoc idem extendit, vbi negaretur præstitum fuisse iuramentum, vel fortè si apparere præstitum negaretur præsentia partis faciunt not. per eundem Felin. in dict. c. tuis, penult. & vlt. colum. de testibus. Quæ verba præscriptæ intimationis, qualiter testes postmodum examinabuntur singulis diebus & horis, extenduntur non solùm ad dies termini probatorij, sed etiam pòst, ꝫ dum tamen infra terminum iurati fuerint, si modò terminus nõ sit datus ad probationem perfectam, seu (vt aiunt) ad probandum, & probatum habendum, Rota decis. 73. in no. licet in remissione de testi. & remissio. & ratio videtur esse in promptu, quia depositio testis retrotrahitur ad diem iuramenti, notatur in clemen. 1. de offic. delega. gloss. & Bald. in l. damni, §. sabini, column. final. in prin-

in princip. versicul. Oldrad. inducit istum text. ff. de dam. infect.

Cæterùm, a quòd ad testes attinet, vnum non a
prætermittam, quòd * & si testis non debeat se 22
vltrò ingerere, sed citatus & inuitus deponere, toto titulo de testibus cogendis, auth. rogati, C. de testa. & notatur vtrobique, & qui vltrò se offert non vocatus, neque rogatus, sit de subornatione suspectus, argumento 5. quæstio. 5. illi. Et propterea de iure citandi sint testes ad perhibendum testimonium veritatis, nunquam tamen vtimur in palatio hac solẽnitate, ea ratione, quòd Patres veluti præsumũt reum post decretam citationem comparentem fuisse citatum, & propterea compellunt ipsum suo aduersario respõdere, nec darent ei dilationem, quia si citatus venit, debuit venire instructus, prout suprà titulo de exequutione citationis ad partes, §. Hoc amplius, diximus, eodem exemplo præsumunt testem venire ad deponendum, quia rogatus, & citatus, Rota decis. 372. in no. fuit dubitatum, de testibus à principio vsque ad finem, & b quando b
* inducuntur, rarò, vel nunquam discutitur, an 23
sint admittendi, vel non, ne interim processus re- c
tardetur, sed c pars dicit cõtra personas testium generalia, quæ excipiendi formula habet clausulam præseruatiuam facultatis specificãdi exceptiones sic in genere datas in omni parte iudicij, prout suprà titulo de exceptionibus docuimus: & si quandoque * exceptio aliqua com-
petat, quæ admodum contra testem vrgeat, so- 24
lemus eam in ipsa testium productione specificare, nec propterea solent Auditores, tunc tempore productionis testium similes exceptiones

discutere, vt processus citiùs finiatur, & non cogantur ipsi, qui pluribus occupationibus distinentur, ad causam adhuc non instructam tertium vertere, sed pro tunc mandant testes examinari quantumcunque inhabiles saluis exceptionibus, quo casu producens vltra protestationem suam habentem vim præseruatiuam reportat insuper de præseruatione iuris excipiendi in specie iudicis interloquutionem, & quandoque vbi euidens, vel grauis videretur obiectus testis defectus, solent Auditores non solùm facere interloquutoriam præseruatiuam, de qua suprà, quæ præsupponit testes admissos, sed taliter, vt admissio resolui possit, vbi aliqua exceptio daretur, & verificaretur, quæ testem repelleret, sed mandant testes examinari saluis exceptionibus vt suprà, & poni ad partem. Quæ verba important, vt testes interim non censeantur admissi, sed remaneant in suspenso, donec Auditor causæ maius ocium nactus possit super illorum admissione deliberandi. Quamobrē si te inducēte fuerint quandoque sic testes recepti, & positi ad partem memor eris, antequam sententiam petas pro illorum admissione instare. Qua in re vidi etiam primarios practicos hāc admissionem præmittere, non aliàs perpendentes, quantum importet simile decretum positionis testium ad partē, operatur enim, vt testes interim pro non admissis, proque non examinatis habeantur. Reliqua, d quæ ad testes attinent, vtpote, qui testes admittendi sunt, qui repellendi, quæ contra eorum personas opponi possint, quando, & qualiter producendi, item quando, & qualiter recipiēdi sint, ac de eorum cōpulsione, examinatione, nu-

d

ne, numero, publicatione, rubricis, reprobatione, fide eis adhibenda, & alia si quæ tibi circa testes occurrent, habebis apud Specul. toto titu. de teste, materiam distinctam sub eius rubricis, & apud Doctores præsertim Canonistas in titu. de testibus, & in alijs locis communibus, ad quos occurrente necessitate recurrere poteris, non repeto, quasi aliud agens.

ANNOTATIONES.

Et testes sint.) *Huiusce rei illud est in caussa. Nam* si* 2
ad testimonium veritatis perhibendum vltronei testes ac- 25
cederent, s. que ipsos ingererent, suspicione falsi nequaquam carerent, eisque fides adhibenda esset minimè, vt à Bar. edocemur in l. post legatum, §. his verò, ff. de his quibus, vt indig. ab Alex. consi. 78. lib. 2. Ioan. Fran. Ferr. in praxi libel. in forma iuram. test. in verbo citari in princ. & Tiraqu. de priui. præ caussæ priuil. 3. prope fin. Idcirco vt testes citentur, communis praxis inoleuit. ne spontè, sed requisiti venire videantur, & traditur infrà ab auctore in ver. cæterùm, necnon & à Formularij compilatore variarum commis. pagin. 12. colum. 3. fallit tamen si testes in iudicio forte fortuna reperirentur, tunc etenim absque citatione examinari ritè possunt. vt Ias. tradidit in l. nequicquam, §. vbi decretum, numero 27. ff. de offic. procons. Qui quidem testes* 26
mulcta indicta, captisque pignoribus ad testimonium ferendum compelli possunt, veluti ab Accurs. Bart. atque Salicet. proditum est in l. si quando, C. de test. atque Lanfran. in cap. quoniam contra, in verbo testium, numero 42. de probat. Et si testes comparere neglexerint, euenitque, vt caussa ipsa* 27
terminetur, & reus defectu testium, quos habere minimè potuit, condemnetur: ipsi ad omnia damna resarcienda tenentur, vt pulchrè per Ang. & Pau. Castr. in l. argentarij, §. cùm autem, vbi Alex. col. 2. C. de eden. Affl. in const. reg. Neap. in

pecuniarijs, numero 44. & Prosp. Carau. super ritu mag. Cu. vicar. 77. num. 7. Nic. Anto. Graua.

b Parte vel præsente..) Trita reg. est, quòd* aduersa-
28 rio non citato, vel præsente ad videndum iuramēta testium, quod eorum examen viribus non subsistit, c. in nomine Domini, de test. l. si quando, C. eo. per Alexand. consi. 79. lib. 2. Aretin. cons. 165. Dec. cons. 54. Ias. in l. properandum, §. sin autem reus, num. 5. C. de iudi. & per Afflict. decis. 28. num. 1. & decis. 39. nu. 3. & auctorem infrà in ver. ad videndum illos iurare. Quæ quidem regu. procedit, etiamsi coram principe testes deponerent, veluti prodiderunt Doct. in d. c. in nomine Domini, vbi latè Dec. materiam pertractat nu. 17. cum seq. ponendo regulam cum pluribus fall. Cur. consi. 21. Marsi. in l. 1. numero 7. ff. de quæst. Afflict. in consti. reg. Neap. humanitatem, in 6. not. & Gram. decis. 103. nu. 233. & vsque
29 adeò hoc verum est, vt* testes parte non citata examinati, etiam iudicium non faciant secundum Dec. in d. c. In nomine Domini, num. 18. & 27. qui hanc opinionem communem esse
Com. opi. testatur. Ad quam regulam, vltra Dec. Felin. & alios in d. c. Maranta triginta & vnam tradit limitationem in praxi, in 6. par. in primo membro, versi. citatio. quarum nonnullas in foro frequentiores, cùm ex ipso Maran. tum ex alijs interpretibus decerptas subnectere, visum fuit. Et primò, quod
30 * citatio partis non requiritur, quotiescunque ad instruendum tantummodo iudicem aliqua fit probatio. Bald. in l. si qua per calumniam, versi. sed pone, C. de epis. & cler. vbi exemplum præbet, quando iudex secularis clericum non decenti habitu & peculiari incedentem, veluti criminis obnoxium præ manibus haberet: si clericus ipse sui clericatus diplomata ostenderit, illicò ad ecclesiasticum iudicem alia absque partis citatione illum remittere debet. Secundò, nec partis citatio necessaria est, si alicui iudici secundum suam conscientiam causam determinandam à principe demandaretur, vt eò loci Bald. adnotat, & in l. neque natales, col. vbi

c. de proba. cui Alex. consentit in l. de vnoquoque, colum. 2. ff. de re iud. Tertiò, quando examinatur testis, cuius dicto ne cessariò acquiescendum est. Alexand. consil. 130. libro 1. Quartò, cum de alicuius obitu, aut recessu timor sit. Innoc & alij in c. Albericus, de test. de qua re latè infrà auctor, & nos aliquid dicemus sub lit. F. Quintò, quando honesta mulier examinanda est, quæ domi absque partis citatione examinari potest, vt per Bart. in l. ad egregias, ff. de iureiur. & Ias ibi nu. 2. verùm Abb. aduersatur in cap. si qui testium. de test. & Felin. etiam num. 4. Sextò limita in interloquutoria quæ victus appellauerit, quoniam appellatione pendente iudex vsque ad diffinitiuam (antequam tamen sibi inhibeatur) victo aliter non citato procedere potest, cap. non solùm de appell. in 6. iuncto cap. eum qui de dol. & cont. eo. lib. Septimò limita, quando aliquis ob contumaciam in expensis condemnatur. Butr. in c. finem litibus de dolo & cont. & Felin in c. 1. colum. 6. de iudi. Octauò, cùm dolosè, ne citatio in eum exequeretur, quis latitat. Imo. in c. ad petitionem, de accus. & Abb. in c. ex tuæ. colum. penult. de cler. non resid. Nonò, in crimine læsæ maiestatis diuinæ & humanæ. Felin. in cap. quoniam contra, de probat. Dec. in dicto cap. In nomine Domini, num. 24. vbi loquitur in caussa hæresis, ipse tamen eum temperamento hoc intelligit, vt ibi, Marsi. in l. vnoquoque, ff. de re iud. & Capic. decis. 127. Decimò, in crimine assassinij. Arch. in cap. 1. de homic. in 6. Marsi. in praxi, §. diligenter, numero 158. & in l. de vnoquoque, in 50. casu, ff. de re iudic. Gram. consil. 40. & Felin in c. quoniam frequenter, colum. pen. vt lite non contest. & si idem secum pugnant, aliter senserit. in dicto cap. In nomine Domini, in 5. limit. cui Gram consentit in not. 11. numero 16. sed priori opinioni conuenit, quòd à Marsi. scribitur consil. 19. & Gram. not. 9. scilicet assassinij crimen læsæ maiestatis crimini æquiparari: at in crimine læsæ maiestatis, vt diximus, parte nequaquam citata testes admittuntur, ergo, &c. Vndecimò, in omni actu,

qui

qui vltima die termini celebratur, tunc enim is parte non citata expediri potest, sic & testes vltima die termini parte non citata recipi etiam queunt, Bald. in authent, ei qui appellat, colum 2. C. de temp. appel. & in l. si quando, colum. in fine, C. de test. Afflict. decis. 47. num. 6. versi. quo ad secundum dubium, & Maran. loco citato, quod quidem memoria commendandum est. Duodecimò, (& si hæc limitatio proxima cognita videatur) quando mora periculum afferret, vtputa si iudicis iurisdictio tempore peritura esset. Oldrad. consil. 65. hic agitur, hoc certè casu partis citatio relaxatur,
31 adeò, quòd * noctis etiam tempore sententia proferri possit, vt per Bart. Bald. Ang. & cæteros in l. more Romano. ff. de fer. licet non desint ibi, qui contrarium velint, multa nempe propter moræ periculum permittuntur, quæ congerit Roma. in l. si verò, §. de viro, in 40. fall. ff. sol. matr. vbi ferè omnes leges de periculo moræ loquentes citat. Tertiodecimò, quando in loco valdè remoto probatio facienda est, ea enim tunc parte haudquaquam citata fieri potest. Barto. per illum text. in l. 2. in verbo, nota mirabilem practicam, C. de naufr. lib. 11. quem Dec. sequitur in dict. c. In nomine Domini, num. 26. Quartodecimò, quando testis, qui obscurè deposuit, & ad declarandum dictum suum iterum examinatur. Anch. consil. 126. & Doc. vbi suprà, num. 28. hoc tamen cum temperamento intelligendum est, vt eò loci Dec. post Io. ab Ana. cons. 84. Postremò, tres alias limit. vltra prædictas videbis suprà in c. 1. sub lit. H. à nobis traditas, quamuis illarum vna, cum vndecima affinitatem habeat. De cæteris verò si tibi cumulatè satisfactum velis, leges Felin. & Dec. in d. c. In nomine Domini, & Maran. præcitato loco. Nico. Anto. Grauatius.

C Quod ego.) Non ab re quidem hæc probatio fieri debet, cùm de hominis vita tractetur, ideoque diligens inquisitio plenaque probatio facienda erit. l. sciant cuncti, C. de probat. cui verbo tenus concordat, c. sciant cuncti, 2. q. vlti. & l. qui sententiam, C. de pœn. vbi enim maius periculum inest

ibi perſpicatius ſemper ſit conſilium adhibendum, argu. l. a-dictos, circa medium, C. de appella. & l. 1. §. 1. ff. de vent. inſpic. vt prius ipſo de crimine conſtet, l. 1. §. illud autem; ff. ad ſyll. latè Marſ. in praxi, §. 1. & Blanc. in rep. l. vlt. nume. 16. cum ſeq. ff. de quæſt. & quia hæc res iam paſſim, præſertim apud eos, qui capitales cauſſas ſcripsère, pertractatur, ad reliqua tranſeamus. Nicolaus Anto. Grauat.

Item limitarem.) *Adde hic, quæ lib. 5. diximus. cap. 2. ſub lit. B.* d

Rurſus finge.) *Teſtes* cùm ad perpetuam rei memoriam examinari debent, cognitio ſummaria ſemiplenaque ſaltem probatio iudici prius facienda erit, qualiter ſenes, aut valetudinarij illi ſunt, & timor eſt, ne vitam cum morte commutent, ſiue quod è loco recedere & longius ire parant, aut bellum petere, vel mare pertranſire, aliàs examinari nõ poſſint, vt Bar. docet, cuius aſſeclæ ſunt omnes in l. in lege Aquilia. §. ſi deletum, ad l. Aqui. Ab. Fe. & cæteri cõmuniter in cap. quoniam frequenter, vt lite non conteſt. & in c. Albericus, de teſt. Bart. & reliqui hoc idem tradunt in l. 4. §. præter, ff. de damn. infect. Alex. conſi. 206. lib. 2. & auctor hic, qui abundè loquitur, & quonam modo in Rom. Cu. vſu receptum ſit, & docet quoque Compilator ille Form. aduoc. in 2. tract. c. 36. & 37. Nico. Anto. Grauatius.* e 32 Com. opi.

Inoleuit.) *Huius moris, atque praxis, quod* teſtis affuturus duo præſtat iuramenta, meminit etiam allegatus Cõpi. Form. aduoc. vbi ſuprà, ſed Auctor infrà. ver. aliud quoque, addit tertium iuramentum, quod teſtis affuturus præſtare obſtringitur, ſcilicet, quod eius teſtimonium ante publicationem non patefaciet. Grauatius.* f 33

Adeoque.) *Hanc opinionem per plura comprobat Aſſict. in conſt. reg. Neap probationum incurſibus, col. 2.* g

Item dicimus.) *Adde c. nuper, & c. iuriſiuran. 4. q. 3. & cap. hortamur, 3. q. 9. & * non ſolùm in teſte hoc procedit, vt is abſque iuramento non probet, per prædicta iura, &* h 34

habetur

habetur in l. iurisiurandi, C. de test. & in c. tuis quæstionibus, eo. tit. sed etiam in eo, cuius pronunciato, aut sententiæ acquiescendum erit, verbi gratia. Statuto cauetur, respectium etiam consensu, quòd simplici nuncij verbo credatur, ille quidem prius iurare oportet, aliàs nequaquam ei credendum erit, vt pulchrè Ang. prodidit, in l. si vacantia, col. 3. de bon. vac. lib. 10. cuius opinioni concinunt. Mari. Socin. in. qualiter & quando, 2. in 7. qu. 9. qu. principalis de accus. Felin. in c. significasti, 1. in fi. de homic. & in c. quia iudicante, colum. 1. de præscrip. accedant ad hoc, quæ idem Ang. Pau. Castr. & alij voluerunt in l. de pupillo, §. qui operæ, ff. de nou. oper. nunc. vbi * quando alicuius conscientiæ aliquid im-
35 mittitur, vt sæpè à principe fieri solet, ad hoc, vt sententia valeat, ante illius pronunciationem, quòd ita eius conscientia dictat, iurare ille obstringitur. Et adeò de testibus necessa-
36 rium est iusiurandum, vt ipsi * antequam testimonium prohibeant, iurare teneantur, aliàs irrita eorum erit depositio, d. l. iurisiurandi, cum alijs in prin. alleg. quod tamen sic intelligendum erit, nisi confestim post quam deposuerint iurarent, vt placuit Bald. ac Pau. in d. l. iurisiurandi, atque Felin. in d. c. de testibus, & in c. fraternitatis, num. 2. extra de test. quanquam in hoc aduersantur Cyn. & Salicet. in d. l. iurisiurandi, & Bald. sibimet contradicens in dict. c. fraternitatis, in 4. not. tum etiam Anto. & Abb. in dict. cap. de testibus. Cæterùm Feli. post Maria. ibi fœdere distinctionis, pugnantes opiniones concordat. s. aut sponte, vel ad iudicij interrogationem post ipsam depositionem testes iurauerint: primo casu, vt prior precedat opinio, in posteriore verò, posterior, super qua controuersia, videas Ias. in rep. l. admonendi, num.
37 192. ff. de iureiur. & ibi * nu. 191. nunquid iuramentum sit de forma, vel substantia testimonij, & vide ibi Rip. nu. 194. ponentem reg. cum ampliationibus atque limitationibus. Huc spectare videtur. quod Augu. Ancom scriptum reliquit,
38 in tract. de potest. Eccl. s. q. 55. art. vlt. Pontificem * non posse dispen-

dispensare, quòd testis in ferendo testimonio iurare non debeat, & hoc quidem ex eo, quia iuramentum in teste de iure diuino est, vt legitur, Geneseos c. 51. quod certè pronunciatiõ magnificat Felin. in cap. constitutus, colum. 3. de rescript. & Marsi. quoque sing. 214. ad validitatem dicti testis, vbi abunde loquitur. Qua de re Cur. legas in tract. de iura. calum. 1. sed num. 9. & Ioan. Bapt. Perus. in tract. de arbit. lib. 10. c. 10. nu. 12. qui * & iuramentum calumniæ etiam de iure naturali esse, & à legis latore Mose traditum asseuerant, vt Exod. cap. 22. & c. si Christus, de iureiur. Non immeritò ergo Athenienses testium iniuratorum testimonium non admittebant, vt iam à nobis dicendum erit. Quod quidem & apud Romanos etiam obseruatum legimus, apud quos solus Flamendialis perpetua lege iuramentum præstare vetabatur, qui si quando in magistratu assũptus per leges iurare tenebatur: per alium, qui vicẽ illius ageret, iurabat, & ita in leges iurare cogebatur, veluti scribit Alex. ab Alexandro in Genia. lib. 5. cap. 10. Cæterùm, * & si testis iniuratus regulariter non probet, attamen præsumptionem facit glo. in cap. cùm olim, 1. de priuileg. tex. in c. cùm olim, vbi Abb. in 3. no. de do. & contum. Alex. consi. 24. animaduersis libr. 2. Marsil. in l. marito, col. 2. ad fin. de q. & Felin. in d. ca. tuis quæstionibus, numero 2. & ibi num. 5. sex tradit limit. in quibus testis non iurati dictum valet. Qui quidem testes die feriata ad Dei honorem iurare non possunt; licet testimonium, si alia die non feriata iurauerint, ferre valeant. Gloss. in clemen. 1. de offi. deleg. Abb. in c. 1. col. fin. de fer. & Gomes. in c. mulieres, nu. 41. dn iudic. in 6. Quod quidem iuramentum testibus præstitum fuisse, apparere debet, aliàs in dubio neutiquam iurati præsumuntur, si Bar. credimus in l. Theopompus, ff. de dote prælega. etiam si Notarius scripsisset testẽ iuratum & examinatum testimoniũ perhibuisse. Sed hac in re licet Bar. nonnulli sequantur, tamen contra eum est communis scribentium opinio, quòd si id notarius scripserit, præsumatur, testem

39

40

Com. opi.

testem iuratum dixisse, ita Alciat. in tract. præsumpt. regul. 13. nu. 4. cui adstipulatur Couar. lib. 2. variarum resolut. cap. 5. num. 2. Nicol. Anton. Gr uat.

i Etiam si card. &c.) Adde c. nuper, & c. licet vnus 15. de test. lex. in l. iurisiur. C. eo. vbi testes, quamuis ingenuitate refulgeant, iurati testimonium dicere debent, vide Bal. in l. admonendi, num. 194. ff. de iureiur. & Crot. in tract. de test. nu. 227. Nic. Anto. Graua.

k Vt non aliàs.) De iure clerici* cùm eorum testimonia veritatis perhibent, tactis scripturis iurare tenentur, c. 41 vlt. de iuramen. cal. & si aliter obseruet consuetudo, vt sufficiat coram eis sacrosancta euangelia tantùm proponi, vt luti Doct. in d. c. tradunt, & glsso. in clem. 1. de homic. & in clem. 1. §. porrò, de hæret. vbi Card. Docto. in cap. super de testib. & Specu. titu. de teste, §. 4. & 7. in fin. Nico. Anto. Grauatius.

Rursus finge.) Iuramentum* testibus posse à partibus remitti, proditum est à Feli. post alios in c. tuis quæsti- 1 nibus, nu. 5. de test. & non vno in loco à Ias. vt in l. nemo pot. 41 test. nu. 26. cum seq. de leg. 1. in l. reprehendenda. num. 3. de instit. & substit. sub cond. & in rep. l. admonendi, nu. 194. ff. de iureiur vbi Rip. nu. 199. & ab Affl. decis. 191. num. 7. Sed hoc sanè intelligendum erit, vt iusiurandum relaxari Com. opi. posit, s. expressè, nam tacitè non sufficeret. vt Felin. animaduertit, qui de communi opinione testatur in d. c. tuis quæstionibus, nu. 6. apud quem nullas videbis fallentias, in quibus iuramentum remitti nequaquam potest. Quinimò & in stius iuramenti relaxatione vtraque pars consentire debet, nam illius tantum, contra quam testes producuntur, non sufficit consensus, vt per Ioan. Andr. & Abb. in dic. cap. tuis. & Ias. in d. l. admonendi, eodemque num. vbi etiam num. 197. disputat, an iudex dissentire posit, & à testibus iuramentum non obstante, quod à partibus illud remissum fuerit, exigere. Et quemadmodum* partes testibus iusiurandum relaxa- 43

re quem

re queunt, ita etiam vna pars alteri illud remittere valet. Afflict. decis. 80. numero 5. nam licet iuramentum sit de forma, vt eo deficiente, dictum testis corruat, l. iurisiurandi, C. de test. & supra prælibatum fuit, attamen hæc forma ipsarum partium fauorem principaliter respicit, & fauori suo quilibet renunciare potest. l. vlt. vbi omnes, C. de pact. Quam obrem, cùm de alicuius integritate, illiusque spectata fide atque testimonio confiditur, iuramentum facilè remitti potest, veluti de Xenocrate legitur, cui tanta fides habita est, vt cùm nullius iniurati admitteretur testimonium, illi soli Athenienses remiserunt iusiurandum, iniuratoque crediderunt, vt Domit. Brus. lib. 6. testatur. At nostra quidem tempestate Xenocrates non reperitur, nec, qui testis nomine dignus esset. Ex Iouis namque tabulis, testis apud Græcos dicebatur pro certo indubitabilique, item Atticus testis, vt Domit. Brus. eo loci. Sed proh dolor, plerique omnes iurisiurandi sanctam illam religionem contemnunt, quæ maxima potissimaque apud omnes homines esse debet, teste Demosth. contra Aristo. cuius quidem iurisiurandi obseruantia custodiaque quanta apud Romanos fuerit, ex Gell. legere licet, lib. 7. c. 18. Nico. Anto. Granatius.

Nisi etiam.) Testes * pro vtraque parte, ac tota super causa iurare, vel veritatem dicere tenentur, vt per Host. in summa, titu. de test. num. 5. Accurs. & Bart. in auth. sed iudex, C. de epis. & cleric. Bald. Ias. & iuniores in l. 2. C. de eden. glo. in cap. fraternitatis, de test. Riminal. in l. si de certa, colum. 1. C. de transact. & Ioan. Neuiz. in sua syl. nupt. titu. iudic. pro commu. nu. 119. Hinc discant testium examinatores, quorum magna est prouincia, vt integra testium dicta scribere curent, cùm contingeret testes ipsos partim pro actore, partim verò pro reo testimonium veritatis perhibere. Nec agant, vt nonnulli inuersam habentes conscientiam, quæ solùm ea scribunt, quæ ad testes producentis fauorem tendunt: & quod perniciosius est, criminarijs in causis malum

m 44

hoc agunt, ea tantùm adnotantes, quæ pro fisco faciunt, cùm ad informationem (vt dicunt) testes examinant, non videntes miseri, quòd dum reo defensiones sic subtrahunt, ipsi colorum regno priuantur, iure ergo Carolus Imperator, eius nominis quintus in regno Neapolitano pragmatica sanctione cauit, incipiente. Item, quia nobis, quòd integra testium depositio etiam contra fiscum scribi debeat, & contrarium facientes pœnis subijci statuit. Nicolaus Antonius Grauat.

n Quo casu.) Vide commentatores in l. si duo patroni. §. idem Iulianus ff. de iureiur. & in l. si quis libertatem, ff. de petit. hæred. atque Gram. decis. 103, num. 80.

o Insuper dicimus.) Huc pertinent, quæ Bald. adnotauit in titu. de pact. const. in ver. secundum mores & leges, vbi, quòd * notarius partibus etiam assentientibus, sine iudicis præsentia, ipsius aut mandato, nec dicta testium, nec iuramenta recipere potest, idemque voluit in addit. ad Specu. titu. de test. colum. vlt. versi. nunquam reperitur, & iterum in l. illud. C. de sacros. eccles. & in l. interrogatam, C. de libe. cau. vterque etiam Imo. hoc idem voluit in l. acta, ff. de re iud. & Fel. in c. quoniam contra, col. 7. de prob. Hinc satis eleganter dixit Luc. à Pen. in l. instar. C. de iure fis. lib. 10. quòd * obligatio penes acta curiæ, iudice absente, à notario recepta non valet. Cui adstipulatur Affli. deci, 135. & in suis etiam commẽtarijs super cõsti. reg. Neap. in cõst. Magistri camerarij in 12. not. & in const. Cordi nobis, vtrobique in penu. colum. & quòd ipse tabellio, absque iudicis mandato, testes examinandi potestatem non habeat, tradunt Afflict. decis. 317. numer. 5. & decis. 245. num. 8. Boer. decis. 258. Marsi. in l. pater, nu. 18. ff. de quæst. & Doct. post Bart. præsertim Ias. in rep. l. admonendi, numero 183. cum sequen. & Rip. numero 90. ff. de iureiur. vbi cumulatè materiam pertractatam videbis. Et huiusce rei illa est ratio, quia ad officium iudicis spectat testes interrogare, eosque diligenter examinare. Et hoc temperandum sit, vt ibi, nisi notarius testes in mortis

ar-

erticulo existentes examinaret, aut si remotis in partibus commorarentur, adeò quod periculum in mora esset expectatio, quo casu absque iudicis commissione illos examinare posset: non tamen vt plenam facerent fidem, sed aliquam tantùm præsumptionem, quod etiam voluerunt But. in cap. fin. de iureiur. & Rom. in l. si verò, §. de viro, in 54. fall. ff. solut. matrim. nec hinc longè abest, quod gloss. tradidit in cap. pastoralis, in ver. mortis, de offic. ordi. & in cap. 2. in gloss. vltim. de pœn. & remiss. in 6. vbi propter necessitatem laicus laico confiteri potest. Vides ergo absque iudice, vel ipsius iussu, tabelliones regulariter dicta testium recipere non posse, nec *etiam extra iudicium testes examinare, quod si secus 47
factum fuerit, irritum erit, vt Ias. citato loco num. 184. post Bart. ait. Nec *ipsi notario, si à iudice mandatum exami- 48
nandi habuisse attestaretur, credendum est, cùm commissio per alium notarium, non per ipsummet scribi debeat, vt docent Host. Ioan. Andr. alijque in cap. quoniam contra, de probat. Alex. consi. 212. viso lib. 2. & consi. 104. circa primum, in fin. libro 5. vbi hanc opinionem communem esse affirmat, Com. opi.
& consi. 212. ponderа. colum. 4. versi. præterea, lib. 6. Marsi. in l. de minore, §. plurium, ff. de quæst. Guid. Pap. decis. 126. & Afflict. d. decis. 317. vbi sic determinatum fuisse testatur, quicquid è regione nonnulli voluêre, inter quos est Barth. in l. ex sententia, ff. de testamen. attamen à communi sententia nequaquam recedendum est, de qua etiam meminit Curtius consi. 166. num. 3. Quinimò, & fortius, nec confessionem absque iudicis licentia tabellio recipere valet, vt Baldo, qui vllæ vnquam sententiæ defuit in præcitatis add. ad Specul. placuit, ea nempè ratione, de qua supra commemini, cùm recipere testimonium ad iudicem spectet, scribere verò ad tabellionem, & huic opinioni consentiunt Iason in dicta l. admonendi, numero 184. alijque, per ipsum citati, atque Afflict. d. decis. 245. nume. 8. pro qua accedat tex. in l. quinquaginta, ff. de probat. & in l. eos, & l. si quando, C. de test. vbi

probationes iudici faciendæ sunt, vt Mars. quoque prosequitur in l.1.nu.6.ff.de quæst. vsqueadeò, * quòd si testes cum notario (absente tamen iudice) falsum deposuerint, falsi reatu nequaquam tenerentur, vt testis est Bart. in l. si quis leptum, ff.de fals. cuius sententiæ innititur Ang. in l.1.C.de pul. viol. Cæterùm, * cum temperamento intelligas, confessionem coram solo notario factam non valere, ad faciendam s.plenam probationem, secus verò quò ad aliquam, vt Affl. d.decis.245.nu.8. Accurs. Alber. Bal. & Sali. in l. iubemus, C.de liber.cau. idemque Abb. in l. si sine. §.1.ff. de interrog. act. & Tiraquell. de vtroque retr. §.36. in glo.2. nu.54. & conferunt etiam dicta per Affl. decis.324.nu.15. quamuis in alia facti specie loquatur. Nicol. Anton. Grauat.

p Hodie propter.) Cæterùm * vbi iusta caussa non subesset, testium examen committi non potest, præsertim in arduis caußis. Ange. in tracta. malef. in verb. qui iudex statuit terminum, numer.25. & Mars. in praxi, §. nunc videndum, num.30. vide auctorem in seq. cap. in ver. at vbi, & quæ eo loci diximus sub lit. B. Nic. Anto. Graua.

q Nihilominus.) Regulariter, testes * in iudicio iurare, testimoniumque proferre tenentur, l.3.§.Sabino, vbi Accur. ff.de test. & suprà etiam diximus, nisi personæ egregiæ, infirmæ, senio confectæ, aut honestæ mulieres essent, l. ad egregias, vbi Docto. omnes notant, ff. de iureiuran. hoc enim casu domi, aliove decenti loco examen fieri debet, & tunc, illo in loco aduersarius ad testium iuramenta videndum citandus est, c.2. & ibi gl. de iudic. in 6. & Alex. in d. l. ad egregias, quamuis inibi Bar. quò ad honestas mulieres, absque parte citatione eas examinari posse dixerit. Qua de re supra nonnihil dictum fuit. sub lit. B. in 5. lim.

r Ad videndum illos iurare.) Huc quoque spectant, quæ supra diximus sub lit. B.

s Et si testis extra diem.) Eiusdem farinæ est, quod Bar. proditum est, in l. aut qui aliter, & in l. si vitem. §. vbi

ff. quod

ff. quod vi aut clam, & in l. cum non eo die, C. quando prou. non est necess. & à Doct. in c. consuluit, de offi. del. vbi * sen- 53
tentia die & hora, ad quam pars citata fuit proferenda est: aliàs si antè, vel post proferetur, nullum quidem robur haberet, ac si nusquam pars citata fuisset. Nico. Anto. Grauat.

Et ad dandum interrogatoria.) Dilatio * ad dan- 8
dum interrogatoria, non datur nisi petenti. Specu. tit. de test. §. iam de interrogatorijs, col. 1. Quæ fieri solent, vt testes va- 54
cillent, aut in aliquo ex illis decem prædicamentis varient, quæ acutè & subtiliter Bal. adnotauit, in l. testium, C. de test. & Spec. præcitato loco. Quorum * quidem interrogatoriorũ 55
exemplum aduersario nequaquam conceditur, ne testes examinandi ad falsitates instruantur, vt Abb. & Felin. tradunt in c. per tuas, nu. 10. de test. Alex. & recentiores in l. 2. C. de eden. Compilator For. var. commiss. pag. 12. col. 4. & c. seq. & For. Aduoc. fol. 10. & 13. & 14. Sed vnum non prætermittam, quod * si iudex super interrogatorijs testes interro- 56
gare omiserit, non ob id examen inefficax redderetur: verũ parti facultas remanet faciendi, vt testes super interrogatorijs, etiam facta publicatione in caussa repetantur, ita consultus Alex. respondet cons. 174. col. pen. lib. 2. & iterum cons. 41. in fi. lib. 4. facit tex. in c. cum clamor, & in cap. per tuas, quodque vtrobique notatur, de iudic. Sic etiam super articulo omisso, si testes minimè examinati fuissent, possunt facta publicatione repeti, Spec. alleg. loco. §. nunc videndum in fin. Nico. Anton. Grauatius.

Qualiter materia.) Huc accedant, quæ præcedentis u
libri c. 14. diximus sub litera A. & quæ in Form. term. adnotantur, fol. 46. ver. & protestationi.

Qui ex obseruantia.) Vide quæ in præcedentis libri x
cap. 2. sub. lit. F. adnetauimus.

Mos tamen.) Et si * vsu receptum sit in iudicijs, vt sa- y
crosanctum euangelium testibus ad iurandum non propona- 57
tur sed quælibet scriptura, vt auctor hic ait, attamen in mag-

nis causis cautum est, super sanctum euãgelium iuramentum deferre. vt à Bald. docemur in cap. 1. §. item sacramenta, de pact. iur. firm. cui Felin. consentit in alleg. hic c. fraternitatis, num. 23. & in c. tuis quæstionibus, nu. 10. de test. vbi etiam
58 * tradit, an validum sit iuramentum super cruce, aut sanctorum reliquijs, aut ipsius iurantis animam. vide Feder. Sch. in tract. de test. nu. 5. & Ias. in auth. sacramenta, nu. 14. C. § aduer. ven. Nico. Anto. Grauat.

2 Dum tamen.) Testes * si in termino iusiurandum præ-
59 stiterint, post terminum, deinde iure examinari possunt, l. 1. in fin. ff. de bon. pos. ex test. mil. Bar. & reliqui in l. damni, §. Sabini, ff. de dam. infect. Felin. in c. licet caussam, in 16. limit. de proba. Afflict. in const. reg. Neap. Lite legitimè in 13. not. Rom. consi. 444. & Maran. qui ita vsu in iudicijs receptum esse ait, in praxi in 6. par. ver. dilatio, nume. 19. & auctor in sequẽti cap. versi sed dubium est, non tamen post publicationem in caussa examinari possunt, vt per Afflict. in d. const. lite, 13. no. nu. 20. in fin. & Capic. decis. 90. nu. 3. Quod sanè intelligas, quando simpliciter terminus probatorius im-
60 partitus fuisset secus * verò si iudex dilationem ad probandum, & probatum habendum, seu examinari faciendum dedisset, tunc enim infra terminum, nedum testes iurare, sed eorum dicta perhibere tenentur, veluti citatis in locis declaratur, & per Bald. consi. 133. lib. 5. & Soc. consi. 47. lib. 4. Bald. & Angel. in l. Antistius in prin. ff. de acq. hæred. Barbat. in add. ad Bald. in l. si quando in lit. B. C. de test. Pract. Papien. in form. opp. contra testes post publ. nu. 16. & Io. Amicus consi. 108. nu. 5. vbi huiusce rei rationem assignat. nu.
61 8. quia * hæc dilatio vim conclusionis habet, & traditur per Alexan. consi. 101. lib. 3. atque Afflict. in citata const. Lite 8. no. num. 13. quam quidem dilationem apud probatum habendum iudex non solùm præfigere potest, sed & iam omnes terminos vnico contextu (ex causa tamen) s. ad articulandum, ponendum, capitulandum, producendum, & probandum, vt

Ias.

Iaſſcribit in l. properandum, nu. 14. C. de iudic. Verùm cum temperamento intelligas, non procedere in teſtibus, qui longiquis in partibus degant, ad quos terminus ad probatum habendum, ſiue examinandum non extenditur, vt animaduertit libellorum architector ille Papien. in ſua praxi in for. product. inſtr. in verb. in termino, nu. 3. nec etiam in criminalibus cauſsis, in quibus (ad defenſionem tamen) poſt terminum teſtes admittuntur, vt per Aret. in cap. fraternitatis, de teſt. Felin. in cap. cum clamor, eo. tit. & abundè per Marſi. in praxi, §. ſequens, num. 2. cum ſequ. & paſsim iam occurrit apud eos legere, qui criminarias cauſſas ſcripsêre. Nico. Ant. Grauatius.

Cæterùm.) Huc vergit, quæ ſuprà ſub lit. A. diximus. a

Et quando inducuntur.) Cæterùm* ſi aduerſus teſtes examinandos inimicitia capitalis obijceretur, eamque obijciens illicò probare ſe offerat, illi certè examinari nequaquam poſſunt, nec debent, vt in auth ſi dicatur, C. de teſt. vbi Bart. Bald. Salic. & alij, quod & in conſanguineis, domeſticis, notorijſque criminoſis etiam procedere, vt à principio talis exceptio eos repellat, Ioan. Andr. Abb. & Felin, tradiderunt in c. ex parte, de teſt. Verùm ſi altiorem indaginem res exigeret, reſeruandam eſſe exceptionem, poſt publicationem in cauſſa cenſuerunt, aliàs minimè, quibus conſentit Gram. deciſ. 45. nume. 15. & hanc opinionem tenendam eſſe, Butr. in d. c. ex par. teſtatur, quem ſequitur Gram. deciſ. 86. num. 1. cum ſeq. vbi hac de re latius. Animaduertendum tamen erit, quod non ſufficit, in vniuerſum, & generaliter inimicitiam opponere, ſed cauſſas exprimere, neceſſe eſt: aliàt incaſſum opponeretur, veluti in citata deciſione Gram. docet, qui ad rem multas congerit auctoritates. Nicolaus Anton. Grauatius. b 61

Sed pars dicit.) Opponere* aduerſus teſtes plurimi refert, ne eos approbare videamur. Hinc praxis inoleuit, vt tempore, quo aduerſarius ad teſtium iuramenta videndum c 62

tatur, hanc in ipsos testes protestationem faciat, teste Bal. in l. si quis testibus, C. de test. & Maran. in praxi in 6. part. in 13 actu, numer. 2. Verùm te admonitum esse velim, hanc protestationem passim omni in causa fieri, oportunam sed non esse, nisi, vbi testes reprobare necessum fore prospexeris, vt eleganter Fel. docet in c. præsentium, vlti. not. de test. nempè ratione, nam postquam contra testes protestatus fueris fidem eis adhibere nolle, tum declaras animum. Vnde si in tui fauorem eos fortè fortuna quid deponere contigerit, tibi esse iuuamento nequaquam posset. Hinc Compilator ille Formularij commiss. fol. 6. sub rubr. de public. nos admonet, quando testes producuntur, vt aduersus eos nihil protestemur, sed tunc quidem, postquam eorum testimonium veritatis perhibuerint, dummodo antequam ipsorum testium dicta publicari petatur. Qua de re vide Lanfranc. in rep. quoniam contra, in verbo testium depositiones, num. 78. de probat. vbi post Imo. in dicto cap. præsentium distinguit, quòd aut qui contra testes protestatur, protestatur reprobando, ita quod obtinuit, aut succubuit: & tunc illius testis dictum nihil sibi prodest. Aut stetit in meris finibus protestationis, & tunc aut testis est integer & honestus, ita, quod verisimile non sit, aliquid ad libitum producentis dixisse, nec ob timorem, & tunc dictum testis proderit, atque valebit, & hanc esse communem sententiam affirmat, videas ergo eum affatim loquentem. Nonnulli tamen illa vtuntur cautela, dum contra testes protestantur s. quatenus contra ea ponerent, & non aliter. Sed hanc cautelam nullius esse momenti arbitror, per ea, quæ Doct. tradunt in cap. cùm olim, de cens. & Gram. decis. 103. nume. 154. nam aduersarius pro parte instrumentum acceptare, & pro parte impugnare non potest, & protestatio actui contraria etiam esset, quæ non valet, cap. sollicitudinem, in fin. de appell. Barto. in l. 1. colum. pen. C. de lit. contest. & in l. qui aliena, §. vltim. ff. de acq. hæredit. Cæterùm ante publicationem in causa hanc prot-

Com. opi.

protestationem fieri necesse est, si testes deinde reprobare velimus: aliàs eos reprobandi nobis via præcluderetur. dict. cap præsentium, nisi aliquibus in casibus, vt puta, si post publicationem, testium defectus innotuerint, aut si iureiurando affirmetur, non animo frustrationem & calumniam inferēdi, testium reprobationem peti, vt dict. c. cauetur, & eò loci interpretes explicant. Nic. Ant. Granat.

Reliqua.) Adde vtrunque Form. aduocatorum. s. & Vari. Commiss. illud pagina 10. cap 13. hoc autem pagin. 13 colum. 2. sub rubr. de modo excip. verùm cumulatissimè hac de re videbis apud Spec. tit de test. & Albe. in in tract. similiter de teste. Nicolaus Antonius Granatius. d

De remissione ad partes, ac illius processu & exequutione.

CAP. VLT.

SVMMARIVM.

1 Literæ remissoriæ de audientia testium absentiū dantur, fallit tamen criminatorijs in causu, nōnullis & etiam casibus, & nu. 11. & 16.

2 Literæ remissoriæ ad audiendum testes non conceduntur in attentatis, nec in spolio, sed quid in beneficialibus in scripturarum recognitione & testium repulsa?

3 Literæ remissoriæ semel concessa, an iterum dentur.

4 Remissoria testium quando dari possit, & an debeat iurare, qui remissoriam petit, quod non animo frustrandi aduersarium facit.

5 Dilatio data pro expeditione remissoriæ, an prorogari possit?

6 Remissoria testium an ante litis contestationem detur?

7 Literæ remissoriæ quomodo exequantur, & numero sequen.

8 Testes an satis sit in termino inducere, & iuramentum facere, vt post terminum examinari queant?

9 Iudex cui in partibus commissum est testium examen, an responsiones partium & confessiones recipere possit? & nu. 29.

10 Iudex, cui commissa est testium receptio, an per se ipsum testes examinare teneatur?

11 Testium examen quando committi debeat.

12 Doctores legum egregiæ dicuntur personæ, fall. in doctore, qui officium procuratoris gerit

13 Testes an possint aduocari de vna ciuitate in aliam, vt veniant ad deponendum, & nu. 17.

14 Notarius cùm mittitur extra locum ad examinandum, an communibus actoris & rei expensis mittendus erit?

15 Expensæ debentur testibus venientibus ad se examinandum, & quæ.

18 Literæ remissoriæ in dilatoriis exceptionibus non conceduntur.

19 Dilatio in literis remissoriis arbitraria est.

20 Literis remissoriis si vsus non fuerit, non est audiendus aliam remissoriam petens.

21 Iudicium diffugientes, de eorum iustitia diffidunt.

22 Calumniatores puniri debent.

23 Literæ remissoriæ ad partes non debent concedi, quoties pars poterat in loco iudicij testes examinare, & neglexit.

24 Impedimentum quomodo probetur, & an solo iuramento.

25 Dila-

25 *Dilatio non currit impedito per moras & dilationes aduersarij.*

26 *Dilatio tota reintegrari debet, si pendente termino impedimentum superuenerit.*

27 *Dilatio non currit, dum disputatur, an articuli, vel positiones admitti debeant, vel ne.*

28 *Dilatione reo concessa, actor vti potest.*

29 *Iudex delegatus ad testes recipiendũ & examinandũ, non potest cognoscere, vtrum articuli, vel testes sint admittendi, vel ne, nec testes publicare.*

30 *Iudex delegatus ad testes examinandum, potest illos interrogare, & protestationes contra testes recipere.*

31 *Iudex siue exequutor ad testes examinandum, an possit recipere confessionem partis?*

32 *Iudex subdelegatus testium receptionem subdelegare non potest, antequam testes non fuerint citati & iurati.*

33 *Iudex ad testes examinandum delegatus debet partem aduersam ad videndum iuramenta testium citare.*

34 *Iudex ad examinandum delegatus, non potest examen parte reluctante alteri subdelegare fallit tamen.*

QVandoque etiam testes non in Rom. Cur. sed in prouincijs commorantur. *a* Vnde 2
*eos euocari, vel non possunt, vel non 1
expedit, non debet enim iudex testes etiam si in sua prouincia essent, temerè euocare, à proprijsque negocijs distrahere, argumento, l. si quis ex signatoribus, ff. quemadmodum testament. aperia. Liudices, vbi Paul. de Castr. de fide in-

de instr.l.3.§.fin.ff.de testibus. Quamobrem vt receptum est, vt volenti remissoria detur, qui solet is, qui causam tuam audit, facultatem recipiendi testes, ac etiam scripturas, aliasq; probationis species alicui in partibus pro litigantium commoditate subdelegare, quod tamen non solùm Auditoris arbitrio, veluti grauioris prætiudicij, sed communi omnium voto permissum est extrauag. Innoc.6. de facult. Auditorum Rotæ. Quòd si vellet is, qui pro remissoria instaret, rem omnem in Auditoris voluntatem conferre, solemus hoc casu commissionē impetrare, qua Signatura passim rescribere solet, vt Auditor arbitrio suo remissoriam concedat, quasi de dilatione tractetur, quæ iure communi arbitraria existit, l.2. & ibi Bart. ff. de re iudicata, gloss. in c. præterea, de dilatio. Abb. in c.2. eodem titu. Habet enim remissoria dilationē annexam, prout inferius dicemus. Quamobrem exemplo dilationis de iure arbitraria est, l. iudices cum aurib. sequenti apud eloquentissimum, C. de fide instrum. Cassa. decis. 3. de dilatio.

At vbi concedenda erit remissoria, concedet eam iudex, nedum principali, sed procuratori quoq; petenti etiam asserto, tametsi de eius mandato non constaret, ac ei, qui nullum mandatum haberet, dum tamen is, qui compareret, de rato caueat, sub certa pœna. Rota decisio. 712. in antiq. Nota, quòd si aliquis de remissio. Non tamē passim concedet eam, sed causa cognita, nempe, si natura causæ id expostulet, finge, quòd criminalis esset cāusa, repelleretur enim is, qui remissoriam peteret, ea ratione, quod si de crimine agatur, oportebit testes ad iudicis præsentiam

tiam conducere, vt si res exegerit tormentis subijcere eos possit. Anth. apud eloquentissimum. Quæ auth. plures sectiones recipit, & certis casibus etiam, vbi de crimine ageretur aduersus regulam dari poterit remissoria, vtpote si Pontifex eam concedat, Specul. tit. de testibus §. nunc tractandum post principium, idem si hæresis inquisitor, Felin. c. cùm caussam, de testibus, & plerisque etiam casibus ab alijs Iudicibus concederetur remissoria, vtpote, si testis qualitas & Iudicis dignitas impediret, vesuti si mulier impudica examinanda esset, & iudicis dignitas non pateretur, vt se ad ipsam mulierem conferret, c. 2. cum not. de iudi. in 6. Felin. dict. c. cum caussam de testibus. Idem si testes valetudinarij, vel aliàs distenti essent, & ad iudicis præsentiam venire impedirentur, ac similis esset iudicis dignitas, prout suprà diximus ad no. in d. cap. 2. de iudi. in vi. Rota decis. 222. in no. senes de dilatio. Idē si testes alterius iurisdictionis essent, & propterea à Iudice euocari non possent, concedet enim hoc casu, vt Iudex, qui pręest, examē faciat, Felin. d c. caussam de testibus, Abb. ibidem Lanfr. cap. quoniam contra, eodem titu. versic. testium depositiones, nisi fortè is, qui testibus præesset, paratus esset testes ad iudicem caussæ remittere, qui prius, vbi commodè fieri posset in hoc implorandus esset, prout suadet Lanfr. ibidem. Amplius etiam extra istos casus non denegaretur remissoria, vbi de crimine ageretur, veluti si de leui ageretur crimine, propter quod non nisi pecunia reus mulctari posset, Pau. de Castr. d. l. iudices, C. de fide instrumen. Idem denique si de quouis graui crimine quæstio esset, non tamen

via

via actionis, sed exceptionis, Ancha. c. 2. §. testes in princip. de testi. Felin. d. c. caussam. eod. titul.

c Eadem c fermè ratione responsum est, vbi
e de attentatis ageretur non concedi remissoriam quasi de crimine videatur agi, & is, qui attentat, delinquat iudicem contemnens, Rota decis. 99. Nota, vbi de appella. & atten. & decis. 219. Nota seruat. de attenta. omnibus, in antiq. Quod tamen generaliter non intelligas, sed vbi ab actore peteretur, scilicet ab eo, qui diceret attentatum, quandoquidem reo, qui de attentatis accusaretur ad sui excusationem remissoria dabitur. Cassad. decisio. 4. de dilatio. nisi fortè is, qui dicit attentatum, iampridem probasset, denegaretur enim hoc casu etiam reo remissoria, Cassad. d. decisio. 4. de dilatio. quod ad eum quoque casum extendi posset, quo actor paratus esset attentata in continenti probare, etenim si actor probationē haberet in promptu, recipienda potius esset eius prompta probatio, quàm probatio rei, quæ abesset, & vbi recepta esset, res ad proximum casum reuerteretur.

Amplius non ab simili ratione responsum extat in iudicio spolij denegandam esse remissoriam reo prætenso spoliatori, quasi futura esset ad confouendam occupationem, quæ sonat in delictum, qua ratione nec lex restitutionem eidem concederet, l. auxiliū, §. fin. ff. de mino. Adstipulatur tex. in cap. bone de electio. & in c. fin. de immu. Eccle. & in c. quia frustra de vsu, & in c. 1. de delict. puerorum. Quod tamen receptum non est, nisi pro actoris parte facta esset aliqua spolij probatio, tametsi non plena, ex qua aduersus eū non mediocris oriretur præsumptio, quæ

calumniæ

calumniæ præsumptio scripturæ rationi cõiuncta in hac specie, vt suprà diximus arbitraria visa Patribus fuit tantæ potentiæ, vt reo remissoriam hoc spolij iudicio denegandam arbitrati fuerint, Cassa. decisione secunda, de dilatio. Quamobrem solet cautus procurator actoris simili iudicio propterea quantum potest, vt confestim aliquam spolij probationem faciat, ad dilationem seu remissionem excludendam, & ex diuerso etiam procurator rei, si cautus fuerit, vigilare soler, vt alijs probationibus & contrarijs coniecturis animum Iudicis ad concedendam remissionem propensiorem faciat, vna enim cõiectura aliam debiliorem summouet, l. diuus, de in integrum restit. l. nõ solùm, §. de vno. ff. de ritu nupt. & ex similibus præsumptionib. solent Patres animi motum ad denegandam, vel concedendam remissionẽ instruere, l. testiũ, §. ideoq; & §. sequenti, ff. de testi. cap. in præsentia, de renun. c. constitutus in fin. de fideiusso. Cassa. decis. 2. de dila.

Vsu quoque receptum est in sacro Palatio, vt in beneficialibus caussis ex natura caussæ remissoriam in prima & in secunda instantijs partes denegent, eamque duntaxat in tertia concedat, tametsi ex indulto bullæ Innoc. 6. de faculta. audito. Rotæ possent eam in quauis instantia concedere, nedum in prophanis, verúm etiam in beneficialibus caussis, idque omne ab eorum arbitrio pendeat, nec satis constat, qua ratione introductus sit iste vsus, nisi dicamus, quòd ex quo in beneficialibus caussis agitur de re, quæ in bonis nostris non est, sed tantùm nostræ administrationi commissa, & quæ tota à superioris gratia

tia dependet, & in cuius concessione is, qui concedit magis intendit, vel saltim magis intendere debet prouidere Ecclesiæ, quàm homini, cui beneficium datur, non fuit visum patribus propter interesse hominis de beneficio prouisi remissoriam, quæ dilatio est causæ expeditionem differre in præiudicium Ecclesiæ, quæ interim remanet in suspenso. Quod interesse Ecclesiæ, vtpote primùm in mente concedentis videtur præponderare interesse hominis de beneficio prouisi, cùm maximè possit homo, si remissoriam velit etiam in prima instantia habere, appellationi renunciet, promittatque stare vtcæ sententiæ, quo casu solet Palatium in beneficialibus etiam in prima, vel in secunda instantijs remissoriam concedere, quasi per renunciationem huiusmodi sit responsum Ecclesiæ pro breuiori expeditione causæ plusquàm referat dilatio cum ipsa remissioria concedi solita.

Quòd si natura causæ non repugnet, prout suprà diximus, sed patiatur remissoriam concedi, tunc videbit iudex si iuxta de causa petatur,
d quoniã si calumniosè peteretur, vel de calumnia aliquo modo suspicari posset, nunquam concederetur remissoria, Rom. consil. 273. Clarum est Felin. in c. de cætero. de re iudi.

Quamobrem traditum est pro dilatorijs exceptionibus alijsque à principali causa probandis, vtpote, si ad repulsam testiũ ex aduerso productorum & similia peteretur, denegandam esse remissoriam, ea ratione, quòd similes exceptiones videantur calumniam secum adferre, licet causam de probatio. gloss. in quibus caus. audi. testi. commi. in constitutionibus regni, vbi

And.

And.de Isern. in princ. Felin.c.1.de appellat.nisi fortè exceptiones,quæ ad repulsam testium darentur litem perimerẽt,veluti si testes ex aduerso producti dicerentur corrupti, vt falsum deponerent,text.in d.cap.licet causam, de probatio. vel si testes super recognitione instrumentorum & sigillorum inducerentur,non denegaretur enim hoc casu remissoria, tametsi huius recognitionis articulus videatur incidens esse à caussa principali, idque ea ratione, quòd nisi signa, sigilla, & notarius probarentur, ius partis producentis periret,Rota decis. 218. in no. licet pro instrumentis de fide instrumen.& hoc si nullo modo in curia recognosci non possent, Rota ibidem,& videtur durum,quòd per recognitionem sigillorum & instrumentorum remissoria detur, ex quo pro extrahẽdis ipsis instrumentis denegari consueuit per nota.in cap.1.de electio. libr.sexto,& in c.cordi de appella.eodem libro, Rota ibidem in princip. Quod tamen intelligas vbi pro extrahendis tantùm instrumentis peteretur,secus,e vbi articuli essent probãdi,partim per instrumenta,& partim per testes; quia tunc daretur remissoria pro omnibus, Rota decisione 248.in no.quando caussa de probatio. e

Eadem *f* quoque ratione consueuit * sacrum Palatium remissoriam denegare ei, cui semel concessa fuisset, Rota decis. 589. in antiqu.nota, quòd remissio de lit. remis. idque etiam si noui articuli,& in alia instantia producerentur de iure producentis, & super eis tãtùm peteretur remissoria, Rota decis. 215. in no. Si in prima instantia de testi.dilatio.& remissio.Idem si caussa semel in prima, vel alia instantia fuisset in f 3

partibus tractata & examinata, argumento tex. in l. de die, §. iubetur, ff. qui satisdat. cogantur.

g His g enim casibus videntur litigatores semel habuisse facultatem probãdi in partibus & tam id non fecerint, præsumuntur potius calumniæ caussa, quàm probationis fiendæ remissoriam petere. Quapropter si calumniæ suspicionem summouerent, non denegaretur remissoria etiam his casibus, quibus vel semel concessa, vel aliàs caussa in partib. semel tractata fuisset: finge eum, qui semel remissoriam habuit, vel caussam, aliàs in partibus tractauit, impeditum fuisse, quò minus vel remissoria vteretur, vel aliàs probationes suas faceret, & impedimentum probasse, non denegaretur enim sibi remissoria etiam iterato, Aegid. concluf. 427. In caussa de

i dilatio. i vtpote, si quis probaret testes metu noluisse testimonium perhibere, vel iudicem remissor æ simili metu, vel alia caussa testes non recepisse, vel aliàs facto maximè aduersarij se impeditum, gloss. in constitutionibus regni tit. in quibus causs. audi. testi. commit. Quod extenderetur etiam, vbi facto iudicis, vel impeditus quis fuerit, probationes facere, vel fortè, quæ factæ sunt non inseruirent, vtpote, si iudex nulliter attestationes recepisset, vtpote, si nó citata parte, vel alteri, cui non poterat, examen commisisset, vel aliàs nulliter receptæ fuissent probationes dolo, vel quauis negligentia iudicis, concederetur enim his casibus remissoria etiam, vbi semel concessa, vel caussa in partibus tractata fuisset, Aegid. concluf. 625. si habuit de probationibus.

Et generaliter * vbi vel propter naturam facti, vel

vel propter fumum probationis etiam nulliter, vt suprà diximus datum, vel denique aliàs calumniæ suspicio cesset, nō denegabitur petenti remissoria Cassa. decis. 3. de dilatio. cum temperamento tamen quòd is, qui remissoriam peterer, iuramentum præstet, quo iuret se non animo fruſtrādi aduersarium remissoriam petere, sed quia credit per testes in partibus cōmorantes posse intentionem suam probare, argū. text. in d.l. de die, §. iubetur, vbi hæc iurisiurandi formula à Iureconsulto traditur, ff. qui satisda. cogantur. Paul. de Cast. in d.l. iudices, C. de fide instr. & si his casibus aduersus iuris regulas etiam iterato concederetur petenti remissoria, multò* minus denegaretur prorogatio dilationis datæ pro expeditione iam concessæ, ac decretæ remissorię, prout semper similis prorogatio cōcederetur, vbi quæuis probabilis causſa allegaretur, ad ostendendum, quòd prior dilatio satis futura non esset, ad not. in d.c. 1. in quibus caus. audi. testi. commi. in constitu. regni. vbi præsertim Isernia, omni tamen casu, quo cremissoria vel concederetur, vel prorogaretur, *k* poterit vtraque pars tam ipsa remissoria, quàm eius prorogatione vti. l. proinde, C. de tempor. in integr. restitut. & tam in confessione, quàm in prorogatione eiusdem partis vocatio necessaria erit, Isernia d.c. 1. in quibus caus. audi. testi. cōmi. in constit. regni, nisi fortè ante confessionem remissoriæ, diuersa pars citata fuisset ad vidēdum admitti articulos ad probandam extra curiam, quia hæc admissio vim remissionis habet, & satis erit partem ad hoc citasse, Rota decis. 10. in no. fuit dubitatum, de fide instr. nu. 11.

k

Quòd si & natura caussæ, & alia omnia concedendam suadeant remissoriam, ac omnis calumniæ suspicio, vel cesset ex circumstantijs facti, vel probationibus etiam nulliter receptis summota fuerit, adhuc iudex videre debet, vtrũ
6 remissio in tẽpore petatur, quia * ante litis contestationem peteretur, denegari solet remissoria. Quod tamen intelligo, vbi essemus in causa in qualitis contestatio necessaria foret, & procederet etiam, si proponerentur testes valetudinarios esse, vel aliàs ex loco originis recessuros, vt ad remotas regiones se conferrent, Rota decis. 366. in antiq. Nota, quòd posito de remiss. literis. Quod nihilominus durũ reputat tibi collector, quasi videatur sibi magis ferendum esse, vt auditoris potestas per remissionẽ expiraret, quàm quòd interim periret partis probatio, qua ratione recipi possunt testes etiam ante litis contestationem, & aliàs etiam aduersus iuris regulas, prout notatur per omnes in cap. quoniã frequenter, extra vt lite non contestat. Idem in beneficiali caussa ante tertiam instantiam peteretur, nisi appellationi quis renunciaret, & promitteret de stando vnicæ sententiæ, prout suprà diximus, idẽ denique in quauis caussa beneficiali vel prophana, si peteretur ante terminum ad articulandum ritè ac rectè seruatum. Cassa. decis. 2. Dubitatũ de dilatio. nec à lapsu hoius termini quis excusaretur, sed suæ negligentiæ imputaretur, potuit enim præuidere, antequam terminus seruaretur, an futura esset sibi necessaria remissoria, & illam ex abundanti petere, & satis esset ante hũc terminum, quòd petita fuisset licet non obtenta, quamobrem consueuerũt

caussarum

cauſſarum patroni dum articulos dictant, & in eius principio petunt illos ad probandũ admitti, addere hæc verba, in Roma. Cu. vel extra, quę petitio ab hac mora litigatorem excuſaret. Non ignorabis tamen, quòd hodie rarò, vel nunquam hæc mora nocebit, ex quo inoleuit abuſus, quòd omnes terminos non ſua die, ſed antè & aliàs nulliter ſeruamus, & ſi nulliter ſeruatus fuerit, non oberit, intelligitur enim de termino ad articulandum ritè ac rectè ſeruato, quia quod nullum eſt, nullum præſtat impedimentum iuris, ad regulam, quod nullum eſt, & ita intelligit Palatium. Caſſ. d. deciſ. 2. de dilatio. Poſſet tamen obeſſe, vbi ſuperueniſſet reiteratoria *l* per quam omnis mala terminorum obſeruatio ſanari ſolet Caſſa 8. de reſcriptis numero 10. prout ſuprà titulo de exceptionibus, §. ſed decet, ſi vis excluſiua in alio propoſito de materia obiectiua, quæ ſimiliter ante terminum ad articulandum benè ſeruatũ dari debet, Rota deciſ. 708. Nota. quod ſi aliqua de artic. obiecti. 647. Nota, quòd ſi aliqua cauſſa eodem titu. 606. Dic, quòd ſtylus de materia obiecti. & 420. nota, quòd ſi in prima inſtantia eod. tit. omnibus in antiquis.

Cæterùm, etſi potuiſſem pleraque alia quæ à Doctoribus in hac ſpecie ſparſim tradita fuêre, hic congerere, cùm tamen res ipſa maius ocium deſiderer, nec tecum impræſentarium velim de re vnica, ſed de pluribus perfunctoriè loqui, cumq; Hercules Seuerolus prouincialis & collega meus non ſemel tantùm, ſed pluries pollicitus fuerit nobis in hac remiſſionis ſpecie referre tiſſimum tractatũ, ne ſibi videar velle, quaſi locũ præoccupare, viſum fuit iſthæc pauca tecum

dixisse, vt tibi ipsius rei principia duntaxat demonstrarem, cui rei tantùm abest, vt præter formulam processus, ac terminorum in articulo remissoriæ seruari solitam, de qua suprà titulo de obseruatione terminorum articulo remissoria diximus, aliqua etiã de processu, ac exequutione ipsius remissionis in partibus dicamus.

7 Qua* in re consueuit is, qui remissoriam obtinuit, vel eius procurator ad hoc legitimus literas exequutori in ipsis literis de partium consensu, vel aliàs iudicis officio deputato præsentare & instare, vt velit ad exequutionem literarum procedere, & pro eius exequutione locum audientiæ scribam ac nuncium deputare, quibus peractis si principalis aduersarius à loco exequutionis remissoriæ absit, idem instabit, vt nuncio committatur diligentia pro reperiendis procuratoribus aduersarij, si qui ex aduerso nominati sint, vel alijs, & vbi hæc diligentia facta fuerit, si procuratores reperiantur, cum eis procedendum erit, sin autem, poterit exequutor in processu exequutionis suæ aduersarium domi citare, si in loco domicilium habuerit procedendo iuxta formam traditam in cap. si aduersus, de eo, qui mit. in poss. & si non habebit eo in loco domicilium, poterit citari per edictum, prout in exequutione compulsoriæ docet Rota decisio. 10. in not. fuit dubitatum, de fide instrument. vel quia semper consueuimus ante relaxationem instrumenti remissoriæ citare aduersariũ, ad interessendum in loco saltim vel procuratorem, vel si ipse absit, procuratorem suum ad substituendum procuratores ad interessendum iuxta not. per Paul. de Castr. in l. iudices,

iudices,num.6.in fin.ver.item not.ex l. iudices, C. de fide instru. Solemus etiam in eadem citatione addere,aliàs ad videdum decerni processum per affixionem ad valuas Ecclesiæ maioris loci,& in obseruatione termini huiusmodi similem processum obtinere,& propterea non repertis principali, neque procuratoribus in loco per similem affixionem in processu exequutionis remissoriæ procedi tur aduersarium ad singulos actus necessarios sic citando,& si exhibendæ erunt scripturę,ac testes inducendi,procedes in omnibus, prout in iurium ac testium productione suprà diximus, in Roman. Cur. procedi solitum esse.

Sed dubium est remissoria concedi solet cum certa dilatione pro obtinente ad probandum,ac cum alia pro altera parte ad reprobandum testes pro parte obtinentis inducendos sub forma, de qua in c. licet circa fi. de proba. videlicet: Præcipimus magistris M. & P. vt testes, quos super hac exceptione pars duxerit producendum infra mensem recipere, ac examinare curent, & plenius etiam per Spec. tit. de teste, §. talis tali. An* satis erit in termino partibus dato testes inducere,& iurari facere,ita, vt post terminũ examinari possint, & quicquid de iure dici posset, seruauit, & seruat sacrum Palatium, vt possint nihilominus testes infra terminũ inducti, & iurati extrà terminum examinari ea ratione,quod examinatio quid facti sit,quæ etiã extra iudicium expediri potest,Rot.deci.24.in vltimis vtrũ duo mẽles de testi.& decis.588.in antiq. Not.si in remissione de proba.& 586. etiã in antiq. vtrũ duo mẽses de probat.& de testib. Spec.tit.de teste,§. 8

qualiter autem sint producendi testes.nu.13,ver. is quoque.

D 9 Et licet forma * remissionis sit, vt præmittitur ad recipiendum testes, poterit nihilominus exequutor in partibus recipere etiam responones partium ad articulos singulariter singulis fieri solitas,ac eorum confessiones, & legitimæ receptæ erunt. Imò non solùm poterit similes responsiones,ac confessiones à sponte respondentibus recipere,sed etiam litigatores monere, vt respondeant positionibus & articulis, ita, vti non responderint, pro confessatis habeatur,Rota decis.584.in antiq.Decreta remissione,de proba. atque confes. & in vltimis Bisignet. dec.14. incip.decreta.Et similiter de verbo ad verbum, & cum formula remissionis, qua vtimur in Ro. Cur. præcipiatur iudicibus in partibus vt super articulis, qui eis mittuntur inclusi recipiant testes,&instrumenta,ac quasuis alias probationis species poteris semper corã exequutore remissoriæ non solũ testes,sed etiã quæuis instrumenta producere.Rot.decis.suprà proximè allegat.

Io Verùm * quia posset difficultas esse coram eo in partibus,an debeat per seipsum,vel per alios examen testium recipere,de qua suprà tit.de testibus loquuti fuimus,formula remissionis hanc difficultatem summouet, qua sibi hæc facultas recipiendi examen testiũ per se aut per eius notarium, qui tamen de fide præstanda corporale præstabit iuramentũ,cuius iuramẽti tu memor eris in ipsa notarij deputatione, & cùm deinde facultas recipiendi testes non videatur posse extẽdi ad compellendũ ipsos Felin. qui alios allegat in capit.1.in prin.extra de testi.cogen.&non

rarò

rarò contingat, quòd teſtes in partibus ab examine ſe ſubtrahant, laudarem, vt in remiſſionis inſtrumento præter communem ſtylum adderetur hæc facultas, præſertim cum hodie rarò vel nunquam per Audientiam contradictarum, quę certas habet ſuarum literarum immutabiles formulas expediantur, ſed per manum notarij cauſæ actuarij ſub Auditoris ſigillo vigore ſpecialis commiſſionis, qua potes petere, vt alia quæuis facultas iuſtè concedenda in remiſſionis inſtrumento ſubdelegari poſſit, licet ego ſemper hanc expeditionem ſimilium literarū extra audientiam damnare conſueuerim, prout ſuprà ti. de audientia contradictarum dixi.

At vbi denique perfectus fuerit tam probationis, quàm reprobationis hinc inde reſpectiuè fiendæ proceſſus, is qui expeditionem cauſſæ, ac remiſſoriæ tranſmiſſionem deſiderabit, curabit aduerſarium ad videndum mandari collationari cum proprijs originalibus ea, quæ collationāda erunt, & intereſſendum, ſi voluerit, & parte præſente, vel ſi citata collatio fiet. Demum alia citatio fiet, ad videndum ſuper omnibus iudicis auctoritatem impartiri, & mandari omnia in rotulo remiſſoriæ introcludi, ac rotulum ſigillo iudicis obſignari, & obſignatum ad Rom. Cu. & iudicem, qui remiſit deſtinari & tranſmitti. Cuius citationis hora adueniente iudex ſuper omnibus auctoritrtem ſuam interponet, & alia faciet, iuxta præſcriptæ citationis, & partis petitionis formulā, & rotulo obſignato literas ſuas ad iudicem, qui remiſit miſſiuas reſcribet, quibus ſibi ſignificabit ſe literas remiſſorias recepiſſe, & iuxta illarum formam ad omnia ſibi cō-

missa processisse, & quòd de omnibus colligetum, & introclusum processum transmittit. & pro faciliori omnium recognitione bene erit, attestationem ordinarij de legalitate notarij (quam literam legalitatis vocamus) adhibere cias cum sigillo, & alijs requisitis, de quibus prà titul. de productione iurium ad saturitatem diximus.

ANNOTATIONES.

a Vnde eos.) *Testes* qui ad iudicium euocari non pos-*
11 *sunt, valetudinarij, mulieres, personæ egregiæ, de quibus in l. ad egregias, vbi Doct. ff. de iureiur. sunt tamen nonnullæ aliæ personæ, quæ ad deponendum cogi non possunt, quas habe. & cæteri enumerant in l. inuiti, de test. & alter Alex. in tract. de test. in c. qui testes non cog. test. Et cùm euocari ad deponendum in iudicio prædictæ personæ non possint, iudicis est, testium receptionem & examen committere, vt per Doctor. in dict. l. ad egregias, & habetur in decisson. Capell. Thol. 354. & sepràetiam diximus. Quod planè in ciuilibus erit intelligendum. Cumque d. l. ad egregias, in criminalib. haud sibi locum vendicat, vt sequent. dicemus annotatione, veluti cæteris, nec etiam arduis in causis, vt puta matrimonialibus, in quibus iudex testes examinare debet, nec alteri*

Com. opi. *ipsorum receptionem examenque committere, vt communis Doctorum est conclusio. Abbate affirmante in cap. si quis testium de test. quicquid econtrà Felin. dixerit in c. 1. num. 2. & 12. de testib. cogen. Cæterùm, quæ dicantur personæ egregiæ per omnes declaratur in sæpè citata l. ad egregias, per Fel. in c. si qui testium. Rota decis. 88. in no. Gomes. in variis. lieres, numero 46. de iudic. in 6. & Docto. in l. 1. ff. de offic. eius. & mihi videtur in hac facti specie dicendum esse arbitrio iudicis residere, per ea, quæ Dec. scribit in cap. sedes, numero 7. de rescript. vbi secundum communem opinionem,*

Com. opi. que

quænam personæ digniores dicantur, arbitrio iudicis committitur. Sed egregias * inter personas legum doctores non enumerari, nisi qui in auditorijs docent. nonnulli voluêre, inter quos Alex. d. l. ad egregias. Sed tamen aduersantium opinio, vt qui etiam non docent, egregij dicantur crebriore calculo recipitur, veluti Gomes præcitato loco & Prosp. Carau. super ritu magnæ curiæ vicariæ regni Neap. 142. num. 7. testatum reliquêre, & ita quoque Aretin. consultus respondit cons. 92. cui Ias. consentit in ea, quam citauimus lege ad egregias, nu. 10. Fulcitur hæc communis ex altera etiam communi conclusione, quòd Doctores dignitatis splendore præfulgent, veluti de ea meminit Felin. post Ioan. ab Ana. in c. quanto, numero primo, de magistr. Quam quidem communẽ opin. limitandam censeo, ne quaquam habere locum in doctore officium procuratoris gerente, cùm illud vile sit, vsque eò, vt nobilitas amittatur, l. vniuersos, & l. si quis in procurationem, & vtrobique scrib. C. de decur. lib. 10. Dyn. in cap. infamibus, de reg. iur. in 6. Bald. in l. inuitus, col. 1. de procu. & in rub. de offic. iud. Hinc est, quod regulariter infamibus officium procuratoris exercere iure ciuili non denegatur, veluti prodiderunt Accurs. Bar. & Bal. in l. 1. §. hoc edicto, ff. de postu. Tiraq. de nobil. c. 30. nu. 2. & Prosp. Carau. vbi suprà in ritu 100. Hoc tamen cum temperamento erit intelligendum, nisi statuto, aut vsu aliter receptum esset, sicuti Romæ, vbi primores etiam Iurisconsulti procuratoris munere fungantur, sicque sordidum in Vrbe haudquaquã tale munus est, sed nobile, quemadmodum aduocatorum est officium, l. prouidendum, C. de postul. & not Bal. præcitato loco. Cæterùm, * quoniam frequentius euenit, testes nec quidem egregias personas, aut valetudinarias in caussa nominari, verùm extra prouinciam degente, aut si in eã à iudicio tamen proeul habitantes, idcirco inualuit vsus, vt petenti literæ remissoriæ concedantur, in quibus iudici locorum testes recipiendi aliaque probationis species facultas datur atq; potestas, vt

12 Com. opi.

Com. opi.

13

Vestr.

Vestr. hic, cui quidem vsui maiorem in modum concinit Iu-
risconsulti sententia. in l. 3. §. vlt. ff. de test. & in l. sed si quis
ex signatoribus, ff. quemad. testa. aper. licet Io. Andr. in c.
præsentium, in gl. 1. de test. in 6. dixerit, quod in iudicis ar-
bitrio residet, an remissoriam concedere, vel ad se testes a-
uocare velit. Sed tamen contra eum est communis sententia,
Com. opi. vt Dec. testatur in c. quoniam, in 3. not. de test. vbi etiã Abb.
cùm remissoriæ literæ dari soleant & debeant, nec pontifex
vtitur (quamuis posset) ad se testes in alia prouincia commo-
rantes aduocare. Verùm Ioan. Andreæ opinionem procedere
posse arbitror, quando actor petit, siue reus, quia eorum inter-
est iustam allegantes caussam, testes coram iudice venire,
eorumque testimonium perhibere, deponuntque ipsi, aut eo-
rum alter, cui id expedire allegat, pecuniam pro ipsorum te-
stium expensis, per ea, quæ infrà dicam, ad quod conferunt
dicta per Affl. in consi. reg. Neap. Caussas alias, in 6. not. nu.
7. & per Ioan. Arno. caut. 93. Sed hac in re consuetudinem
dixerim explorandam esse, iuxta Iurisconsulti pronuncia-
tum in d. l. 3. §, vlti. Et ad propositam materiam receptionis
testium, siue delegationis vide Bart. in auth. apud eloquen-
tissimum, C. de fide instr. Bal. & Salic. in auth. sed iudex, C.
de episc. & cler. & Ias. latius congerentem in l. admonendi
in rep. nu. 187. ff. de ureiur. Sed nunquid testium receptio
notario committi possit, vel habenti iurisdictionem commit-
tere necesse sit, legas optimum textum in c. 2. de iudic. in 6.
Cæterùm,* cum mittitur aliquis extra iudicij locum ad ex-
14 aminandum, an communibus rei actorisque expensis mitti
debeat? non modica est certè altercatio. Alexandro enim et
nonnullis, vt ex eo est legere in d. l. ad egregias, visum fuit
ex æquo id negocium communibusque impensis fieri, velut
etiam cùm sapienti ad consulendum caussa committitur, vt
Bar. dicebat in l. si postulauerit in princ. ff. de adult. cui con-
sentit Anch. d. c. 2. Ias. verò ab hac opinione desciscit in d. l.
ad egregias, nu. 3. cum seq. pro quo facit text. in c. si testes, §.
venu-

venturis, 4 q.3. & c.statutum.§.pen.de rescript.in 6.& in l.quoniam,C.de test.vbi testes ad alicuius instantiam examinandi, suis sumptibus produci debent, quod & tradidit Specu.titu.de test.§.qualiter,nu.12.vbi Ioan.Andr.& hæc opinio verior est.Qua de re videas decis.Capell.Thol.274. & Boer.latè in decis.303.vbi quo ad egregias personas communibus impensis mittendum esse affirmat, sed cùm mittitur ad iurandum de calumnia, vel respondendum positionibus sumptibus ipsius absentis mittendum esse, eò loci Boer. nu.5.declarat.Et cum* testes in iudicio ad eorum testimonium perhibendum venire contigerit, eis sumptus subministrandi sunt,tam in veniendo, stando, quàm redeundo, verùm expensæ,quæ domi essent futuri deducuntur, d.c.statutum,§.pen.vbi glo.in verbo moderatas,& Doct.ac Ioan. And.citato loco,qui bellissimè loquitur,videbis etiam Host. in sum.de test.nu.7.Spec.tit.de recusa.§.effectus,versi.sed quis,& tex.in l. quoniam liberi,C.de test.& in authent.de test.§.quoniam,vbi Accurs.in verb.obseruantibus.Nic.Anton.Gravatius. 15

Non tamen passim.) Hoc adeò verum est,vt* si egregiæ etiam essent personæ, criminarijs in causis testium receptio non committatur,l.ad egregias suprà citata, quæ in criminalibus locum sibi vendicat,velut ibi Iaf.nu.7.& tradunt Gom.in c.præsentium.num.26.de test.in 6.Rom.sing. 397.personæ egregiæ,& Gomes.in d.c.mulieres,39.de iud. in 6. Nam hisce in causis arduis iudex,& non notarius examinare debet,sic docet glo.notabilis, quæ est pen.in c. constitutus, de fidei.ff.ea quippe ratione, vt animaduertat iudex,qua fronte testes deponant, & si veritatem occulere quærant,ac propter multa,quæ grauibus in negocijs euenire solent. Nam & si in omnibus,in magnis præmaximè causis iudicem prudentem,sagacem, atque circumspectum esse oportet,vt sic omnia oculis collustret. Hinc* pulchrè prodidere Arch.& Domi.in d.c.præsentium.Abb.& Felin.in c.si qui testium, b 16 17

testium, de test. quòd iudex, vrgente caussa, si si videbitur, testibus præcipere potest ad eum venire, etiam egregiæ si essent personæ. Fallit tamen aliquibus casibus, in quibus quamuis caussa criminalis sit, tamen testium receptio committitur, vt per Ias. in dicta l. ad egregias, vtputo si senes, valetudinarij essent testes, iustove impedimento detenti, aut mulieres, per l. 1. C. de offic. diuers. iu. Qua de re videas Capic. decisione 90. numero 7. Andr. Iser. in cap. primo, §. quod si veritatem, numero septimo. si de inuest. int. dom. & vas. Gram, cons. 41. nume. 26. Felin. in cap. cùm caussam, colum. antep. de test. vbi latè & Curt. in tracta. de test. conclu. 29. Aretin. consi. 82. Dec. in cap. quoniam, numero 4. de test. & in c. primo, colum. vlt. vers. postremò, de appell. vbi communem esse opinionem testatur, quòd etiam in caussis arduis (quando tamen testes de iure euocari non possunt, vtputa, quia senes, egregiæ personæ, & his similes) non est iudici arbitrarium committere testium examen, vel ne, quinimò hac facti specie illud committere tenetur: sicque literas remissorias concedere. Et huic opinioni se subscribunt Capic. vbi suprà, Ripa in l. 4. §. hoc autem. numero 52. ff. de damn. infect. Paris. in cap. quoniam contra, num. 148. de probatio. Verùm cum temperamento hæc communis sententia intelligenda erit, nisi iudex testes suspectos haberet, tunc etenim examen committere, non teneretur, ita bellissimè Afflict. prodidit in rubric. si de inuestit. feudi inter dom. & vasall. lis oritur, num. 64. ad cuiis intentionem conserunt dicta per Cassad. decis. 3. & seq. de dilat. vbi traditur, examen testium committendum esse, quoties ipsi à loco iudicij multum distant. Sed cùm ex caussa, puta infirmitatis, testium examen commissum fuerit, an probari contrarium ab aduersario possit, scilicet testes fuisse sanos, quòd non decidit Andr. Iser. præcitato loco, num. 8. Et ne dum in criminalibus regulariter locum habet, ne examen committatur, sed ciuilibus etiam in caussis dummodo arduis, vt non obscurè Hostien. in summa titu. de test. num.

Com. opi.

num.7.& Bald.in cap.1.colum.2.de contr.inuest. voluêre, quibus Ias.consentit in repeti.l.admonendi,num.188.de iureiur.Nico.Anto.Grauatius.

Eadem fermè.) *Adde etiam,quòd* * *remissoriæ literæ* c
nec in dilatorijs exceptionibus conceduntur sed in perempto 18
rijs tantùm,vt per Host.in c.1.vbi Felin.col. vlt. de appell. & Gomes.in reg.cancellariæ de non toll.iure quæst.in q. 10. Insuper nec dantur secundæ remissoriæ literæ, etiamsi primæ inualidæ fuissent, quando testes deposuerunt contrarium eius,quod probandum est, eorumque depositiones per petentē alteras literas remissorias in actis productæ sint,vt quando priores literæ culpa ipsius petentis fuerunt inualidæ, ita Aegid.decis.625.si habui,ver. hinc est. Vide & alium casum,in quo remissoriæ denegantur,quem Aegid.ipse adnotat decis.522.Quæ quidem remissoriæ literæ,si extra locum, in 3
quo partes cōmorantur fuerint concessæ,vna pars ad instantiam alterius citari potest in notabilioris loci ecclesia, vbi iudex remissionis deputatur, vt idem Aegid.tradit decisio. 368.Et * *quando remissoriæ literæ conceduntur, ita ipsi iu-* 19
dicis sunt arbitrariæ respectu loci & termini, veluti sunt in ciuilibus causis dilationes,teste Cassad.decis.3.num.1.de dilat.Cæterùm * *qui remissorias habuit,si illis ob negligentiā* 20
vsus fuerit,minimè sibi imputandum erit,nec aliam petens, audiri debet,etiam si ei dilatio ad eas prosequendas præfixa non fuerit.Aegid.decis.427.in causa,quæ vertitur.De quarum quidem remissoriarum materia, si tibi satisfactum velis,non te pigeat Spec.legere affabrè loquentem, & quibus in casibus fiant,qualiter,ac quando,in titu.de remiss. per totum.Nico.Anto.Grauat.

Quoniam si.) *Ad rem ipsam plurimùm conducit tex.* d
in l.si fuerit,ff.de iureiur.& in cap.nullus, de præscript.& 21
in cap.Christianus,11. qu.1. vbi * *qui iudicium diffugiunt de eorum iustitia diffidere præsumuntur, & tradidit Afflict. decis.13.nu.22.Vnde iure optimo cùm ob calumniam aliquid*

peti-

22 petitur, concedendum est minimè. Quinimò* calumniatores qui imposturarum genus intentatum non relinquunt, graviter puniendi sunt, vt in Pandectis & Iustiniano Codice peculiari titulo habetur, aduersus quos Demosth. in Orat. pro Corona, sic inquit: Mala res Athenienses, mala res est perpetuò calumniator, & vndique res inuidiosa & contentiosa, & idem in Orat. 1. contra Aristog. calumniatores, crudeles appellat, ipsosque veluti viperinam habentes naturam puniendos esse, admonet. Non iniuria ergo Agesilaus maiori odio calumniantes, quàm fures insectabatur, vt Brus. lib. 2. literis mandauit. Nicolaus Antonius Grauatius.

e Secus vbi.) Et hoc in themate, quando per scripturas probatio fit, testes facta etiam publicatione admittuntur, eas coadiuuandi caussa, & ad quandam concomitantiam, cap. series, de test. vbi Doct. & Affl. decis. 33. num. 4.

f Eadem quoque.) Adde Aegid. conclu. 625. Habui semel remißionem.

g Hi, enim.) Huc respicit, quod Pau. Cast. egregiè voluit
23 in l. de die, §. tutor, ff. qui satisda. cogan. cui Afflict. consentit in decis. 137. nu. 4. quòd si* pars, quæ in loco iudicij testes examinare potuit, illos examinari facere neglexerit, adeò quòd ipsi recesserunt, non potest deinde literas remissorias pro illis examinandis ad locum, vbi degunt petere. & memoriæ hoc commendandum esse, Castr. eò loci ait. Nico. Ant. Grauatius.

h Impeditum.) Sed quomodo* impedimentum probe-
24 tur, & an solo iuramento. Vide text. in cap. pastoralis, de exceptio. Bart. Alexan. & Ias. in l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caut. Felin. in c. ex transmissa de præscript. & Afflict. decis. 79. num. 2. Cæterùm, & si aliquando illud iureiurando probari posse, Doctores prodiderint: tamen contrarium si quis probare velit, admitteretur, vt per Innoc. in cap. quia propter col. pen. de elect. Sed tunc sciendum est, impedimentum excusationem præstare, quoties adscitum, siue affectatum

fue-

fuerit, l 3. §. subuenitur. ff. ad Senat. C. Syl. vbi Rom. Specu. & Ioan. Andr. in acceßionibus ad eum titulo de cit at. §. 1. versicu. item quod vocatus, Doct. in d. l. 2. §. vlt. & Felin. qui longè lateque hoc comprobat in cap. vltim. de test. & Sylues. etiam Aldobran. in §. item tria in 7. limit. institu. de excus. tut. Sed an impeditus protestari teneatur, Afflict. legas distinguentem in decis. 50. numero 3. cum sequen. atque Beer. decis. 49. num. 5. vbi egregiè, & de communi opinione testatur, quòd citatus non solùm impedimentum probare obstringitur, ob quod comparere non potuit sed suam etiam fecisse diligentiam probare tenetur. Qua de re videas Mynsin. Cent. 3. obseruat. 59. vbi communem esse doctrinam ait, quod ad hoc, vt impedito ius suum sduum sit, protestatio necessaria est, hanc tamen communem trifariam temperat post Innoc. in c. plerunque de rescript. Card. cons. 128. in quæstione, quæ vertitur inter Andream, & Fel. in c. venerabilis, nu. 7. de iudic. videas ibi. Nicolaus Anto. Grauat. Com. opi. Com. opi.

Vtpote, &c.) Iure quidem hoc est. Nam * impedito per moras, & dilationes aduersarij præstitutum tempus, si- 25
ne dilatio, non currit, l. si cùm ipse, vbi Bart. Bald. & Alex. in add. ad Bar. ff. de excus. tut. idemque Alexan. in cons. 71. lib. 5. Cyn. Bal. & Salic. in l. vlti. C. de adult. Bart. & Bald. in authen. clericus, C. de episc. & cler. Ias. consil. 10. & 35. in 2. dub. libr. 1. Soc. consi. 31. libr. 1. Felin. in cap. venerabilis, de iudic. Maran. in praxi, in 5. part. numero 30. & Afflict. decis. 50. vbi * quòd si pendente termino impedimentum su- 26
perueniat, tota dilatio reintegrari debet, eundemque etiam videas decis. 210. numer. 4. cum seq. & Dec. in cap. ex ratione de appell. Sic * etiam tempus ad probandum non labitur 27
dum, an vel ne, articuli, an positiones admitti debeant, disputatur. Bal. per illum tex. in l. quamuis. ff. de acq. hæred. glos. & Gemi. in c. cupientes, §. quod si in versi. videbitur, de electio. in 6. Idem in dilatione pendente ad respondendum positionibus, vel dicendum de impertinentibus. glo. in clem. sæpè

in versi. post dilationem, de verb. significa. Bald. in l. vltim. ff. de fer. idemque dum super personæ legitimatione ante litis contestationem deputatur Bald. & Alex. in l. propter ad dum, in princ. C. de iudi. Itidem quando dilatio labitur propter inducias rei l. 2. §. pen. eo. tit. Similiter, vbi tempus prestitutum parti ad aliquid agendum culpa aduersarij ipsius que malitia labatur frustratorias dilationes petentis. Bart. in l. intra vtile, ff. de minor. & in l. petendæ, C. de temp. in integ. restitu. Ioachim. Mynsing, qui hæc latius explicat in sing. obseru. in Cent. 2. obseruat. 99. Nico. Anto. Grauat.

k 28 Poterit vtraque.) Accedant ad hæc, quæ Specu. tradit tit. de dilat. §. vlt. versi. in summa. vbi Ioan. And. multa congerit, quod * actor dilatione reo concessa vti potest. Intelligas tamen, vt ibi, nisi dolus interuenisset. Nam qui dolose egit (vtputa) ne in loco examinaretur, nequaquam remissoriæ, aut prorogationis termini particeps esse debet: aliàs ei dolus patrocinaretur, quod quidem absurdissimum est, cæterùm si fraude, aut machinatione careret, vtique ipsius rei dilatione vteretur, vt proditum est à Bart. Pau. Castr. Alex. atque Ias. in l. 1 §. nunciatio. ff. de no. op. nunc. & ab Afft. in dec. 110. nu. 6. Nic. Anto. Grauat.

l Per quam.) Vide Vant. in tract. de null. in titu. de null. sent. quibusmod. sent. null. nu. 25. vbi latè.

m An satis erit.) Ad hoc respicit, quod præcedenti c. sub litera Z. diximus.

n 29 Et licet.) Sed an * exequutor, siue delegatus ad testes examinandum, cognoscere possit, vtrum articuli, vel testes sint admittendi, vel ne. Ex Felin. dicendum videtur, quod non, in c. cùm caussam, numero 30. de test. cui auctor consentit præcedenti cap. in verbo ad videndum committi, versic. nihilominus, cùm ad iudicem hoc trutinare pertineat, nec etiam testimonia publicare potest, illa etenim ad delegantem obsignata mittere debet, ad quem eorum publicatio spectat. Bart. in l. cùm ab initio, prope fin. ff. quemadm. test. ape. po-

terit

terit * tamen ille, cui nuda testium receptio est commissa, 30
eos super contingentibus & connexis interrogare, vt per Innoc. in c. cùm Bertholdus, in gloss. in verb. alijs, ad fin. de re iudic. & Ias. in l. cui iurisdictio, num. 8. ff. de iurisd. om. iud. Poterit & insuper protestationes contra testes recipere, verum super illis testes examinare non permittitur, ita decidit Innoc. in c. licet tanquam, vbi Bald. colum. 3. de probat. quos Ioss sequitur præcitato loco, vbi etiam, num. 11. quod * non po- 31
test recipere confessionem partis, per ea, quæ Gemi. voluit, in cap. præsentium, 9. testes, colum. 11. de test. in 6. qui concludit contra decisio. Rotæ, 379. Quòd si Papa committat, vt qui testes & instrumenta recipiat, non intelligitur, quòd partis confessionem recipere valeat, & ad hoc multa Ias. eò loci allegat. Sed hac in re vide as Felin. post Abb. in cap. primo, numero item primo, de test. cog. qui distinguere videtur, quòd si iudex notarium testes ad examinandum mittat, cùm tunc nuncij officio fungatur, nullam ipse iurisdictionem habeat, sed nudum tantummodo mysterium. Cæterùm, si simpliciter receptionem testium committat; tunc ille, cui iniungitur, quia nuncius dici non potest. sed iudex, siue cognitor, iurisdictionem in commissis habebit. Sciendum est etiam in hac materia, Pontificis subdelegatum * testium receptionem subde- 32
legare non posse, antequam illi fuerint citati, eorumque iuramentum receptum, atque discussum. testes sint vel ne examinandi, vt per Innocent. & cæteros in dicto capitu. cùm Bertholdus. Gloss. in clemen. vna. de offic. delegat. & Rota decisione 280. item si auditor datus in rubric. de test. vbi etiam quòd de partium consensu subdelegare non potest. Cæterùm, * delegatus ille, cui testium tantùm receptio com- 33
missa fuerit, poterit, quinimò tenetur partem aduersam ad videndum ipsorum iuramenta citare, vt Anton. Butr. prodidit in capit. constitutus, in quarta notat. de appellat. cuius consectator est Decius in capitul. in nomine Domini, in quarta ampl. numero vicesimo primo, de test. Dixitq; Abb.

34 in cap. cùm Bertholdus, de re iudica. quod * si is, cui causa est testium receptio. subdeleget alium ad testes examinandum parte reluctante, tunc examen est nullum, falli tamen, si partes expreßè, vel tacitè consentiant, aut si duobus pluribusve examen commissum fuerit coniunctim vel diuisim, & vnus ita subdeleget, quia sustineretur examen, vtcunque pars contradixerit, & dißimulatur hæc nullitas, ea ratione, ne vtile per inutile vitietur, veluti sic fuisse in Imperiali camera decisum, testatur Ioach. Mynsing. in suis singul. obseruatio. in Cent. 3. obseruat. 41. Nico. Anto. Granat.

LIBER VII.

DE CALCVLO FERENDAE SENtentiæ, allegationibus facti, vel iuris, & ipsius sententiæ prolatione.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 Regestum cur sic dictum, & num. 19.
2 Regestum notarius facere non potest, nisi partium mandato.
Salarium regesti quando procurator soluere tenetur, eod. num.
3 Præceptum nulla præcedente causæ cognitione nil valet, nisi adesset clausula, si censeret se grauatum, compareat.
4 Publicatio testium quando in Romana Curia petiti soleat.
5 Terminorum mala obseruatio, processum desectum quando seruari possit.

6 Cita-

6 Citationis defectus, etiam per expensarum refectionem insanabilis est.

7 Ius nouum si in caussa superueniat, quid à cauto causæ patrono agendum sit.

8 Expensæ an reseruentur in fine litis in processus sanatoria.

9 Dubia quando litigantibus dari soleant.

10 Iuramentum suppletorium semiplenè probanti datur.

11 Sententia pro excommunicato ferri non potest.

12 Stylus siue mos pronunciandi prout in cedula.

13 Sportulæ an licitè capi à iudicibus possint, & nu. 31. & 32.

14 Sententia conformis libello esse debet.

15 Dilatione pendente, non est sententia ferenda.

16 Interloquutoria reuocatur per solitas repositiones, quæ fieri solent, & num 33.

17 Iudex interloquutorias reuocat ante sententiæ prolationem.

18 Notarius potest clausulas consuetas extendere, licet illæ non fuerint expressæ, & nu 34.

20 Auctorum editio non debet fieri à notario, nisi iudice mandante.

21 Preceptum cum clausula, si senseris te grauatũ, &c. an sit interloquutoria, & de eius virtute.

22 Actorum exemplum, & non exemplar edendum.

23 Iudex appellationis an possit mandare, vt exemplar siue originale ei transmittatur.

24 Iudicis officium quale.

25 Excommunicatus in iudicio agere non valet, sed

se defendere vtique potest, limita, vt numer. 28. & 29.

26 *Procurator si est excommunicatus, iudicium est nullum.*

27 *Excommunicatio vnde ortum habuit.*

30 *Conclusio in caussa an sit de substantia.*

31 *Iudices debent esse contenti propriis stipendijs, nec sportulas capere.*

32 *Consuetudo capiendi sportulas, an excuset iudices.*

33 *Iudex suam interloquutoriam quibus casibus reuocare non potest.*

PRobationibus iam expletis solent litigatores, vel saltim eorum alter, qui magis victoriam speret ad caussæ expeditionem properare, verùm, cùm rarò, vel nunquam degustent patres caussarum merita donec instruuntur, tametsi in eis quotidie interloquantur, prout natura ipsius instantis actus, qui dictim geritur, expostulat, modò de omnibus instruendus est iudex, & pro commodiori eius instructione, ac etiam, vt litigatores, vel eorum sollicitatores possint ad nos, quorum consilio & opera in hoc statu caussæ plurimùm indigent, veniuersam caussæ historiam afferre, mos inoleuit, vt omnia, quæ apud actuarium hactenus gesta sunt, & quæ ipse in memorialibus suis obsessim, cum alijs caussis, & in diuersis etiam codicibus ac filzijs, vel etiam sacculis iuxta cuiusque ipsorum stylum & obseruantiam adnotat, & custodit in vnum codicem explentur, quem

a *regestum a quasi res gestas continens vocant, quòd*

quod * tamen regestum non potest notarius facere, nisi de voluntate seu mandato partium vel alterius ipsarum, & quando fiat communis vsus, obligat litigatores principales, & eis absentibus, quasi in subsidium etiam ipsorum *b* procuratores ad mercedem eidem notario ratione regesti, & aliorum debitam. Rota decisione 303. in not. licet procurator de procur. Quæ merces in quouis Auditorio ad certam quantitatem taxata est, supra quam aliquid à partibus exigere eisdem non licet, imó consueuerunt ex præscripta quadam eorum vrbanitate, quam vulgò gratiam vocant, sponte soluentibus semper aliquid de taxa remittere, contra verò morosos in soluendo ab altera parte ratam eis tangentem, prævia tamen monitione ad soluendum recipere, non tamen solutionis, sed depositi nomine, idque (vt opinor) vt is, qui ratam alterius soluit, possit illam via magis fauorabili, & exequutiua ab aduersario recuperare. Ideo solet is, qui pro expeditione causæ instat mandare notario causæ actuario, vt omnium actorum regestum conficiat, & vna cum simili mandato semper aliquid pro arra mercedis suæ eidem notario dare, & interim monitorium obtinere cum clausula iustificatoria si quis senserit, &c. contra aduersarium principalem, si adsit, ac etiam procuratorem obtinere, quo sibi iudex iubere solet, vt de rata mercedis notario debitæ parti sui tangente infra tres dies satisfaciat, quo termino triumdierum elapso solet is, qui monitorium obtinet, ratam mercedis notarij aduersario tangẽtem penes ipsum notarium sub nomine depositi consignare, & notarius cedulam receptionis

a

b

nis dicti depositi soluenti manu sua conscriptã facere consueuit, quæ postmodum apud ordinarios iudices paratam contra aduersarium executionem habet. Tu igitur si ad hoc monitus fieris, & putaueris te aliqua exceptione tueri posse, vtpote, quòd principalis in Roman. Cur. adesset. Rota dict. decis. 303. in not. vel alia eam infra dilationem trium dierum monitorio adiectam propones coram iudice, qui monitorium decreuit, nec aliàs expectabis dictæ dilationis lapsum & depositum apud notarium ex aduerso fieri, quia post dilationem monitorio adiectam non audieris, sed monitorium veluti iudicis præceptum exequutioni demandabitur. Et ita receptum est vsu, contra quem ego semel contendi etiam in casu, quo exceptio licet post dilationem, ante tamen factum depositum, & re adhuc integra proposita fuerat, & responso per iudicem à practicis habito, (quod stylum vocant, quoque solent ij, qui in foro diu versati fuerunt, de eo, quod viderint in foro seruari attestari) succubui. Nec * iste vsus ab ipsa lege, vel saltim consuetudine scripta abhorret, quoniam Doctores attestantur istam consuetudinem Roma. Cur. vt à similibus à præceptis iudicium inchoari liceat Abb. in cap. ex parte verbo significet, qui dicit, quod licet ante similia præcepta nulla præcesserit litis contestatio, neque caussæ cognitio, non tamen habet monitus iustam de eo conquerendi caussam, ex quo fiunt c cum clausula, quòd senserit se grauatum compareat, & comparendo potest illud ad terminos simplicis citationis reducere, & non comparendo videtur debitum, pro quo monetur fateri, meritò contra ipsum, vtpo-

vtpote confessum exequi poterit, & attestatur istam practicam pro faciliori iudiciorum expeditione adinuentam fuisse in Rom. Cur. nec post tempora audiretur monitus volens negare, & litem contestari, Rot. decis. 540. in antiq^a. Vtrum præceptum de litis contesta. Aduersus tamen hunc rigorem solent ordinarij, vbi extra casum mercedis notarij similia præcepta, seu monitoria fiunt, reum etiam post tempora monitorij, ac etiam post decē dies ad appellādum comparentem, etiam negare velit ex eorum quadam benignitate audire atque admittere.

At *d* vbi satisfactum sit notario, solet ipse regestum partibus, vt videant, commodare, etiam ei, quæ non soluerit, vbi enim sibi satisfactum sit, non quærit à quo, & regestum passim vtrique parti concedit, non tamen principalibus ipsis si adsint, sed eorum sollicitatoribus sibi benè notis, & quandoque etiam non nisi eorum procuratoribus egregijs, & vbi regestum receperint, solent litigatores ipsi, vel eorum sollicitatores, si modò rebus suis benè prospicere velint, illud procuratori suo, quem sibi ex nostrum numero delegerint, afferre, vt vniuersam causæ historiā videamus, & pro habenda victoria operam nostram præstemus. Qua in re consueuimus primùm acta ea, qua possumus diligentia videre, & exinde naturam intentati iudicij, & quæ vtrique parti incumbant iteratò speculari, & si actoris partes sustinemus, si eius intentionem, si verò rei, si exceptiones, quibus nitimur actorem refellere, benè fundauimus, & si in hac causæ discussione comperiamus aliquam probationē nobis deesse, curamus eam suppleri siue scri-

d

pturis, siue testibus fienda sit, solentque Patres ex eorum quasi præscripta benignitate, iura noua, materias, testes ferè semper recipere, etiam si conclusum esset in causa. Aegid. concluſ. 40. Articuli de proba. & concluſ. 745. concluſ. de testi. in integ. prout suprà sæpius diximus.

4 Quòd * si probatio in testibus consisteret, cum depositiones testium sub secreta custodia teneantur, nec consueuerint in Ro. Cur. cauti causarum patroni petere, vt publicentur, nisi in tertia instantia, & tunc quoq; nisi cùm ipsa terna sententia immineret, & hoc, vt facultas non probata probandi, (quæ in pluribus vtilis esse potest) vsque ad finem nobis conseruetur, consueuerunt cauti causarum patroni apud Auditorem suæ causæ esse, & secum de meritis causæ differendo præsupponere se in probatis esse in his, de quibus maximè dubitent, vt his præsuppositis, pietatem iudicis prouocent. Solent enim Patres, præsertim à nobis sic lacessiti in hoc nobiscum benignè agere, & aliquid nobis ex testium depositionibus exprimere, saltim in genere, nos admonentes, quòd non sumus in probatis in hoc vel in alio capite, & vbi de probitate procuratoris magis confident, apertius loquuntur, & quandoque depositionem alicuius testis in eo articulo, in quo probatio sua deficeret, vel in quo diuersa probatio afficere videtur, sibi legunt, sicque in hoc, & plerisque aliis, solēt Patres probitati nostræ quandoque deferre, nec propterea de hoc arguendi sunt Patres, quasi hoc fiat ad maiorem veritatis indagationem, ne temerè in causis inducent, idq; non nisi cum his, quorum probitatem sæpius experti fuerint,

fuerint, in quibus omnis subordinationis timor cessare videtur, cuius ratione duntaxat testium depositiones secretò custodiũtur, memores præsertim, quòd lex ipsa ob similem testium, quasi transitoriam ac mutilatam lecturam, non solet subornationem expauescere, & nihilominus vlteriores probationes admittere, etiã ab ijs, quorum probitas probata non esset, prout latè Doctores omnes, & post omnes Felinus in cap. vltra tertiam, colum. 1. in princip. num. 1. extra de testi. Imò f magis damnanda est nimia in iudicando facilitas eorum, prẹsertim, si qui prouentus magis, quàm veritatem affectantes rebus plerunq; suppressis sententias temerè non minus, quàm fulmina iaciant, ignorantes quidni quam grauior sit futura aduersus ipsos: Dei optimi maxi. iustitia, ac tantæ impietatis diuina vltio, nec satis memores cõminationis Hieremiæ, qui aduersus eos hisce verbis proclamat. Væ vobis, qui iudicatis terram, quoniam iudicabimini. Et vbi explorauimus, in quo deficiat probatio nostra, vel aduersa nobis obsit, necessitati caussæ nostræ, quibus possumus remedijs occurremus, antequam caussa reliquis Patribus in auditorio confertur, seu (vt aiunt) in relationibus ponatur.

f

Verùm * si non de probationibus meritisúe caussæ, sed de processu, ac ordine iudicij dubitemus, aut talis est defectus, qui per terminorum reiterationem sanari potest, & tunc de eo nõ curamus, quia in ipsa petitione sententiæ petimus quoque ad terminorum reiterationem admitti in vim, vel innocentiæ bullæ, vel specialis commissionis, & vtraque via sanatur omnis mala ter-

5

la terminorum obseruatio. Cassa. decis. 10. de re-
scri. aut processus in alia deficit, vel si etiam in
ipsa terminorũ obseruatione peccet, taliter tu-
men, vt simplex reiteratio satis futura non sit, si
defectus vlterius procedendo suppleri possit
supplemus, sin autem solet Signatura dare com-
missionem sanatoriam, processus nulli, vtpote,
si parte absente, & minus legitimè citata proce-
sum fuisset, & Signatura rescribit pro sanatione
processus, vt præmittitur facti cum clausula ta-
men parte legitimè citata, quæ clausula impor-
tat, vt ex illo processu non possit aliter iudicari
6 nisi pars legitimè citetur, idq; * ea ratione, quod
citationis defectus etiam per refectionem ex-
pensarum insanabilis reputetur tex. in clem. pa-
storalis, versi. cæterùm, de re iudi. Staph. car. 141.
ver. postremo, nisi fortè citatio non fuisset in to-
tum omissa, sed citatus fuisset aduersarius, defe-
ctus tamen esset circa illius exequutionem, vt
quia minus legitimè exequuta fuisset. Daret e-
nim hoc casu Signatura commissionem sanato-
riam, sed cum alia clausula, dum tamen sic cita-
tio nulliter exequuta ad citati notitiam perue-
nerit, cui clausulæ satisfactum erit, quoquo mo-
do probetur hæc notitia, dum tamẽ plena & cer-
ta, text. in clem. causam in fin. de electio. Roma.
consil. 360. Rota decis. 271. in not. si de speciali
mandato, de dolo & contu.

7 Quòd * si non reiteratione terminorum, ne-
que processus sanatione, sed eius extensione po-
tius indigeamus, vtpute, si diu tecum egissem, &
processu iam facto, (& quidem validè) ius no-
uum mihi superueniret, vellemque ex eo obti-
nere. Tunc cautus causæ patronus commissio-
nem

nem impetrabit, qua Signatura reſcribere ſolet, vt ex eiſdem actis & proceſſu ſuper hoc nouo iure iuſtitiam faciat, Staphi. car. 148. à tergo, immò, quia in cauſſa beneficiali cenſentur litigatores à principio deducere omne ius, quod competit, vel competere poteſt, capitu. ſtatuimus, de electio. in 6. iſta ratione ſeruat Palatiũ, quòd in beneficialibus ſuper hoc nouo iure quandocunque etiam poſt concluſionem in cauſſa, dum tamen ante ſententiam ſuperueniente abſque aliqua terminorum, vel prioris proceſſus reiteratione, vel extenſione, ſi per hanc nouam gratiam de bono iure meo, conſtaret, iudicari poſſet, Aegid. concluſio. 162. ſi ex gratia. Quo tamen caſu, ſi altera pars dilationem ad partes peteret, daretur, vt poſſit venire inſtructus ad proponendnm exceptiones, & defenſiones ſuas reſpectu iſtius noui iuris argumen. text. in dicto cap. ſtatuimus, in fin. &c. vt circa de electio. in 6. in cap. paſtoralis, reſponſo de exceptio. Aegi. dict. concluſ. 662. Et vbi* ſanatoria proceſſus peteretur, ſi modò cauſſa beneficialis ſit, dari ſolet, quandocunq; ante ſententiam abſq; aliqua expenſarum refectione, ſecùs, ſi prophana ſit cauſſa, in quibus ſimiles commiſſiones ſanatoriæ dari non ſolent, niſi cum clauſula refectis expenſis, cui ſolent cauti Procuratores addere hæc verba, ſi quæ de iure reficiendæ veniant, & hoc niſi fortè impetrans poſſet narrare paupertatem, quo caſu loco præſcriptæ clauſulæ dari ſolet alia reſeruatis expenſis in fine litis, cui nihilominus conſueui ſemper eadem addere verba, ſi quæ de iure reficiendæ veniant, ne ſi orator ex aliquo legis capite poſſet ſe ad expenſa-

rum

rum refectione tueri, id sibi propter præscriptas preces minus liceret. Staphil. car. 147. & sequenti, quæ expensæ quando reficiendæ veniant & quid, quantum, & quando hæc reiteratoria, sanatoriæ, ac extensiuæ commissionis remedia operentur suprà titulo de reiteratione terminorum, vtpote, suo in loco fusius loquuti fuimus.

Reuiso ac iuxta eius exigentiam restaurato iam processu is, qui actoris partes agit, videbit, quòd sibi velit, & qualiter possit id ex actis obtinere, ac de omnibus breui sua informatiuncula de ipso facto tantùm iudicem instruere curabit, ex diuerso altera pars studebit, quo pacto actoris aduersarij intentionem refellere possit, & exactè simili informatione facti de omnibus iudicem admonebit ambo in scriptis, & vbi alter ex litigatoribus rem differret, solet is, qui pro expeditione instat negligenti per cursorem intimare, qualiter Auditor habet negotium in manibus animo expediendi causam, vt sic interpellatus, vel veniat, vel auditor visa eius negligentia causam etiam eo non aliàs audito expediat, qui vbi sibi videtur causæ tuæ operam dare, acta omnia videt, informationes sibi à partibus datas legit, partes iterum atque iterum audit, rarò tamen in contradictorio, sed vnam seorsum ab altera. Et re ad saturitatem intellecta, historiam facti ipsius causæ vniuersam, ac difficultates, quas ipse sentit reliquis partibus in auditorio fideliter cõfert, vel saltim conferre debet, & causa sic in auditorio relata. Patres quandoque difficultates, vtpote non probabiles non admittunt, causamque pro altera parte expediendam notant, quandoq; etiam deeis-

dem,

dem, vel potius de alijs ipsi dubitant, & Auditorem causæ ponentem instruunt de his, in quibus dubitant, & pro quorum dissolutione debeat dubia litigatoribus dare, & aduocatos admittere. Quandoquidem non consueuerunt antiqui Patres dubia litigatoribus dare, nisi vniuersa causæ historia in auditorio relata, & nisi ea, in quibus Patres dubitarent, sicque rarò vel nunquam, nisi de his, in quibus sapientes dubitarent, non disputabatur, & causæ melius intellectæ citius & sanctius expediebantur. Nostris verò temporibus rarò vel nunquam vniuersa totius causæ historia in auditorio simul, & semel recensetur, sed sigillatim, quantum ad cuiusque dubij, de quo disputetur, dissolutionem pertinet, nec disputamus ea, in quibus Auditorium, sed in quibus vel auditor ipse, vel quandoque etiam in quibus indocti & importuni causarum patroni dubitant, quorum importunitati Patres ex eorum benignitate nonnunquam deferunt, licet quandoque protestetur, quòd si in hoc eis morem gerant, caponorum impensam ferrent. Est enim caponorum impensa certa pœna, quam auditorium ei auditori, qui non probabile dubium partibus dedisset, disputandum non exigit, sed iocosè potius comminatur, quasi hoc fuerit inter patres, aliàs semel vel pluries seruatum.

Generaliter * verò dubia litigatoribus dari § solent, ad effectum, vt aduocatos consulant, & allegationes suas tam iuris, quàm facti deducãt, semper cum competenti dilatione, vt possint aduocatos consulere, & interim etiam Auditores ipsi allegationes videre valeant, & semper dari

dari consueuerunt illa met die, qua fuit audientia, vt potè, die Veneris, pro proxima die Lunæ, & die Lunæ pro proxima die Veneris, & quando dantur nobis dubia die Veneris, solemus informationes Auditoribus dare sequenti die Sabbati, & quando dubia dantur die Lunæ, informationes Auditoribus dantur die Mercurij semper in scriptis, vna scilicet facti, quæ à Procuratore, altera iuris, quæ aduocato dictitatur, & non solùm dantur auditori ipsius causſæ, sed omnibus, estque hic informandi modus admodum litigatoribus vtilis, & tam auditoribus, quàm causarum aduocatis & patronis longè minus laboriosus, quàm esset alter informandi in voce proximè antiquatus, quo torquebantur omnes continua pœna cũ graui tẽporis dispendio. Tu g igitur, vbi auditor acta viderit, studebis à re ipso difficultates causſæ reassumere, vt rarò, vel nunquam dubium habeas dissoluendum, quod prius non fueris præmeditatus, & pro cuius dissolutione non fueris benè instructus, vt vbi dubium habueris, possis pro temporis angustia facti informationem adeò tempestiuè dictitare, vt illam eadem die possis ad aduocatum (cuius opera vteris) transmittere, vtque ipse de facto benè instructus melius valeat de iure respondere. Quandoquidem non ignoras ex facto ius oriri, l. si ex plagis, §. in cliuo, ff. ad l. Aquil. minimamque facti mutationem maximam esse iuris e l. si is, ff. de excu. tut. cũ simi. In quibus informationib. dictandis, tametsi meri facti sint, plurimùm iuuaberis, si legum suppellectilem habueris, satis enim non est facti historiam recensere, sed duntaxat recensenda sunt ea, quæ ad dubi-

tationem,

tationem, de qua disputatur, attinēt, & quæ pro victoria expediunt, quæ fine legibus seligere haud facilè poteris. Immò solent procuratores, qui leges callēt suis informationibus, si factum pro victoria dubij necessarium deducere, vt ex eius narratione iuris conclusiones claræ resultent, tantumque absit, vt auctoritate legis, vel Doctorum comprobentur, quia in re non potest certa dari regula, nisi, quòd in ipsa facti cōsideratione secum etiā studeas studio quodam non resolutiuo, quod ad aduocatum pertinet, sed aperitiuo duntaxat, quantum tibi operanti viam monstret, ad victoriam. Quòd si non studueris, vel studendo non intelliges, plerunque saxum, vel sacrum offendes.

Relata in auditorio caussa, ac propositis dubijs vnusquisque votum suum pro decisione dubij profert, præterquam Auditor, qui caussam audit & proponit, qui merus est relator, in relatore tamen res valdè residet. Is postmodum vota patrum recipit, & illis acceptis iuxta pluriū vota ad petitionem alterius, & quandoque etiam vtriusque partis sententiam promulgare solet, ad quem actum consueuit similis citatio fieri. Citetur N. &c. ad videndum reiterari omnes terminos substantiales vnicis contextu & audientia in vim Innocentianæ bullæ, si eius vigore duntaxat velit pars instans terminorum obseruationem (semper minus rectè factam) sanare. Quòd si vigore specialis quoque commissionis desuper præsentatæ addere solemus citationi, ad dicendum contra commissionem vltimò præsentatam & videndum reiterati omnes terminos substantiales vnicis contextu & audientia

dientia iuxta eius formam. Quibus malam terminorum obseruationem sanamus, prout supra diximus. Et ne quandoque probationes nostræ
10 satis plenæ non essent, cum * de iure minus plenè probanti iuramentum, quod suppletorium vocamus, regulariter deferri potest, & vim probationis habeat Ludoui. & Alex. in l. 3. §. dato, ff. de iureiu. Sali. in l. in bonæ fidei, col. antep. ff. de rebus. cred. Bart. & alij communiter Ias. præsertim in l. admonendi, ff. de iureiur. Solemus ac in eadem citatione partem citare, & ad videndum deferri iuramentum in supplemẽtum semiplenæ probationis. Amplius *h* ne si is, * qui pro sen-
h 11 tentia instat, aliqua excommunicatione innodatus esset, cùm de iure non possit pro eo salium adiudicatoria ferri, Rota decisio. 194. in not. pro reiexcommunicato de re iudi. tunc eidem citationi addi solet, & ad videndum infrascriptum instantem ab omnibus censuris, si quibus innodatus foret, ad effectum validitatis
i sententiæ absolui. Item *i* cùm de iure concluso debeat præcedere sententiam. Dicimus quoque eadem citatione, ad concludendum & audiendum sentẽtiam, omnia ad certam diem, qua adueniente is, qui instat data relatione cursoris, & incusata aduersarij contumacia, petit, & obtinet se ad reiterationem terminorum admitti, & præuia absolutione à censuris, quã sibi Auditor signo crucis manu facto concedere solet. Defert sibi iudex iuramentum in supplementũ conclu-
dit, & sententiam profert, ferè * semper nostris
12 temporibus, prout in cedula. Qui pronunciandi modus à certis annis admodum inualuit, nec istis placet, in caussa enim est, vt plerunq; iudices re non

re non sat intellecta, ne dixerim digesta, in causis pronunciari non abstineant, sub spe nihilominus ante subscriptionẽ maturius considerandi, vel si denique ferendus est, vtpote aliquando vel vtilitas, vel necessitas hoc suadeat, nõ tamen passim seruandus, vel saltim arctandus esset, vt similes cedulæ infra decem dies ad appellãdum aperiendæ omninò essent, ne diu litigatores in suspenso detinerentur, ne iudicibus mali occasio daretur.

Lata denique sententia, prout in cedula pars, quæ obtinuit cedulam sententiæ formare properat, ac iudicẽ adit, cui cedulam ipsam, ac etiam secum euãgelia pro bona nunciatione porrigit, quæ Doctores sportulas, nos verò vulgò propinas vocamus, qua in re nulla est quantitati lex indicta, sed litigatores discreti consulto etiam patrono causſæ, qui naturam causſæ nouit, quique labores auditoris percũctatus fuit pro qualitate causſæ, ac pro modo laboris eorum arbitrio, in hoc se reddunt liberales, & licet * honestè ab ipsis met auditoribus accipi possint, saltim *k* dispensante antiqua consuetudine, quam Doctores attestantur valere, si modò immoderata non existat. Cardina. in clemen. statutum 1.oppo.de electio.& quæstio.7.Gemi.in cap.statutum, de rescript. libro sexto, maximè nostris temporibus, quibus auditoribus multiplicârũt impensæ, & prouentus decreuerunt, veruntamen vt honestius agant, quàm lex ipsa permittat, solent aliquem ex familiaribus suis cedularum receptorem & similium sportularum depositarium deputare, qui omnia sic custodit, donec res expedita cedulaque subscripta fuerit,

12 k

quam auditor prius reuisis etiam sæpius actis legit, atque iterum legit, & quandoque etiam litigatori aduersario legẽdi facultatem facit, eumque etiam in modo subscribendi audit, & pro suo arbitrio mutat, delet, addit, corrigit, & emendenique sæpius reuisam, atque maturè confirmatam manu propria subscribit sub hac formula: ITA PRONVNCIAVI N. ROTÆ AVDITOR, & subscriptam notario actuario in actis custodiendam tradit, cuius tergori solet notarius diem non qua tradita, sed qua prolata fuit, adnotare. Formulas verò similium cedularum plures legere licebit apud vulgatum Formularium procuratorum, seu Aduocatorùm Ro. Cu. continet, tamen semper plures partes, prout natura causſæ & petitionis qualitas

14 expoſcit, cui * oportet illam esſe conformem, quoad rem, quoad causſam, quò denique ad actionem, l. vt fundus, ff. com. diuidun. l. fi. C. de fideic. liberta. Lanfr. in c. quoniam contra verſ. ſententia & verſic. vlterius sciendum de probatio. Iaſ. poſt alios in §. curare inſtit. de actio. vtpote, ſi pro actore canonizationem tituli victor obtinet, ad iudicationem ſuper re, de qua agitur, inductionem in poſſeſſionem eiuſdem rei aduerſarij, verbalem tamen damnationem oppoſitionis aduerſæ, perpetui ſilentij impoſitionem fructuum & expenſarum & condemnationem. Quòd ſi pro reo ſubſcribenda ſit ſententia, aut mera abſolutoria, & has partes continebit ſententia, videlicet abſolutionem ab impetitione aduerſarij, damnationem eiuſdem impetitionis, ac moleſtiæ reo illatæ, perpetui ſilentij impoſitionem, ac expenſarũ condemnationem.

Aut

Aut non mera absolutoria f tura est absentia, sed etiam canonizatoria tituli, & adiudicatoria rei, de qua agitur, proximè præscriptæ formulæ addi solent hæ duæ adiudicationis, ac canonizationis partes, & sic de singulis sententijs eorum formulâ semper petitioni conformes, quas omnes hîc recensere ocioſum esſet.

Cæterùm, cùm plerunque eueniat, vt* tempore sententiæ pendeat aliqua dilatio, partibus vel alteri tantùm concessa, quæ si remaneret, faceret sententiam nullam, vtpote, latam pendente dilatione, tuæ facit iudicis officium conquiescere, l. siue pars, C. de dilatio. &c. significante de appell. & tradunt Doctores vtrobiq; m Nonnunquam * etiam contingit, quòd tempore sententiæ aliqua necessaria iudicis interloquutio, vtpote, de prefixione termini, aliáue simili re in fauorem eius, cui danda est, definitiua præcesserit, & nihilominus postmodum ad importunitatem aduersarij ab eodem iudice reuocata fuisset per solitas repositiones, quibus quotidie solent iudices Ro. Cu. suas interloquutorias reuocare, & partem appellantem ad pristinũ statum reponere, de quibus meminit Rota decisione 445. in antiq. Nota, si auditor de admiss. arti, & interloq. Quæ repositiones si remanerent intactæ, careret processus præcedenti interloquutoria. Quæ fortè ad sententiæ validitatem, vel instantiâ necessaria erat, ideò, vt prædictis omnib. occurratur, ex quo dilationes ac repositiones prędictę iudicis sunt interloquutiones, quas iudex ad libitum reuocare potest, Doctor. in l. quod iussit, ff. de re iudica. Mos* iudiciorum inoleuit in Roman. Cur. vt in ipsa prolatione sen- 1 15 m 16 17

tentiæ iudex possit ad remouendum omnia, si quæ, vt suprà diximus, obstacula extarent ad partis sententiam petentis, reuocationem omnium dilationum & repositionum (si quæ extant) prætermittere. Estque hæc abundans cautela, qua vtimur, ne is, qui sententiam obtinet, aliquem ex his, quæ suprà diximus scopulis offendat: & memini hanc difficultatem semel in facto habuisse in vna caussa Vercellensi Sanctæ Mariæ Marthæ, coram Reuerendo patre Domino Fabio Acorambono, qui in causa diffinitiuè pronunciauerat, pendente dilatione ad dicendum contra quædam iura pro parte Bartholomæi de Alba clientis mei, qui sententiam obtinuerat, producta, & in subscriptione aduersa pars de hac difficultate Auditorem admonuit: & ego difficultatem summoui ex capite istius reuocationis, quæ adeò vsu recepta fuit, vt soleat à notarijs absque alia partis expressa petitione, veluti solita clausula extendi, quas* Notarius potest de iure, etiam quod à partibus non exprimeretur, per seipsum pro libito extendere, Bartol. in l. si pignore, §. fin. ff. de pigno. actio. Et licet præscripto casu mihi replicaretur, quòd per reuocationem dictę dilationis ad dicendum contra iura prædicta, illa remanerent sine citatione ad dicendum contrà, & consequenter sine probatione, Felin. post alios in capit. 2. column. 9. numero 31. versicu. quarto quæro extra de testibus, nihilominus non curaui, ex quo illa iura fuerant ex abundanti producta, & non erant aliàs ad victoriam & iustitiam, neque ad validitatem sententiæ necessaria.

6

7

ANNO

ANNOTATIONES.

Regestum.) *Sic & Budæo placuit, Regestum, *non vt vulgò dicicitur, registrum appellari, vt ex eò videre licet in annotationibus in Pandectas super l abesse, ff. de minor. quia res gestas continet. Et literas publicas loco registri dicere possumus. Nam referre aliquid in literas publicas est, quod barbari inregistrare vocant. Nicolaus Antonius Grauatius.* a 19

Horum procuratores.) *Adde Mil. in reper. in ver. procurator, § procurator constitutus ad causſam, hoc idem dicentem, verùm † actorum editio, iudice mandante, & non aliter à notario facienda est, vt Bald. notat in l is apud quem colum. prima, versic. iubebit, vbi Pau Castren. & alij, C. de eden. Nico. Anto. Grauatius.* d 20

Cum clausula.) *Præceptum exequutiuum * cum clausula tamen si senserit se grauatum, &c. dicitur sententia interloquutoria & valet, verùm comparente citato, in vim simplicis citationis resoluitur, vt plenissimè per Alex. & Ias. in l. de pupillo, §. meminisse, ff. de no. ope. nuncia. & per eundem Ias. in l nequequam, §. vbi decretum ff. de offi. proconſ. vbi nume. 5. & 6. hanc opinionem receptiorem esse ait. Citato autem non comparente, præceptum in eius contumacia firmum remanet, transitque in iudicatum, exequutioniq; demandatur. Affict. decisio. 167. numero quarto, & Doctores in dict. l, de pupillo. § meminisse. vbi Ripa numero 24. versic. extat igitur, hanc esse communem opinionem affirmat. Et potest citatus, non obstante tali præcepto in eius possessionem pervenire, Dec. consi. 460. viso, colũ. 3 & 4. Bellon consi. 18. perpensis, num. 24. Pariſ. consi 39. non possunt, colum. 2 libro primo, Rota decis. 259. si rector in fin. & Capic. decisio. 72. Nic. Ant. Granat.* c 21 Com. opi. Com. opi.

At vbi.) *Exemplum actorum * de iure, & non exemplar, seu originale (vt appellant) partibus edendum est, c. quoniam contra, vers. & omnia, de probat. Spec. tit. de teste § publicatis in princ. Imol. Abb. & Felin. in c. cum bonæ, in 3. not. de proba. quod quidẽ nõ solùm in ipsis partib. locũ habet,* d 22

bet, sed in iudicè appellationis etiam ad quem acta recognita tantùm transmitti debent, non autem exemplar ipsum:

23 quinimò † nec iudex, ad quem habere potest, vt sibi exemplar transmittatur; vt Accurs. Bar. & Salic. voluerunt in eos, § super his, C. de appell. & idem Salic in l. vltim. C. de relat. Nicol. Anto. Granat.

e Patres.) Rectè hoc ex patrum benignitate seruandum cùm de iure contrarium caueatur, cap fraternitatis, & cap. pastoralis, & vtrobique Doctores de causs. possess. & propr. & tradit Afflict. decis. 272. in princ. Nico. Anto Granat.

f Imò magis.) Iudicis * certè inter alia, illud est maximus, vt omnibus in causis diligentiam, studium, atque curam adhibeat, vix enim veritas aliter elucescere potest.

24 iudices, C. de iudic. cap. iudicantem, 30. q. 5. t. super quæstionum, §. intentionis, de offi. deleg. & facit text. in l. 1. C. comm. vtil. vel epis. Verum si quæ iudex facere debeat, scire cupis, Foller. legas in prin. suæ praxeos. Studeat se ornare bene viuendi moribus, vbi per totum accuratè multa scribit. Sed proh Deum immortalem, in auro acquirendisque diuitijs hodie vt plurimùm iudices student, quæ teste Cicer. in 2. act. iudiciorum religionem veritatemque solent perfringere. Et quantum Reipub. isti sicophantæ pernitiosissimi sint, ex Demosth. in Orat. contra Aristocr. perdiscere licet, sic dicente: Si quis vos interroget, quod nam genus omnium hominum, qui in ciuitate sunt, improbissimum sit, neque sunt agricolæ, neque mercatores, neque argentarij, neque eiusmodi quisque, sed qui quæstus dicunt. Nicolaus Antonius Granatius.

Tu igitur.) Confert ad hoc Ciceronis illud de Oratore: Et si vtile est subitò sæpè dicere, tum illud vtilius, sumpto spacio ad cogitandum, paratius atque accuratius dicere. Hinc Demosthenes nunquam dicere ex tempore solitus erat. Qui sæpè, vt diceret à populo lacessitus, noluit, nisi prius cogitasset. Teste Domitio Brusonio. Et ob id malignè Xanthea dicente, Demosthenis enthymemata lucernam olere. Respondit Demosthenes, Sed non eadem mihi, & tibi lucerna constat Nicol. Anto. Granat.

g

Amplius.)

Amplius.) *Iure optimo procedit, quod auctor ait, cum* h
à sacris interdictus, *quem excommunicatum sacri canones* 25
appellant, in iudicio agere non valet, licet se defendere vti-
que possit, cap. intelleximus, vbi Butr. & alij de iudic. & c.
1. eod. titu. in 6. & Afflict. decis. 268. num. 3. vbi nec actio-
nem, l. diffamari, C. de inge. & manum. exercuit posse testa-
tur, quod Dec. etiam voluit. dict. cap. intelleximus, num. 14.
& vsqueadeò agendi via ei præcluditur, vt si cum procu- 26
ratore excommunicato iudicium ventiletur, illud nullum sit
& inualidum, quod quidem locum sibi vendicat tam si pro
actore, quàm reo procurator interueniat, vt per Abb. & Fe-
lin. in cap. post cessionem de proba. & ibi significauerunt ce
except. Intellige sanè vt per eos, modò si mandati tempore
excommunicationis innodatus fuerit. secus verò si posteà, &
aduersarius de ea non opponeret, quia tunc iudicium non va-
leret. Qua de re Vant. legas in tract. de null. sent. in titu. quis
poss. dice. de null. nume. 136. & iterum tit. ex def. inhab. se
mand. num. 136. & Franc. Marc. decis. Delph. 969. vbi, quan
do excommunicati gesta iuribus subsistunt, disserit, & Dec.
in c. dilecti, colum. 1. de except. atque Tiraquell. de vtraque
retract. §. in glo. 4. num. 276. cum seqq. vbi multa cumulat,
& vnde etiam excommunicationis ortum habuit. *Hoc tamen* 27
limita non procedere in caussa attentatorum, *nam aduersus* 28
agentem, vt attentata reuocentur, excommunicationis excep-
tio opponi non potest, vt præclarè Decius scribit consi. 200.
colum. vlt. versi. secundo. Cæterùm, quod si prædiximus ex-
communicatum ad se defendendum comparere posse, *cautè* 29
intelligas, non procedere in loco insigni, in quo per procura-
rem comparere tenetur, vt Felin. ait in dict. cap. intellexi-
mus, qui de communi opinione testatur, vbi insuper prodidit Com. opi.
frequentem interpretum sententiam esse, excommunicatum
de nullitate sententiæ opponere haudquaquam posse, vide
eò loci, nam pulchrè Felin. loquitur. Et nedum excommuni-
catus (vt diximus procurator esse non potest, sed nec aduo-

Com.opi. catus, c. decernimus, de sent. excom. in 6. Nec etiam arbiter, c. veritatis, vbi Abb. de dolo & con. & Gigas in tract. Pensi. quæstio. 14. qui plura in excommunicatos. Sed vberius Io. Lignanus in tract. de censura eccles. num. 26. & 27. Pars. in c. cum inter, & in c. vltim. numero 2. de except. Cassan. in consuet. Burg. titu. des iustices. rubric. 1. §. 6. nume. 15. Ioan. Syl. in tract. de benef. in 3. par. quæst. 4. Gomes. in c. 1. num. 16. de rescript. in 6. Sed hac in re si tibi satisfactum velis. Soc. consulas in reg. 132. & Felin. in dict. capit. intelleximus, qui à nume. 7. ad finem vsque, regulam cum 14. limitat. subnectit, quas ante Domin. cumulauit in dict. cap. 1. de rescript. in 6. & nouissimè Rebuff. præ cæteris de huiusmodi non minus acutè, quàm copiosè multa scripsit in Gloss. concord. in rubric. de excomm. pagina 383. colum. 2. cum pluribus sequen. ibi enim hanc ad regulam 61. pœnas, quibus abstentus sive excommunicatus innodatur, enumerat, ipsum ergo petas. Nicolaus Anto. Grauatius.

i Item cum.) Conclusio * in caussa non est de iudicij sub-
30 stantia, vnde si omitteretur, non ob id tamen iudicium inefficax redderetur. Felin. in c. cum I. & A. de re iudic. & Maran. in praxi, in 6. part. in 15. actu, nume. 9. quod sanè in foro Cæsaris procedere intelligendum erit, & in in foro ecclesiastico in beneficialibus tantùm caussis, & summarijs: secus verò in prophanis & ordinarijs, per Glo. approbatam in clem. sæpè, in ver. conclusione, de verb. signifi. Qua de re Felin. plenè loquentem videas in cap. cùm dilecti, col. 6. ver. quam scias, de fide instrum. Capic. decis. 1. colum. 9. Aegid. conclus. 55. & 57. Vant. de null. sent. ex def. proc. num. 45. Nicolaus Anto. Grauat.

k Saltim dispensante.) Iudices * (qui tamen verè iu-
31 dices sunt) proprijs salarijs, quæ eis principes, aut respub. subministrant, cōtenti esse debēt, vt nihil amplius etiam terminum sportularum nomine expetent, quod quidem omni iuri quam consentaneū sit, ex Seruatoris sententia patet, Luc. c. 3.

sic

sic dicentũ. Neminem conteutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti estote stipendijs vestris. & habetur 86. dist. c. non satis, & 23. qu. c. paratus, & cap. militare, tum etiam ex Imperatoris præscripto, in auth. vt iud. sine quoquo suff. §. scriptum exemplar, 2. alijsque iuribus, quæ Spec. citat, titu. de salar. §. dicturi, numero 5. & tradit Afflict. in constit. reg. Neap. Capitaneorum in 16. no. numer. 26. præsertim in causis summarijs, in quibus sportulas exigere, non licet, etiã si stipendia non haberent, & in causis quoque miserabilium personarum, vt voluit Bald. in auth. generaliter, col. 1. C. de episc. & cler. cui consentit Ioan. Arn. commentario 30. Et adeò ordinarij iudices sportulas capere prohibentur, quòd si eis à principe delegata caussa fuisset, in qua tamen sine delegatione iudicare debebant, vt illas licitè capere non possint, veluti placuit Felino capit. de hoc, colum. 2. de Simo. Ne excusationem iudices habent, si eas non petant, sed partes sponte donent, vt idem Felin. pulchrè voluit in rubric. & in cap. 1. ad fin. eod. titu. & in c. tua nos, de homic. quod sentire Ias. videtur in l. 1. nu. 3. ff. de cond. ob cau. & latius Io. Neuiz. in suasyl. nupt. in titu. iudic. pro com. num. 97. vbi etiam in 5. ampl. quòd * nec consuetudo sportulas capiendi, iudices excusat. & traditum est à Felin. in cap. ad apostolicam, de Simo. Qua de re Ang. Clau. videas in sum. in ver. iudex, §. 15. vtrum consuetudo, Abb. in c. cum ab omni. de vita & honest. cler. & Parpu. in l. edita, nu. 70. C. de eden. Nic. Ant. Graua. 3z

Cæterùm.) Huc pertinent, quæ suprà diximus libro 5. cap. 10. sub lit. B. l

Nonnunquam.) Adde Fran. & alios in cap. cum cessante de appell. & Dec. consi. 84. vbi * quòd iudex suam interloquutoriam vsque ad ferendæ sententiæ calculum reuocare potest, vel addere, aut diminuere, nam & si sententia interloquutoria quoad partes in iudicatum transeat, aliter tamen est, quò ad ipsum iudicem, prout Præpos. in cap. 1. 2. q. 1. & Ias. in l. quod iussit, nu. 46. ff. de re iud. scriptum re- m 38

liquêre

Com.opi. liquêre, qui hanc opinionem communibus suffragijs esse receptam testantur, quod secus esset in diffinitiua, l. Paulus ff. que scrib. omnes, ff. de re iudic. & Alexandr. consil. vlt. lib. 3. tamen illam reuocare non potest, cùm functus sit officio ta Alex. & I. ff. limitant in d. l. quod iussit. Item limitat nec locum habere in interloquutoria, in qua se iudex pronunciat, cum illam nec vtique reuocare valeat, vt eo loci lega

Com.opi. nu. 9. qui hanc esse communem opinionem asserit, ruffus limitatur in interloquutoria bis confirmata, vt per Alexan. cons. 99. lib. 5. glo. cui Card. innititur in clem. vlt. verb. super re, de app. & Aufr. in add. ad decis. capel. Thol. 181. Item limitatur, si iudicis turpitudine prolata fuisset, tunc etenim iudex nec corrigere, nec aliter pronunciare potest, ad instar tenti e diffinitiuæ, teste Abb. in c. cùm oporteat, numer. 6. de

Com.opi. accus. & est secundum eum communis opinio. Nicolaus Anton. Granatius.

n 34 Veluti solita.) Notarij * consuetas clausulas in instrumentis apponere tenentur, quinimò etiam si pretermisse fuerint pro expressis habentur, vt per Docta in c. cum M. Fer. vbi latè Dec. numer. 6. de const. & Ias. in l. argentarius, nu. 7. ff. de eden. Gram. decis. 82. nume. 19. & 20. Bert. decis. 182. colum. vltim. Tiraq. qui plura cumulat in tract. de iure const. in 3. part. vlt. limit. num. 7. cum seq. & Pap. in l. cunctos populos, num. 101. C. de sum. trinit. & fide cath. Nico. Anto. Granat.

De sequestra. possessionis & fructuum.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 Sequestratio & si regulariter prohibita sit, in pluribus tamen casibus permissa est, & nu. 13.

2 Sequestrata ecclesia non poterit is, qui possidebat amplius se intromittere, etiam in seruitio eccle-

sia, &

sia, & numero 12.

3 *Iudex ordinarius in his, quæ seruitium ecclesiæ respiciunt, prouidere debet.*

4 *Sequestrii officium, quale sit.*

5 *Sequestratio cōceditur in caussa beneficiali, etiāsi à sententia appelletur, & de nullitate dicatur.*

6 *Sequestratio post sententiam possessorij fieri potest.*

7 *Sequestratio pro tertio non fit, & in nonnullis casibus etiam pro principali.*

8 *Sequestratio impeditur per triennalem possessionem, & num. 18.*

9 *Sequestratio per fideiussoriam cautionem impeditur, quod tamen limitatur, & vide nu. 19.*

10 *Sequestres plures an esse debeant, vel vnus sufficiat?*

11 *Sequestres subrogari, & ex caussa mutari possunt.*

12 *Sequestrationi si quis se intromittat, qua pœna plectendus?*

13 *Iudex an possit esse sequester.*

14 *Iudex an possit aliquem cogere, vt sit sequester.*

15 *Sequester an possit renunciare sequestro.*

16 *Sequestres an salarium habere debeant?*

17 *Sequestrum quando possessionem tollat.*

20 *Sequestres, qui malè in administratione se gesserint, tenentur.*

ETsi a sequestratio * secundum iuris regulas prohibita sit toto titulo, C. de prohib. sequestra. pecu. pluribus tamen casibus specialiter permissa est, quos non aliàs hic repe- 2 1

to, po-

poteris, vbi opus erit, eos videre in c. 2. vbi gl. & Doct. extra de sequestra. pos. & fructuum, & apud Spec. eo. tit. per totũ, & de exequutione sententiæ, §. nunc dicendum versi. quid si absequutore, & apud Doctor. in l. si fideiussor, ff. qui satisd. cog. in l. æquissimum, ff. de vsufruct. & per canonistas extra, in 6. & in clem. vnica eo. tit. Quibus specialibus casibus, vltimus est, quæ constitutio Viennensis concilij addidit registrata in d. clem. vnica, eod. tit. & quem quotidie in
b Roma. Cur. præ manibus habemus, b videlicet, quod si causa beneficialis in Roma. Cur. tractetur & contra possessorem beneficij prima feratur sententia, quæ diffinitiua sit, visum fuit eidẽ sacro concilio ad comprimendum litigantium malicias, vt beneficij possessio cum fructuum custodia apud personam ordine & fide, & facultatibus idoneam, per loci ordinarium sequestretur, estque vnus hic ex casibus quibus inferior intromittere se potest in causa ad Rom. Cu. deuoluta, quem glo. in d. clem. vnica verbo loci ordinarium notat, & refert alium, de quo in c. cum teneamur extra de appel. & alibi dicemus. Quã sequestrationem præscripto casu adeò necessariam postmodum reputauit Inno. 6. vt negligentiam fortè locorum ordinarijs similes sequestrationes pro facultate sibi à dicto concilio tributa, de qua in d. clem. vnica facere, hanc eandem facultatem Auditoribus sacri Palatij in causis coram eis vertentibus concessit, prout in extrauganti dicti Innocen. de facultatibus Auditorum Rotæ, quam bullam Innocentianam vulgò vocant, continetur. Idque (vt opinor) alia ratione, quia casus hic exceptus limitationes aliquas admittit,

tit, & propterea articulus sequestrationis plerunque in controuersiam vadit, ita, vt non nisi caussa in hoc cognita, & admissis quandoque aduocatis, decerni solet sequestratio, & dignum visum fuit, vt hæc difficultas in auditorio discuteretur potius, quàm apud loci ordinarium.

Quamobrem c vsus iudiciorum inoleuit in Ro. Cur. vt eadem citatione, qua possessorem ad sententiam citari facimus, addatur quoque & ad videndum decerni sequestrum, & ne de persona sequestri fit controuersia, solemus quoque eidem citationi addere, & ad concordandum de sequestratoribus, & Patres solent vnà cum ipsa sententia simile sequestrum decernere apud personas, de quibus litigatores concordauerint, vel ipsis negligensibus Auditor caussæ ex officio deputauerit, semper tamen ordine, fide & facultatibus (vt suprà diximus) idoneas. Quòd si is, qui sententiam obtinet, in ipsa petitione sententiæ omiserit petere sequestrum, non eo minus poterit victor illud post sententiam, vel ab eodem Auditore, qui pronunciauit etiam sequenti audientia, vel si interim caussa appellationis fuisset commissa, & priori auditori inhibitio facta, illud à iudice, ad quem absque alia speciali commissione, & in vim eiusdem extrauagantis Inno. 6. superius citatæ obtinere poterit. Cassad. d. decis. 5. de sequestra. poss. & fruct. numer. 5. ibi cum decretum sequestri soleat fieri, statim lata diffinitiua eadem audientia vel sequenti, & vbi ista sequestratio fiat in vim dictæ clementinæ vnicæ eodem titul. sequestrantur non solum fructus, sed etiam beneficium ipsum, seu illius possessio.

text.

text. in d.clemen. verbo beneficij poss. vbi etiam
gloss. verbo beneficium, & notant Doctorum
2 cap. examinata de iudic. ita, *quòd non potest
is, qui vsque ad sequestrum possedit, amplius se
intromittere, non solùm in fructibus, sed etiã
iam in seruitio Ecclesiæ celebrando missas, vel
aliàs verbum Dei prædicando, minusque alius
quispiam, nisi ab habente potestatem missus fue
rit. Aegid. conclu. 429. per prædicationem eccle
tit. vtpote ab ordinario loci ex facultate sibi at
tributa, in d. clem. vnica, eod. titu. cum quo licet
Auditores sacri Palatij ex indulto Innocen. 6. de
quo suprà in hoc munere concurrant, eumque
in decernendo sequestrum præuenerint. Cen-
3 derim * tamen facultatem ordinarij in alijs, in
quibus Auditor palatij non disposuit, illæsam
remanere, & in similibus præsertim, quæ Eccle-
siæ seruitium respiciunt, prouidere posse atque
debere, ex sua ordinaria facultate, quæ ex dispo-
sitione dictæ clemen. videtur potius excitata, i-
mò prorogata, quàm de nouo concessa, prout no
tat & tradit Io. And. in additio. ad Spec. in tit.
eod. tit. circa fi. ibi, est igitur ordinaria proroga-
ta nedum simpliciter excitata. Et cùm suprà di-
xerimus similem sequestrationem fieri non so-
lùm fructuum, sed etiam ipsius beneficij, pote-
runt etiam sequestratores præmissis omnibus
pro eorum facultate manum apponere. Imò nõ
solùm poterunt similem substituturum, qui Eccle-
siæ inseruit, ammouibilem deputare, sed quæ
alia iura sint sequestratę Ecclesię exercere, quod
admittit Palatiũ etiam in iure eligendi vel præ-
sentandi, ita quod si durante sequestro vacauerit
beneficium, cuius electio, vel præsentatio ad se
questra

sequestratam Ecclesiam pertineret, poterũt pro eorum facultate sequestres eligere, vel præsentare. Rot. decis. 323. in antiq. not gl. de elect. & sequestra, quæ facultas (vt opinor) extenditur etiam ad ius conferendi, vasallumque vel emphyteuticarium inueniendi, & alia quęuis sequestratæ Ecclesiæ iura excernendi glo. in d. clem. vnica verbo beneficium & Doct. ibidem, ac in d. c. examinata de iudicijs.

Eruntque *d* isti* sequestres optimi fructuum custodes, quos interim vendere, & alia facere poterunt, quæ diligens paterfamilias in re propria faceret, & quicquid supportatis oneribus sibi supererit, ei, qui finalem victoriam reportabit, restituent, text. in d. clem. vnica in fi. principij, qua ratione infert gloss. ibidem, quod & si de fructibus beneficij sequestrati, tantùm deductis oneribus & impensis supereſſet, vt exinde possent prædia pro Ecclesia comparari, non tamen posset sequester super abundantes fructus in emptionem prædiorum conuertere, glo. ibidem verbo restituat. d 4

Ampliantur* hæc, quæ de sequestratione supradiximus, vt præscripto casu concedatur sequestratio etiam si à sententia (vt præmittitur) lata appellaretur, atq; de nullitate diceretur tex in d. clem. vnica eo. tit. Idque etiam si non ab ipso possessore, sed à tertio pro suo prætenso interesse emissa esset appellatio. Rota decisio. 390. in not. si feratur de appel. & decis. 393. in antiq. not. quòd si feratur de sententia & de sequestra. Nisi fortè nullitas ex defectu iurisdictionis proponeretur, hæc enim nullitas, quæ iurisdictionem respicit, sequestrationem impediret, gl. fi. in fin. & 5

in d. clem. vnica. Et quod de appellatione supra dictum est, procederet, etiam si non solum ab ipsa sententia, sed etiam ab omnibus inde sequutis àppellatum fuisset, non autem expressa causa grauaminis, quoad appellationem à sequuti decreto sub illo verborum compendio abomnibus inde sequutis interpositam Rot. decis. 3. de signet. de sequestra. poss. & fruct. Cassa. decis. 5 in prin. eo. tit. e Quandoquidem non ignoras sequestrationem interloquutoriam esse, à qua è appelletur, tenetur appellans causam grauaminis exprimere, tex. in c. cordi de appel. clem. appellanti eo. tit.

6 Addo,* quòd ista sequestratio decernitur quoque contra eum, qui sententiam & rem iudicatam in possessorio obtinuisset, & exinde in cognitione petitorij contra ipsum iam possessorem feretur sententia. Sententiæ enim possessorij nó faciunt aliquam præsumptionem contra obtinentem in petitorio, Car. & alij in d. clem. vnica eo. tit. & ratio videtur esse in promptu, quoniam notissimi iuris est, causam possessionis nihil habere commune cùm proprietate, nec de vna alteram inferri posse, l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acq. poss. nec videtur obstare, quod tex. in d. clem. vnica, de prima sententia loquatur, & nostro casu, si aliæ præcesserunt sententiæ in possessorio non potest hæc dici prima, quia prima est sententia in iudicio proprietatis, & propter ea procedit in ea dispositio dictæ clem. & ita declaratur tex. in quantum loquitur de prima sententia in petitorio, vel possessorio lata, imò procederet quoque ipsa clemẽtina, vbi sententia in altero ex prædictis iudicijs, vtpote petitorij non esset

esset aliàs prima sententia respectu causſæ, dum modo esset prima respectu loci, id est, lata in Roman. Cur. & sic procederet etiam, si prima sententia in Roman. Cur. lata non esset, prima respectu causſæ, sed esset secunda vel tertia confirmatoria aliarum præcedentium extra Roman. Cur. latarum, glo. in dict. clemen. vnica in verbo promulgata. Vbi etiam Cardinalis & alij, & non solùm decerneretur hæc sequestratio contra eum, cuius possessio sententijs re iudicata in possſſorio adiuuari posset, sed etiam contra eum, qui triennio pacificè possedisset, si modò simoniacum, vel alium habuisset vitiosum ingressum, ita, vt præscriptione regulæ de triennali iuuari non posset, Cassa. decis. 3. eo. tit.

Verùm iste casus à regula prohibitæ sequestrationis per dictam clemen. vnicam exceptus, perpetuò receptus non est, sed quandoque etiam si super petitorio vel possſſorio beneficij contra possſſorem ferretur sententia, ab exceptione dictæ clement. recederemus, & staremus regulæ iuris communis sequestrationem prohibéti. Finge,* quòd pro Sempronio lata esset sententia, & alius sequestrationem peteret, denegaretur quidem sibi hæc sequestratio, quia clementina intelligitur de sententia lata pro eo, qui sequestrum peteret glo. in dict. clemen. verbo contra possſſorem ibi. Idem si fertur sententia contra possſſorem. Milis in verbo sequestrum, nume 3. Idem si pro eo, qui sequestrationem peteret, lata esset sententia, sed super possſſorio non tamen principaliter de per se intentato, sed simul cum petitorio postea suspenso. Milis verbo sententia, nu. 80. ver. sententia lata in possſſorio solo, & red-

dit rationem, quia similis sententia super possessorio intentato, vnà cum petitorio postea suspenso, non aliàs diffinitiua reputatur, allegat Anconium in rubrica de re iudica. Cassa. decis. 2. in fi. verbis, ibi secus si possessorium. Idem etiam vti is, qui sententiam obtinuisset, & sequestrum peteret, aliam sententiam aliàs contra se super petitorio reportasset, Cardin. in dict. clem. vnica, 4. quæstio. Ioan. Andr. in additio. ad Spec. super rubric. eod. titu. versic. sed propter clem. prædictam quæro, & hoc quia præsumptio vnius sententiæ tollit aliam, vt ibi per eum, quod Cassad. extendit etiam, vbi illa prima in rem trãsiisset iudicatam, & iste, qui modò obtinuit via restitutionis in integrum fuisset auditus. Cassad. decis. eodem tit. Idem quoque vbi contra sententiam nullitas proponeretur ea defectu iurisdictionis, impediretur enim hoc casu sequestratio, glos. fin. in fin. & Docto. in dict. clemen. vnica eodem titu. quam Cardin. ibidem dicit esse singularem, & non esse alibi. f Idem * denique, vbi contra f
eum ferreretur sententia, qui triennio pacificè 8
possedisset, text. in d. clem. vnica, verbo dum tamen triennio. Cassad. decis. 4. in princ. eod. titu. Nec dixeris quomodo potuit condemnari, si triennalis erat cum exceptione regulæ tutus esset, non rarò enim contingit, vt is, qui triennio pacificè possedisset, condemnari possit. Finge, quòd impetrans non fuisset ius suum infra triennium expertus, & nihilominus non esset tutus possessor exceptione regulæ, quia impetrans prorogationem habuisset. Crediderim hanc triennalem possessionem parere exceptionem saltim aptam impedire sequestrum, licet non repellere ado-

actorem, rursus finge, quòd triennalis ante sententiam non dedisset de sua triennali possessione, vellet tamen vti eius exceptione in caussa appellationis, poterit enim interim de triennali possessione huiusmodi excipere etiam ad impediendum sequestrum. Amplius finge, quòd possessor triennalis esset, nec aliàs exceptione regulæ tueretur, fortè quia reus & possessor triennalis ob non solutionem pensionis aliamve caussam legitimam priuationis pœnam incurrisse diceretur. Cassa. decis. 4. eo. tit. in princip. Quam obrem idem generaliter responsum est, vbi non de titu. vel possessione beneficij, sed ad priuationem ageretur. Milis in verbo sequestrum, numero secundo, versicu. sequestrum possessionis ibi. Item fit sequestrum, quando agitur de tit. beneficij, vel de eius possessione.

Generaliter g verò vbi * ex dispositione d. clemen. decretum esset sequestrum, licet aliàs regulariter cautio sit medicina sequestri, & per dationem fideiussoris soleat sequestrum fiendum euitari, & factum reuocari, l. si fideiussor. §. fin. ff. qui satisdat. cogan. vbi etiam Doctor. & canonistæ in c. examinata in glo. 2. de iudicijs, hæc tamẽ regula limitatur, vt non procedat in sequestratione, de qua in dict. clem. neque in alijs casibus, in quibus sequestratio non permittitur tantùm, sed præcipitur à lege, vt in casu d. clem. prout notanter limitat Io. Andr. in add. ad Specu. in prin. ver. quid si sequester ibi, & nota, quòd licet regulariter sequestratio, sequitur Milis in verbo sequestrum, num. 3. versic. sequestrum, vbi est fiendum, imò nõ reuocaretur, etiam si possessor post sequestrum obtineret sententiam, cuius occasio-

g
*
8
9

ne fuit decretum per aliam sententiam infirmari, sed expectanda esset finalis caussæ victoria, text. in d. clem. vnica in fin. principij ibi restituat ei, qui finalem in caussa victoriam obtinebit. gl. ibidem verbo finalem, Milis in verbo sequestrũ, numer. 1. Estque hoc in tantum verum, vt si iudex qui priorem sententiam contra possessorem latam infirmauit, sequestrationem etiam reuocasset, veniret omninò reintegranda. Specu. eod. tit. nu. 5. versi. sed pone lata est sententia.

10 Cæterùm dubitabis, an * sequestratio sit apud vnum vel plures sequestres fienda, & Io. And. in addit. ad Spec. eod. titul. versicu. secundo quæro, voluit quòd apud vnam personam tantum sequestratio fiat, idoneam tamen fide, facultate & ordine, vt suprà, idque pluribus rationibus, motus præsertim, quòd clementina de persona sequestris singulariter loquatur, & si de pluralitate Papa sensisset, vtique expressisset, prout de coadiutoribus episcopi expressit, cap. vnico, de clerico ægro. lib. 6. & ratio etiam non suadet, quòd in locum vnius plures surrogentur, ac etiam pro minori impensa Ecclesiæ, quæ maior esset in pluralitate personarum allegat. cap. final. de concessio. præbend. in 6. sed quicquid ipse dicat, & præscriptæ rationes suadeant, seruamus in sacro Palatio coutrarium, & ferè semper duo deputan-
11 tur sequestratores, quibus * etiam alij surrogari solent ex causa, vtpote, si aliquis ex eis moreretur, vel aliàs impeditus non valeret commisso sibi officio satisfacere, h idem si malè in administratione se gereret, aliàs enim sine causa mutari non posset, si eius qualitas ratione fidei, vel facultatum in dubium reuocaretur, quia in deputatio-

ne videtur eius persona approbata. Ioan. Andr. in addit. ad Specul. ibidem cui committendo videtur illam vti idoneam approbasse, & durante eius officio nemo * alius poterit in administratione iurium sequestratæ Ecclesiæ se intromittere, & qui se intromiserit, committeret in interdictum in sequestratione contentum, per quod vnicuique interdicitur, ne in iuribus sequestratæ Ecclesiæ, vel eorum administratione se immisceat, qui si extraneus fuerit, excommunicationis pœnam incurret, quòd si aliquis ex litigatoribus ius suum amittet, d. clem. vnica, §. 1. eodem titu. nec excusaretur, quia licet fructus sequestratos vendidisset, non tamen tradidisset, vel quia minus actum venditionis absoluisset, sed tantum tractauerit, quasi per actum non perfectum pœnam non incurrat ipso iure, per regulam odia, & nota. in cap. perpetuè, de electio. in sexto, minus excusaretur, quia precium quod post sequestrationem exegisset, esset pro venditione rei ante sequestrationem factæ, quasi hæc solutio precij esset ad tempus venditionis referendæ, per l. Seio, ff. de mino. quia in quolibet ex prædictis actibus non potest quis se intromittere, nisi nomine, & pro iure sequestratæ Ecclesiæ, & sequestratio etiam interdicit, ne quis in iuribus Ecclesiæ se intromittat. Aegid. concl. 428. solus tractatus de sequestrat. quod responsum extat non solùm in eo, qui se in concernentibus fructus & redditus Ecclesiæ, vt præmittitur, commisceret, verùm etiam in eo, qui verbum Dei prædicando, vel aliud genus seruitij in Ecclesia faciendo se intromitteret, Aegi. conclu. 420. per prædicationem, de sequestr.

ANNOTATIONES.

a Et si sequestratio.) Adde Curt. in tract. de sequestr. in repe. l. 1. C. de prob. seque. pec, vbi cumulatè regulam cum pluribus limit. traditam videbis, & apud Ias. etiam si fideiussor, §. vlt. ff. qui satisd. cogan, Granatus

b Videlicet quod.) Vide Cassad. decis. 5. numero 3. de seque. poss. & fruct, & habet locum, vt * in causa beneficiali ad sequestrum non obstante appellatione peruenire possit, etiamsi ab ordinario iudice appelletur, vt Card. tradidit in clem. vna, eo. tit. in 9. not. Qua de re vide q̃s Cõpil. For. eccl. fo. 21. col. 2. regulariter verò appellatione pendente fructus non sequestrantur, nisi dilapidationis timor esset, l. Imperatores, vbi scrib. ff. de appell. & in c. vltim. de seque. poss. & fruct. & Curt. vbi suprà. Cæterùm ipsorum fructuum sequestrationem à iudice, à quo fieri posse intelligas, antequam ab iudice, ad quem appellatio recepta fuerit, dein verò minimè permittitur, cùm ad iudicis, ad quē prouidere pertineat, per Docto. in dict. c. vlt. & hæc opinio communibus suffragijs approbatur, vt Maran. asserit in praxi 6. par. in verb. appellatio. num. 177. & à sententia super sequestro appellari posse scias, etiamsi super possessorio lata fuerit, vt egregiè Ang. prodidit consi. 107. nu. 3. Nico. Anto. Granat.

Com. opi.

c Quamobrem.) Sed an * iudex sequester esse possit, nonnulli dubitarunt, attamen Bald. Rom. Alexand. & Ias. in l. si fideiussor, §. vltim. numero secundo, ff. qui satisd. cogan. & iterum ipse Ias. in l. cum filiofam. columna quarta, versicu. tamen iudex de leg. 1. voluerunt, vt possit, & Curt. etiam in dict. l. 1. in 4 quæst. atque Tiraquel. de retract. conuen. §. 4. in glo. 7. num. 1. cum seq. vbi ait, quòd & si hoc verum sit, honestius tamen esset, quòd iudex hanc prouinciam non assumeret. Idcirco non immeritò Ro. Cur. partes ad concordandum de sequestribus monet, aliàs ipsis negligentibus idoneas constituit personas iuxta tex. in l. acceptũ, vbi Doct.

C. de

de vsur & Accurs tradit in l. senatus consulto §. vltim. in vers deponatur, ff. de offi. præt. Sed operæprecium est videre, an † quempiam sequestrem esse iudex cogere possit? & 14
aliquibus posse visum fuit, inter quos, Bald. in l. prima, in fin. ff. vbi pupil. educ. deb. & Cur in d.l. 1. in 2 quæst. Verùm plerique id munus necessitatis esse negant, vt Bart. in l. litibus, §. vltim C. de agri & cens. libr. 11. Bald. secum pugnans cons. 180, lib. 4. Ang. Paul. Castren. Alex. atque Ias. in d.l. si fideiussor, §. vltim. & Tiraq. præcitato loco, num. 3. & 4. quibus hanc opinionem de iure veriorem esse ait, & si eo teste prior opinio in Gallia obseruetur. Cæterùm, † si sponte huic 15
sequester se addixerit muneri, deinde propria auctoritate ab eo se eximere non poterit, nisi ex iusta caussa, iudice que etiam suam interponente auctoritatem. Bartol. in l. ei, apud quem, § vlt ff. depos. Card. in clem. 1. in 21 quæst. de prohib. feque pecun. quibus consentit Cur. in sæpè citato loco in 3. q. Nicol. Anton. Grauat.

Erunque.) Verùm sequestres operã tantùm conferre, d
non autem impensas erogare tenentur, non enim hi damnum pati debent, argumen. l. vltim. ff. de requi re. & facit optimus text. in l. vlti. §. fin C. de bon. auct. iud poss & Bald. tradit in l. si oleum, in prin ff. de dol. mal atque Cur. vbi supra q. 2. Cæterùm † huiusmodi sequester nequaquam pete- 16
re potest, vt sibi stipendium soluatur, veluti Angel. Imol. Roman. Aretin. & alij testati sunt, in l. interesse, ff. de acquiren poss. vbi tamen limitant, non procedere in sequestre voluntario, vide ad rem Tiraquell præcitato loco numero 6. multa congerentem. Attamen † scias hunc necessarium 17
sequestrem non possidere etiam naturaliter, cùm apud priorem possessorem remaneat possessio, vt per Docto. in dicta l. interesse, Gram. decis. 51 num. 2. & Cassad decis. 14 numero 1. super regul. Cancell. Secus verò est, quando voluntarius esset, quia tunc sequestratio possessionem tollit, vt ibi, & per Cassanæum cons. 48 per totum, & est communis opinio, vt asserunt Cur. in dicta l prima, quæst. 2. numero 71. Io. Cora. Miscell. libro 3. c. 2. num. 3. & Gomes. in regul. de anna poss. quæst. 46. verfic. adde. prope finem. Nicol. Anto. Graua. Com. opi.

e Quandoquidem.) *Vide Ange.consi.107.& Cassad. decis.5.de seque.poss.& fru.*

f Idem denique) *Adde Cassad.decis.6.nu.9.& ibi*
18 *per regu.Cancell.vbi* latè, vtrum sequestrum decernibeat contra eum, qui triennio possederit, & causam remittit obtinuerit.*

g Generaliter verò.) *Ad reg.quòd* sequestrum satisdatione tollatur, vide plures limit per Ias.tradita in d.§*
19 *fideiussor,§.vlt.in 5.not.nu.17.Cur.vbi suprà,& Ias.vbi ci animaduertit, quod simplex satisdatio non sufficit, cum tria continere debeat,prosequere,vt per eum post Alex.ibi, quæ in vsu forensi notanda sunt.Grauat.*

h Idem si malè.) *Adde, quòd sequester,* qui in administratione malè se gessit,tenetur,cũ ipse ex quasi contractu*
20 *obligetur,l.si oleum,in prin.vbi Bar.ff.de dol.& facit tex. in l.si hominum,in prin.ff.dep,Grauat.*

i Quod si aliquis,) *Gomes.legas in d.reg,de am.poss. in 5.q.ver,& ista omnia,& Cassa,decis.5,num.1.de seque. poss.& fru.Nico.Anto.Grauat.*

De appellatione, apostolis.ac eiusdem appellationis prosequutione.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio regulariter est permissa, nisi reperiatur prohibita.*

2 *Appellatio in possessorio an admittatur,& num. 5.8.38.& 42.*

3 *Appellatio recipitur à grauamine, quando illud irreparabile est, vt puta à decreto, quo aliquem torqueri præciperetur.*

4 *Sententia diffinitiua, & quæ vim diffinitiuæ habet,*

bet, equiparantur, quatenus ad appellationis admissionem attinet.

6 Lex noua ab antiqua interpretationem recipit.

7 Possessionem in iure decimandi, collectandi, & si qua similia sint, non satis est probare, sed amplius iuris adminiculum.

9 Appellatio ab exequutione non permittatur, sed ab excessu tantùm, & tunc causa excessus exprimenda est, & num. 12 & 44.

10 Tertius appellans, vt audiatur nedum causam legitimam exprimere, sed etiam eam probare saltim semiplenè obstringitur.

11 Interloquutoria mera est annis iudicis pronunciatio post latam diffinitiuam.

13 Appellatio in notoriis prohibita est, fallit tamen, & num. 47.

14 Appellationis remediũ, quare introductum fuit.

15 Notorij discrimina, atque differentiæ.

16 Confessus, non tamen cõuictus, an appellare possit, & num. 48.

17 Heres condemnatur ex confessione defuncti, & sic non propria.

18 Mandatum, quo casu duret post mortem.

19 Appellare tertiò lex non permittit.

20 Appellationi, qui vult adhærere, adhæsio infra decem dies fieri debet, & num. 49.

21 Appellandi terminus dierum decem, à quo tempore currat, & num. 52.

22 Contumax verus qui dicatur, & qui fictus, & num 53.

23 Terminus decem dierum ad appellandum nun-

quam

quam currit durante grauamine successiuo.

24 Procuratore non appellante, an poterit dominus appellare etiam lapso decendio late sententiæ, dummodò infra decendium à die scientiæ?

25 Appellatio extra iudicium admitti potest, etiam die feriata

29 Appellans in decima die tenetur horam exprimere de iure, verùm in palatio hoc vsu minimè receptum est.

27 Appellatio debet fieri coram iudice à quo, si eius præsentia haberi possit, aliàs coram notario, & numero 57.

28 Appellatur semper in scriptis in Roma. Cur. licet lex admittat appellationem viua voce.

29 Appellatio est communis, ideoq; appellatus potest eam sicuti propriam prosequi.

30 Appellandi praxis videlicet in parte & partibus, &c.

31 Appellantes puniuntur, qui iniuriosis verbis proponunt appellationes.

32 Apostoli petendi sunt in appellatione, & quare dicantur apostoli, & num. 35 & 63 & 66.
Apostolorum genera quatuor, & quæ, eo. nu.
Appellationi quando deferendum sit, eo. nu.

33 Apostoli infra 30. dies peti debent, infra quem terminum iudices deliberant etiam vsque ad vltimum momentum.

34 Iudices rarò vel nunquam dant simpliciter terminum iuris ad apostolos recipiendum, sed dicunt & interim quandocunque, & quid referãt hæc verba.

36 Appel-

36 Appellans si iudicem adierit, abeoq; responsum super apostolis petierit, si non respondet, nō tenetur amplius ad eum reuerti, & nu. 64.

37 Appellans, infra terminum iuris ei datum ad redeundum pro apostolis, nedum appellationē prosequi non valet, sed nec etiam iudicē impetrare.

39 Appellatio à possessorio & si regulariter iure ciuili non admittatur, tamen dicitur de nullitate.

40 Appellatio à possessorio super remedio c. reintegranda, admittitur etiam in foro seculari.

41 Remedium cap. Reintegranda, pinguius ceteris est, atque vtilius.

43 Appellatio à pronunciato de exequendo prohibita est.

44 Appellatio ab exequutione facti, non est permissa, fallit tamen.

45 Appellatione ab interloquutoria, causse grauaminum exprimenda sunt, aliàs elapso decendio in iudicatum ea transfiret.

46 Interloquutorie habentes vim diffinitiuæ, quæ sint, & quomodo cognoscantur.

50 Appellans non potest appellationi renunciare inuito appellato.

51 Terminus decem dierum ad appellandum prorogari non potest, etiam partium voluntate.

52 Terminus dierum decem ad appellandum, à die scientiæ currit.

54 Contumax verus, non auditur appellans.

55 Procurator, verus contumax ad appellandum non admittitur.

56 Appellare potest semper, qui in dies grauatur, vt puta,

puta quia carceribus detinetur.

58 Appellare coram honesta persona, quo casu permittatur.

Appellatio in scriptis quando dicatur.

60 Appellatio viua voce statim proponēda est, alias nullius esset momenti.

61 Incontinenti factum quando dicatur.

62 Appellatio viua voce facta, cum reseruatione appellandi in scriptis, & deinde in scriptis appellatum fuit, quæ appellatio prior, an posterior valida sit?

64 Apostolos his petere sufficit, & nu. 72.

65 Apostoli infra 30. dies peti debent, sed an isti 30. dies currere incipiant à die sententiæ, vel à die appellationis.

67 Appellationi à diffinitiua si iudices non deferunt, leges ipsæ deferunt.

68 Iudices appellationi à diffinitiua non deferentes puniri debent.

69 Apostoli reuerentiales, quando in forma conceduntur, quomodo eos concessos esse intelligatur.

70 Apostoli si fuerint petiti, & à iudice non dati, saltim refutatorij, si iudex procederet, nullus redderetur processus.

71 Iudex potest abbreuiare terminum iuris ad recipiendum apostolos.

73 Iudex ad quem de appellatione cognoscere non potest, nisi prius de ea constiterit.

74 Appellans tria probare debet, ad fundandam iudicis appellationis iurisdictionem,

Lata

LAta sententia, si quis litigatorum sit, qui se grauatũ sentiat, lex appellationis remediũ indulsit, l.1.ff.de appel.Hæc* appellandi facultas regulariter permissa est, nisi reperiatur expresse prohibita gl.verbo restituitur,&Doct. in l.restituere,ff.de rei vendi.l.in maiorib,& ibi Bar.C.de appell.Spec.tit.de appell.§.in quibus, vbi ponit 37.casus,in quib. prohibetur appellatio.a Et licet inter alios casus prohibita reperiatur,vbi de re minima ageretur,sacri tamẽ canones hoc appellationis remediũ non solũ in causa graui, verũm etiã minima admiserunt, c.de appelationib.extra de appell.vbi Doct.Franc.præsertim. Itẽ licet secundum leges regulariter ab interloquutoria ante diffinitiuam sententiã nõ permittatur appellatio.l.ante sententię,C,quorum appel.non recip.nisi quando talis esset,quæ præiudiciũ per appellationẽ à diffinitiua irreparabile inferret,l.2.ff.de appell.recip.admittitur tamen per sacros canones ante sententiã tã post litem contestatã quã ante,c.super eo.cũ materia & notatis per Abb. & alios Franc. præsertim.b Amplius* &si iuris ciuilis conclusio sit,vt à sententia possessorij non appelletur, quasi recuperabilis sit præiudicij, vbi quis sentẽtias in negocio principali reportaret,l.1.C.si de momẽ.post. appel.vbi Bar.Bal.Ang.&oẽs post Cyn.Spec.tit. de appell.§.in quib.casibus appell.liceat versi.6. nõ appellatur,&de Libel.cõceptio.§.nũc videndũ ver.26.Bar.in l.2.ff.de appell.recip.colum.2. ver.Quæro.Ius tamen Pontificũ appellationem admittit à quocũq; grauamine etiã possessionis, c.cũ cessante de appell.c,significauerũt,extra de restib.capit. ex conquestione, de restitu. spolia.

& nota-

& notatur vtrobiq;. Quæ iuris canonici dispo-
sitio etiam in his, in quibus à lege ciuili dissidet
seruanda esset in Roma, Cur. vtpote in loco iu-
risdictionis Ecclesiasticæ per gloss. ordinariam
in cap. 2. de arbit. libr. 6. nisi à pluribus annis ipsi
Ponti. experti, quòd tanta in appellando sacro-
rum canonum facilitas causas reddebat immor-
tales, nimiam hanc appellandi licentiam angu-
stassent, vtpote, si de re minima appellatum es-
set, per quandam extrauagantem (quam motum
proprium vocant) & quæ per tribunalia Vrbis
circumfertur, qua prohibetur appellatio, vbi
infra summam decem ducatorũ auri ageretur,
prout eandem appellandi licentiam arctârunt
etiam à pluribus annis Pont. vbi ab interloqua-
toria appellaretur, quæ vel vim diffinitiuæ ha-
beret, vel grauamen per appellationem à diffi-
nitiua irreparabile inferret, per regulam 51. in
ordine, cui de nõ appellando ante diffinitiuam
sententiam inscriptio est, per quam regulam so-
lent Ponti. rem à dispositione iuris canonici ad
terminos iuris ciuilis reducere, secũdum quod
diximus suprà, prohibitam esse appellationem
ante sententiam, l. ante sententiæ, C. quorum
appellationes non recip. nisi * quando grau-
men tale esset, quòd per appellationem à diffi-
nitiua reparari nõ posset, vtpote, si iudex, quem
torqueri iuberet, l. 2. ff. de appella. recip. vbi e-
tiam Barto. qua regula solent Pontifices non so-
lùm prohibere litigatoribus, ne aliàs, prout so-
lent suprà ante sententiam appellent, verùm etiam iu-
dicibus ne, si similis prohibita appellatio ce-
ram eis remissa foret, admittant, amplius Sig-
naturæ præpositis ne similium appellationum
cauſæ

cauſſæ committantur, niſi in commiſſione orator exprimat alteram ex duab. præſcriptis qualitatib. interloquutoriæ, à qua appellauit, quòd videlicet vel vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen per appellationem ab ipſa diffinitiua irreparabile inferat: quamobrem prouocant mihi riſum nonnulli, qui in commiſſionibus ſolent delere illa verba vim diffinitiuæ, ignorantes quippe caſus iſtos, quòd videlicet ſententia* 4
diffinitiua ſit, vel vim diffinitiuæ habeat, quatenus ad admiſſionem appellationis attinet, inuicem æquiparari, & vnum alteri æquipollere, nõ ſolùm ex diſpoſitione præſcriptæ regulę, verùm etiam iuris communis, prout tradit gloſſ. in dict. authen. habita, capit. ne filius pro patre. Habet quoque hæc regula decretum irritans, vt ſimiles appellationes cum omnibus inde ſecutis nullius ſint futuræ roboris vel momenti, addit denique pœnam, 25. flo. auri ſimiliter appellanti, qui in ſimilis prohibitæ appellationis defenſione & proſequutione ſuccumberet, licet gloſſator in eandem regulam in fin. dicat non vidiſſe vnquam ſimilem pœnam exigi, prout nec nos noſtro vidimus tempore.

Amplius* hanc nimiam ſacrorum canonum 5
in appellãdo facultatem arctârunt quoque ſancti Pontifices à pluribus annis in cauſſa prophana, vbi de poſſeſſione pronunciatum fuiſſet, per conſtitutionem bon. me. Aegidij Cardinalis Sabinenſis, dum viueret vniuerſi S. R. E. patrimonij Vicarij, ſeu Legati ſub rub. in quibus caſ. appel. non valeat, quæ & ſi prouincialis lex eſſet, viſa tamen fuit iuſta cauſa & Sancta, & à Ponti. in ipſa Rom. Cu. in poſſeſſorio rei prophanæ re-

recepta est, vbi inoleuit practica, quòd vbi in negocio possessionis lata esset aliqua sententia, solet is, qui sententiam obtinuit properare, vt commissionem impetret, qua datur vt iudex, qui sententiam protulit, eam quatenus Aegidianæ constitutioni locus sit, exequatur, ideoque solet, qui sententiam reportauit, & exequutionem affectat, properare in similis commissionis impetratione, quia si victus præueniret ipsum in committenda caussa appellationis, opus esset commissionem suam reformare & partem citare, quo casu res plerunque controuersiam recipit.

At vbi commissio detur, non solet aliàs signatura, vt suprà diximus, præcisè de exequutione rescribere, sed sub ea conditione, quatenus Aegidianæ constitutioni locus sit, idque ea ratione, quia & si constitutio generalis existat, & veluti disponens idem quod ius commune, non solùm generaliter intelligenda, verùm etiam ne ociosa sit, casus à conclusione iuris ciuilis exceptos excludere videatur, Dec. in rubr. de probatio. column. 10. ver. quartò limita, satis tamen operatur, si nos à iure canonico, quod in Rom. Cur. seruandum erat, ad ius ciuile reducat, nec propterea casus à regula inris ciuilis exceptos hæc constitutio excludit, sed omnes lectiones recipiet, quas & ipsa iuris ciuilis regula, & veluti
6 lex * noua superueniens ab c antiqua interpreta-
c tionem accipiens, omnes admittet interpretationes & limitationes, quas ipsa lex antiqua admitteret, vtpote, si super missione in possessionem ex. 2. decret. ferretur sententia, Bart. in dicta l. 2. ff. de appell. recipien. column. septima, ver. sexiò

sextò quæro, Bald. in dicta l. 1. C. si de momen. poss. appell. quæst. 10. Abb. in c. ad sedē col. pen. de resti. spol. Idem si constaret de euidenti iniustitia latæ sententiæ, Bar. in d. l. 2. in fin. ff. de appell. recip. Bal. d. l. 1. colum. 1. in fin. Abb. d. c. ad sedem, col. penult. Idem si petitorium fuisset negocio possessionis cumulatum, vel agenti possessorio fuerit opposita & admissa exceptio dominij & proprietatis, Bald. in dict. l. 1. colum. 3. ver. quæro quid si in possessorio. Quod etiã extenderetur, vbi possessorium duntaxat intentatum fuisset, esset tamen tale, quòd annexam haberet proprietatis causſam, ac illius naturam saperet, gl. & Doct. in dicta l. 1. Bartholomæus Veronensis cognomento Cæpolla lib. cautelarum, cautela 161. veluti si interdicto adipiscendæ vel retinendæ actum fuisset, quæ causſam habent cum proprietate, Docto. in l. naturaliter, §. nihil commune, ff. de acquirend. poss. Idem denique si interdicto recuperandæ seu remedio, cap. reintegranda ageretur, & quæstio * de possessione 7
iuris esset, decimandi, collectandi, & si quæ similia sunt, in quibus satis non esset probare actus possessorios, sed amplius iuris adminiculum desideratur, veluti in possessorio mixto, Specul. titu. de caus. pos. & proprie. §. 1. ver. porrò, & §. quia verò, de resti. spolia. §. nunc dicendum col. fin. Bal. in l. vnica, colum. 2. nu. 7. versic. quæro, nos dicimus per l. vnde 6. ff. de itine. actuque priuato. Idem si ageretur de possessione alterius cuiusuis rei, in qua nõ posset quis statum habere, nisi ex Principis indulto. Hoc enim casu & si natura possessorij nihil commune habeat cum causſa proprietatis, ad no. per omnes in d. §.

nihil commune. Veruntamen res ipsa subiecta operatur, vt iudicium annexam habeat proprietatis causſam, vtpote, si de possessione beneficij feudi, vel alterius rei, in qua non possit quis retentum habere, nisi ex concessione Principis, in quibus proprerea responsum extat satis non esse, vt actor possessionem probet, nisi etiam detinuerit, c. 1. de regu. iu. in 6. Bald. in d. l. vnica, col. 2. ibi, & maximè in possessorio beneficij. Aegid. concl. 49. Agens possessorio de restit. spol. & conclu. 17. de rest. spol. incipit, secundum eundem.

d Addo d alios casus, quibus * de iure licet ad-
s uersus regulam iuris ciuilis à sententia possessorij appellare, & quibus etiam liceret ægidiana non obstante, vtpote, si is, qui sententiam in possessorio obtineret, prius petitorio egisset, & succubuisset Bart. in dict. l. 1. & in d. l. 2. idem si ei, qui in possessorio succubuisset, deficeret probatio in petitorio Ange. dict. l. 1. Lanfranc. quoniã contra de appellatio. verbo appellationes sollentia, idem si similis sententia possessorij contra minorem lata fuisset, Bart. d. l. 2. col. 1. in fin. Bald. ibidem col. pen. ver. quæro si Ecclesia, idem si essemus in casu, vbi melior esset possidentis conditio, & status possessionis ad victoriã, cuique decisionem prodesset, Bart. in d. l. 2. Idem denique si sententia condemnaret non solùm ad possessionem, sed etiam ad fructus per capitula distincta, esset enim hoc casu, quò ad possessionem constitutioni locus, & quò ad fructus admittetur appellatio, in qua tamen non audietur appellans, nisi parito sententiæ, quòd ad possessionem, Bar. in l. creditor, §. iussus in fin. ff. de appel. Bal. in dicta l. 1. sen vnica, colũ. ver. sed pone, reliqua,

reliqua, si quæ ad hanc regulam attinent, poteris videre per teipsum apud Doctores in omnibus prælegatis locis, ac per Alexand. Iaſ. & Dec. in l. 1. C. de bonorum poſſeſſione ſecundum tabu.

Et quamuis à ſententia poſſeſſorij non liceat appellare, ſolet nihilominùs dari appellatio ab alio grauamine illato e ante ſententiam in poſ- e
ſeſſorio latam, vtpote, ſi iudex recuſaſſet teſtes recipere, vel teſtem infamem, vel aliàs repellendum recepiſſet, vel denique aliud ſimile grauamen intuliſſet, quod per appellationem à diffinitiua reparari non poſſet, idque æquitate iuris canonici prout habetur ex notatis per Innocen. in capit. final. de oper. nou. nuncia. aduerſus iuris ciuilis rigorem, ſecundum quod appellatio à ſententia poſſeſſorij prohibita eſt, cenſetur etiam prohibita ab omni eo, per quod peruenitur ad ipſam per l. oratio. ff. de ſpon. refert & ſequitur Bald. in dict. l. 1. C. ſi de mom. poſſ. appel. colum. 2. numero 4. verſicu. & modò, & in l. poſt ſententiam, col. 2. numer. 7. & 8. verſic. pone ergo vbi refert Cuiliel. de Cuneo hoc dicentem in l. ſi ex cauſſa, §. nunc videndum, ff. de minoribus & commendat dictum pro notatu digno, & licet ſuprà dixerimus conſtitutionem Cardinalis Aegidij à Pontificibus in Roma. Cur. receptam reducere diſpoſitionem iuris canonici in hac ſpecie ad terminos iuris ciuilis, non tamen admitto iſtam reductionem, vtpote correctoriam iuris canonici, niſi ad limites verborum, & in caſu expreſſo, appellationis ſcilicet ab ipſa ſententia ſuper poſſeſſorio lata, prout ſic notanter limitat Oldrad. conſi. 106. in princip. verſicu. & ſi dicatur, nec ptopterea iſtam prohibitionem

extendemus præter verba ad appellationem à grauamine in cauſſa poſſeſſorij illato ante latã poſſeſſionis ſententiam, in qua remanent illæ præſcripta iuris canonici diſpoſitio, appellationem à quouis grauamine generaliter admittens appellationẽ inquam non ſolùm in poſſeſſorio, ſed etiam in alijs cauſſis, cum temperamento tamen præſcriptæ regulæ de non appellando ante diffinitiuam, de qua ſuperius loquuti fuimus.

f Sed & inter falios caſus, quibus appellatio e-
9 tiã iure ciuili prohibita reperitur, eſt, vbi *quis ab exequutione grauatum diceret, à qua lex ciuilis appellationem non admittit, ſed ab exceſſu tantùm in exequendo, l. ab exequutore, ff. de appella. l. ab exequutione, C. quorum appella. non recip. & notatur vtrobique per Bart. Bald. & alios, notant Abbas, Felinus, & alij in cap. quoad conſultationem cum notã. de re iudica. Rota deciſio. 346. ſi appellatur de appella. in no. Nec iſte exceſſus præſumitur, niſi probetur cap. nouit, & d. c. quoad conſultationem cum nota. de re iudica. Rota ibidem. Idque propter auctoritatem rei iudicatæ, quæ facit valdè contra appellantem præſumi, & iſte exceſſus poſſet multipliciter contingere, vtpote, ſi iudex exceptiones aptas exequutionem impedire non admiſiſſet, vel ante tempus, vel in maiori quantitate, vel in re, in qua non eſſet exequendum, exequutus fuiſſet, prout notanter docet Barto. in dict. l. ab exequutione, ff. de appell. columna prima, verſicu. contra hoc oppono, & in dicta l. ab exequutione, C. quorum appella. non recipi. quæſtio. prima, & licet fuerint opiniones, verior tamen eſt, quòd in ſimili appellatione exprimenda ſit iſta cauſſa exceſſus,

excessus, aliàs per eam nó retardaretur exequutio, Abb. in dict. c. quoad cõsultationem, colum. pen. num. 30. versic. quæro an in appellatione ab exequutione, vsque ad finem. Quam opinionem recitatis & confutatis alijs sequitur & comprobat Feli. ibidem col. 10. nu. 20. ver. Nihilominus primam opinionem puto verioré, quam etiam sequitur Rota d. decis. 346. si appelletur. de appell. in no. vbi non solùm causæ expressio desideratur in ipsa appellatione, vt suprà, sed dicitur, quòd si ab exequutione rei iudicatæ ad partes remissæ appellaretur ad Papam, non daretur inhibitio, nisi expressa causa, excessus verificaretur, prout* etiam in tertio appellante pro suo 10
interesse requiritur, quòd non solùm exprimat in appellatione legitimam causam, verùm etiam eam saltim semiplene, verificet antequam in causa suæ appellationis vlterius audiatur, gl. in l. 2. verbo iudicio cum gloss. sequenti, ff de appellat. recipien. & est tex. vbi Ange. & Raphael. 11
in l. 1. ff. de appell. recip. Felin. dict. c. quoad consultationem d. colum. 10. num. 20. versic. nihilominus primam opinionem puto veram ibi. Idē notat, Phil. cuius expressionis causæ duæ à Doctoribus circumferuntur rationes, vna quia vbicunque appellatio emittitur in materia, in qua regulariter prohibetur appellatio, expressio causæ desideratur, quia appellatur contra regulas iuris, & appellationi ius communi repugnat, ad not. per Abb. in dicto cap. quoad consultationem, col. penult. & per Felin. ibidem d. col. 10. cum sequent. per totum. Altera est & meo iudicio verior, quia omnis* pronunciatio 11
iudicis post latam diffinitiuam est merè interlo

quutoria non habens vim diffinitiuæ, prout hæ docent Imo, in l. si finita, §. non autem, ff. de dam. infect. & per Aret. in l. 5. ff. de verbor. obligat. sequitur Felin. in rubrica extra de re iudic. & suaderur ratione, quia si diffinitiua præcessit, & sic semel diffinitum est negocium, iudex quoad diffinitionem negocij iam functus est officio suo, & si sumus in interloquutoria, ideo in appellatione ab exequutione causæ expressio desideratur, quia interloquutoria est, à qua non appellatur, nisi expressa causa, vt in c. vt debitus de appella. quam rationem in proposito reddit Aret. in d. l. 5. ff. de verbor. obligatio. sequitur Abb. in dicto c. quoad cõsultationem colum. penul. numero 30. versic. Quæro an in appellatione ab exequutione, præsertim cùm ista sit quædam interloquutoria, à qua nisi expressa causa appellatur, refert & sequitur Felin. ibid. col. 12. ibi, & ista omnia benè nota, vltra Aret. ind l. 5.

g

12 Immò * non defuerunt, qui voluère, quòd in simili appellatione ab exequutione requiratur non solùm expressio causæ in genere, veluti si diceres, appello, quia iudex excessit modum in exequendo, sed expressio causæ in specie videlicet, appello, quia Iudex excessit in hoc, vel in tanta quãtitate, & sic nominatim, & nõ in genere, Abba. in dict. capi. quoad consultationem, colum. fin. numero 33. versic. vnde non puto valere hanc appellationem, quorum opinionẽ non reperio fuisse receptam, sed communiter Doct. in præallegatis locis, & alijs communibus transeunt cum priori sententia, quòd expressio causæ sit necessaria in genere tantum, vt supra, ideo cauti causarum patroni cauere solent, vt non

vt nõ exprimant exceſſum in ſpecie, ſed in genere tantum & vtilitas eſt, quia ſi exprimerentur exceſſus nominatim in hac re vel quantitate, iſta appellatio non ſuſpenderet exequutionem, niſi in quantum caperet expreſſus exceſſus. Spec. titu. de ſenten. excommu. §. nunc dicendum, verſicu. ſed nunquid, & fuit originalis opinio Vber. quam refert Spec. ibi, & eam ſequitur Antonius de Butr. in d. c. quoad conſultationem, quòd ſi expreſſio exceſſus in genere fiat, tũc ratione incertitudinis ſuſpẽditur exequutio in totum, donec exeuentu liqueat in quantum iudex exceſſerit, vide omnia apud Abba. in d. c. quoad conſultationem col. fin. num. 31. vſque ad num. 33. verſic. vlterius vſque ad verſic. poſtremo. Tu igitur, vbi in articulo exequutiuo ab aliqua iudicis pronunciatione appellabis, vtpote à fructuum liquidatione, expenſarum taxatione, ac alijs interloquutionibus in negotio exequutiuo fieri ſolitis appellabis expreſſa cauſſa exceſſus in genere tantum, iuxta primam opinionem ſuperius relatã, quam ſeruamus in Roma. Cur. licet Innocen. in cap. fin. col. 2. in glo. ſua verſic. taxa. quod metus cauſſ. & Bald. in l. terminato col. 2. verſic. Modò ego quæro. C. de fruct. & litium expen. Lanfran. in cap. quoniam contra verſicu. expenſæ, velint quòd exprimatur quantitas, in qua fuit exceſſus. Admoneo tamen, quòd & ſi ab exequutione, vt præmittitur, prætextu exceſſus permittatur appellatio, prout ſuprà diximus, non tamen permittitur bis, prout in alijs caſibus permiſſis, ſed ſemel tantùm, & fuit ſententia Nicolai de Matra. in l. tertia, C. de iuris & facti ignorant. quam ſequitur Ange. Aretin. in l. ab exequutione, ff. de

appellat. & Felin. in dict. c. quoad consultationem, colum. 12. numer. 20. verficu. scias quòd vbi appellatur ab exequutione excessiua, & Firmanus suo repertorio verbo appellatio ab exequtione numer. 7. quod dictum Felin. ibidem commendat pro notatu digno, & tenebis illud mecti, quia in Roma. Curia passim permittunt in simílibus bis appellari, & rem transigere per tres conformes, & vbi mihi occasio se offerat, volo contradicere, vt posteritati discutiatur de veritate istius notabilis dicti, quod certè habet in se maximam rationem, quia non videtur dignum, vt victor in concernentibus exequutionem cogatur expectare alias sententias, aliàs enim res in infinitum iret, & lites euaderent immortales.

h Addo h quòd * non solum ab exequutore, ve-
13 rùm etiam à quouis iudice prohibita est appellatio in caussa notoriè manifesta ex ipsa facti euidentia, c. ex literis extra de sponsalibus, c. cum speciali, §. porrò, extra de appella. vbi Abbas & alij idque ea ratione, quòd ij, qui in simili casu appellant, soleant ad appellationis remedium conuolare, vt diutius eorum temeritatem sustineant, cùm * tamen appellationis remedium non
14 fuerit aliàs institutum ad confouendam litigatorum malitiam & temeritatem, sed ad præsidium innocentiæ, & oppressorum defensionem, tex. in d. §. porrò, & ad corrigendam litigantium iniquitatem, & plerunque etiam imperitiam, l. 1. in princ. ff. eo. Dixi autem in caussa notoriè manifesta ex ipsa facti euidentia, quia si aliud notorium esset, vtpote notorium famæ, vel notorium iuris, cum his casibus contraria probatio ne-

ri pos-

ri possit, lex hac notorij specie de veritate non satis certa appellationem admittit, qua victus possit non probata probare, argumen. capitu. ex transmissa extra qui filij sint legitimi, & l. obseruare, C. quorum appel. non recip. *i* & quæ* sint inter has notorij species discrimina & differentiæ, vt possis vnum ab altero secernere, habes à Specu. toto tit. de notorijs criminibus, & quantum ad speciem nostram attinet destituendi, quem ab appellationis remedio, illud notorium dicimus, quod ipsa facti euidentia demonstrat, text. in dict. cap. cum speciali, §. porrò extra eodem, in princ. vel quod quispiam sua confessione manifestasset text. ibidem. *k* Et licet* iuristæ videantur in confesso tantum, non etiam conuicto appellationem admittere, gloss. & Bart. in l. creditor. §. iussus, ff. de appella. iure tamen pontificio non admittimus appellationem pro confesso, nec iudex debet referre, quod tamen intelligas in confessione non excusata, quæ notorium inducit, & appellationis remedium excludit, prout notabiliter declarat & limitat. Abb. in d. §. porrò, col. 2. & 3. versi. si verò fuit tantum confessus, vel id, quod etiam per testes legitimè inductos constaret, quibus per victum non fuisset oppositum. Abb. in d. §. porrò, col. 2. vers. in glos. verbo confessione, qui refert in hoc, & sequitur opinionem Hostiensis. Vel denique quòd per sententiam & rem indicatam liqueret, gloss. in d. §. porrò, verbo confessione, & Abb. super ea, De quibus tribus modis notorij, latius vide in text. nota. in cap. fin. extra de cohabitatione cler. & mulier.

i 15

k 16

Amplius & quæ suprà diximus de notorio confessio-

17 fessionis procederent, etiamsi * quis non condemnaretur ex confessione propria, sed aliena, vpote, si hæres ex confessione defuncti, quod est mendi tenendum secundum not. per Ioan. And. in addit. ad Specu. in tit. de appellat. §. in quibus in prin. verb. confessus, qui refert in proposito quidam q. Nicolai de Mattarellis, quos refert & sequitur etiam Abb. in d. §. porrò, colum. 3. num. 7. verficu. sed quæro, An hæres potuerit appellare,

1 Quam *theoricam* in casu notoriæ confessionis quotidie practicamus in Rom. Cur. Vbi quis vigore appellationis in forma cameræ conuenitur, à cuius processu non solet Roman. Cur. appellationes admittere, neque eius prætextu executionem retardare, idque ea ratione, quòd is, qui se in simili forma obligat, procuratores irreuocabiles in eadem obligatione etiam iurando constituit, ad confitendum debitum eius nomine pro summa in obligatione contenta, & creditor per organum alterius ex procuratoribus per debitorem, vt præmittitur constitutis confessionem debiti reportat, & vbi reum habet fic confessum iudicis auxilium implorat, vt contra ipsum veluti confessum exequatur, meritò ranquam confessus non appellat. Et quia suprà diximus idem in hærede, qui ex confessione defuncti condemnaretur, minus admitteretur appellatio hæredis eius, qui se simili forma cameræ obligasset si modò ante defuncti obitum creditor aduersus debitorem suum, qui postea obijsset, debiti confessionem obtinuisset, aliàs enim morte debitoris mandantis fineretur eius mandatum in dictos procuratores, vt præmittitur factum, l. mandatum, C. mand. insti. eo. §. rectè, & not. per gl. Bar.

Bart. & alios in l. item est, & l. inter causas, ff. eodem, & per Bart. & Doctores in l. eius, ff. si certũ petat. Rota decis. 171. in not. Si. A. constituat, de procura. & propter finitum mandatum non valeret aliàs creditor per organum dictorum procuratorum ab eis debiti confessionem reportare, nisi fortè debitor, qui in obligatione procuratores constituit, vt suprà, illos constituisset ad confitendum debitum etiam post eius mortem, prout similis constitutio de iure fieri potest tex. in l. si verò non remunerandi, §. final. ff. mandati, Bald. in l. eam quam. 6. quæstio. in lectu. antiqua, C. de fideicommis. Alexand. in l. final. ff. solu. matrimo. Card. in clemen. 1. de sepul. quæst. 23. Quo
* casu duraret mandatum etiam post mortem 81
constituentis, & eo defuncto, posset nihilominus debiti confessio à similibus procuratoribus haberi, per suprà allegata, & subintraret motiuum confessionis defuncti, quæ pariter excludit hæredem ab appellationis remedio per suprà dicta, quam cautelam non cogitarunt adhuc duri creditores, qui plerunque & si debitorem in ampliori forma cameræ obligatum habeant, eo defuncto coguntur contra hæredes non solùm ordinarium iudicium per viam diffinitiuæ sententiæ subire, verùm etiam per tres conformes transire. Et præter hunc casum notarij confessionis ratò vel nunquam præcedentem theoricam in Ro. Cur. practicamus, & passim in causis aliàs notoriè manifestis aduersus legis mentem admittuntur appellationes, estque in hoc plerunq; nimia facilitas etiam in casibus, in quibus nulla alia ex appellatione speratur profutura defẽsio, sed dũtaxat causæ vlque ad tertiam sententiam productio.

Gene-

i9 Generaliter * verò vbi permissa est appellatio vt sit litium quandoque finis, neve res in infinitum iret. Lex non permittit quem in vna & eadem caussa, nisi bis prouocare, toto tit. C. in vna & eadem caussa liceat tertio prouocare. Nota decis. 724. in antiq. Dic quòd si duæ, de sententiarum & excludendum, ne quis tertio appeller, numerat etiam sententias extra Palatium latas, idque etiam, nisi infra certa præfinita tempora, quæ olim fuerant infra biduum, l. eos, §. fin autem in iudicio, C. eo. & l. 1. §. biduum, ff. quando appella. sit. Hodie verò vsque ad dies decem extensa sunt auth. hodie. C. de appella. c. significaue runt extra de test. cap. quoad consultationem de re iudica. c. bonæ de confir. vtil. vel inutil. c. concertationi de appell. in 6. anteriorum, 2. quæst 6. Daturque hoc tempus appellandi non solum cùm à diffinitiua, verùm etiam si ab interloquutoria, & quocunque iudiciorum grauamine præmissis tamen casibus appellaretur, l. 1. §. quod in sententijs, ff. quando appella sit, imò etiam non solùm ad appellandum, vbi quis iudicialiter grauaretur, verùm etiam vbi cuipiam aliquod munus, vtpote tutelæ, vel aliud simile iniungeretur, quis se excusaret, & eius excusatio non fuisset admissa, ille autem reclamaret à non admissa excusatione, §. si quis tutor, ff. quando appell. sit, capit. biduum, §. quod autem in sententijs, 2. quæst. 6. & quod dictum est in appellante, procedit etiam in eo, qui * appellationi vlterius vel

20 m let adhærere, debet *m* enim infra decem dies vtique adhæsio fieri. Rota decis. 539. in antiq.

à grauamine de appella. in finalibus verbis, & de cisio. 225. in nota. adhærentes eod. titu. nec eo minus tibi infra hoc tempus liceret appellare, quia vbi sententia vel grauamen inferretur, præsens fueris, neque contradixeris. Bart. in l. prima, versicu. vltimo noto. C. de appellatio. & currit hoc tempus de momento ad momentum, vt habetur & notatur in omnibus supra allegatis locis. Specu. eo. titu. §. in quibus ver. sed nunquid dies appellationis computabitur de momento ad momentum, nec n posset à iudice in breuius vel longius tempus mutari, gloss. indultum in 6. imò nec partium voluntate & consensu, gl. singularis in auth. offeratur, C. de lit. contesta. sequitur Bal. in authen. ei qui, C. de temp. appella. quandoquidem non est in partium voluntate facere, vt lex, quæ post decem dies rem inducit iudicatam, non operetur suum effectum ad no. in l. fin. C. de transactio. & cum hæc temporis præfinitio sit de iure positiuo, l. 1. §. biduum, ff. quando appellan. sit, & 2. qu 5. c. biduum, & in d. auth. hodie. C. de appella. posset hoc temporis spacium contrario iure arctari, vel prorogari, vtpote per statutum, vel consuetudinem loci, glo. sing. in l. præscriptione, C. si contra ius, vel vtil. publicam, quam ad hoc Ang. in l. 1. ff. de re iud. & pro omnibus vide apud Phil. Franc. in c. cùm sit Romana, col. 2. ver. in eadem glo. ibi tempus decem dierum extra de appella. n

Sed maius o dubium est, à quo * tempore incipiant currere isti decem dies ad appellandum, & licet in hoc fuerint opiniones, hæc tamen vera à sacro Palatio recepta est, quòd si sententia ferratur contra præsentem, vel si absentem, verùm o 21

tamen

tamen contumacem, tempus currat à momento, quo fuit prolata sententia, text. in l. 1. §. biduum, ff. quando appell. sit, & in cap. biduum, 2. quæst. 6. in princip. vtrobique verbo ex die latæ sententiæ. Idque etiam si sententia conditionaliter, prout semper excommunicatio, & in pluribus alijs solent similes sententiæ & decreta sub conditione fieri coram iudice Cameræ, & alijs etiam ordinarijs, Roma. Cur. vtpote, nisi infra tres, vel nisi ad primam, computarétur enim decem dies ad appellandum à die existétis conditionis, text. in d. l. 1. §. biduum, ff. quando appellan. sit, in similibus verbis, & in capit. biduum, in princip. & vtrobique notant gloss. & Docto. & in istis terminis, quando victus fuit personaliter apprehensus, procedit opinio eorum, qui voluerunt decendium currere à die latæ sententiæ, quod si contra absentem & fictum duntaxat contumacem pronunciatum esset, terminus decem dierum nó incipiet currere nisi à die quo sententiam passus sciuerit. tex. in d. l. 1. §. vlt. quando appellan. sit, & in d. c. biduum. §. si aduersus absentem. 2. qu. 6. & hoc modo procedit tex. in d. c. concertationi de appell. in vi. qui loquitur de appellatione abstinctione seu collatione, qui sunt actus extraiudiciales soliti fieri parte non citata neque præsente, & sic procedit opinio aliorum tenentium hoc decem dierum tempus esse vtile in sui initio, & non currere, nisi à die scientiæ siue habitæ notitiæ, quæ distinctio colligitur ex prædictis allegatis iuribus, & eam sequitur glo. in d. l. 1. §. biduum, verbo sententiæ latæ. ff quando appellan. sit, & Speculu. tit. de appel. §. in quibus. col. 1. versic. sed nunquid hoc tempus, ibi, non enim currit ignoran-

nisi sit contumax, & sequitur Rota decisio. 49. in no. si fertur de appellat. per totum & 364. in not. cum iura. de appell. 853. in antiq. Sciendum de appel. & decis. 384. in not. fuit dubitatum eo. tit. p Quis autem * in proposito dicetur verus, quis verò fictus contumax, docet glo. in d. l. 1. §. fi. verbo computandum & post eam Rota decis. 44. in not. si fertur de appella. per totum & 364. in not. cum iura de appellat. 384. in not. vbi habes quòd ad hunc effectum ille dicitur verus contumax, quem iudicis, vel iuris citatio personaliter apprahendit. Quæ q tamen perpetua non sunt, finge, quod * grauamen à quo grauatus reclamat, esset grauamen permanens & (vt aiunt) successiuam habens causam continuam: hoc enim casu donec grauamen durabit, nunquam curret terminus decem dierum, sed semper appellans erit in tempore. Bald. in l. si clericus. C. de episc. audient. refert & sequitur Specul. titul. nostro. §. in quibus ver. & nota secundum Vin. ibid. aliàs vbi continuatur grauamen, vsque ad finem dicti verficuli, refert & sequitur Philip. Franc. in cap. super eo. culum. 1. 11. nota. ibi. Tamen si aliquis à die præcepti extra eod. tit. Rursus * finge te per procuratorem litigasse, & contra procuratorem tuum latam fuisse sententiam, & procuratorem ab ea non appellasse, nec tibi aliàs contra similem procuratorem consultum sit, quia non est soluendo, poteris enim hoc casu, tu qui dominus es causæ, appellare, etiam post istos decem dies à die latæ sententiæ, & infra decem dies à die, quo ipse sciueris gloss. fin. ff. quando appell. sit. & gloss. 3. in auth. hodie. C. de appell. quas reputat singulares & notandas Card. in c. 1. vt lite

P 22

q 23

24

19 non conteſta, ſequitur Bar. in l. 1. §. ſi aduerſus in fi. ff. quando appel. ſit Alex. conſi. 95. Viſis proceſſibus col. 11. Conſi. Neap. deciſ. 244. in antiq. fuit dubitatum in conſil. procurator actoris debet iuſſoria cautione & cæt. Et licet fuerint opiniones, an iſta ratione, quia procurator non ſit ſolu uendo, præſeruetur iſta facultas appellandi domino, ita tamen vt infra decendium ad appellandum, appellet. An potius, vt etiam poſt iſtos decem dies à die ſententiæ, dummodo infra decem à die ſcientiæ, nihilominus verior eſt, quòd dominus poterit etiam poſt decem dies à die latæ ſententiæ infra tamen decem à die ſcientiæ appellare, prout refert & concludit Felin. in dict. cap. 1. vt lit. non conteſta. col. 4. & 5. nume. 6. cum ſequenti verſic. ſecundo. Aduerte quòd ſi procurator, vſque ad verſicu. vnum etiam ſcias, quam tamen intelligas, videlicet prævia & media reſtitutione in integrum, non autem ipſo iure, prout ſic notabiliter limitat Bald. in cap. ſignificantib. de appellation. in vltim. colum. & Salic. in auth. hodie. col. 1. verſicu. ſed dubium, refert. & ſequitur. Alex. d. conſil. 95. Viſis proceſſibus col. 3. num. 7. ver. & licet gl. & Doct. l. 1. Rota ſimili in caſu eius qui legitimè impeditus infra tempora non appellaſſet aduerſus opinionem glo. & Bart. de quibus ibi tenentium, impeditum ceſſante impedimento admitti ad appellandum abſque medio reſtitutionis & ipſo iure, prout aliqui voluerunt in principali appellante à die notitiæ ob nõ appellationem procuratoris exiſtentię non ſoluendo deciſ. 49. in nor. ſi ferrut de appell. ver, item Doct. in glo. vbi etiam tradit quòd iſta reſtitutio debeat peti coram iudice à quo,

quo, per allegata ibidem. Et licet ista sint vera de iure, nihilominus non consueuit sacrum Palatiũ admittere istam fallentiam, vt dominus possit aduersus iuris regulas post decem dies appellare, quando sententia fuit lata cum procuratore, qui non appellauit, & nõ est soluendo, vel quod ad appellandum restituatur, prout attestatur Cassad. decis. 5. de appella. & refert rationẽ, qua mouetur palatium, qua videlicet in Roma. Cur. vt plurimum caussæ per procuratores tractãtur, vnde exequutiones passim cum maximo partiũ dispendio impedirentur.

Verùm & si tempus ad appellandum currat de momento ad momentum, cùm tamen difficile sit, vt iudex pro tribunali, & in iudicio expectet ista tempora, receptum est, vt * appellatio emitti possit etiam extra iudicium & in domo Auditoris absque alia partis vocatione. Rot. decis. 356. in nor. si appelletur de appellat. nume. 2. Eadem r quoque ratione poterit appellatio fieri & emitti etiam die feriata. Barto. in l. diuus, versicu. & hic fallit. ff. de ferijs. Iason in d. l. more, colum. fin. versicu. vltimo adde, eod. tit. Host. Butr. & Imol. in cap. præterea de dilat. Card. in cle. 2. §. similiter. q. 2. de appell. Lanfran. in clem. sæpè, verbo de plano, de verb. signific. & in cap. quoniam contra verbo petitionis de appellat. & non solùm die feriata, sed etiam de nocte. Bald. in auth. hodie colum. 2. ver. sed nunquid appellatio de app. Et licet * de iure appellans, qui morosus in appellando die tãtum decima appellasset, teneatur non solùm probare appellationem emissam, verùm etiam horam, & propterea illã in sua appellatione exprimere Aretin. in l. 2. §.

25

r

26

dies, ff. quando appellandum sit. Paul. de Castr. in auth. hodie. C. de appella. Felin. in cap. quoad consultationem, colum. penult. ver. 4. conclu. de re iudic. & hoc, vt possit liquere, an ante momentum, vel post finem momenti fuerit emissa, hoc tamen non seruatur, nec vsu receptum est in Palatio, quia Auditores ex indulto Innoc. 6. in extrauaganti, seu bulla Innocentiana possunt appellationes validè recipere, post lapsum momenti, dum tamen eadem die. Quamobrem risum mihi prouocant aliqui sollicitatores tenues, qui solent illud vltimum momentum tum custodire, vt vbi lapsum esset, protestari de lapsu termini ad appellandum, nec aduersarij appellationē aliàs recipiendam fore, ignorant enim ista, quæ sunt prima pragmaticorum principia omnibus
f notissima. Appellamus *f* autem semper * coram
27 iudice à quo, si eius præsentiam habere possumus, vt debitus honor eidem tribuatur, l. omnē honorem, ff. quando prouoc. non est necesse, c. vt debitus de appell. quòd si quis ante vltimum momentum volens appellare, iudicis copiam non habuit, & si fuerint, qui opinati sunt appellantem teneri iterum redire, quia fortè alia die iudicis copiam habebit. Felin. in c. transmissa circa medium ver. dum subdit de præscriptio, sequitur Alexand. consil. 19. vol. adstipulantur not. per Butr. in c. ex ratione ver. ex his deciditur extra tit. nostro, & per Ang. in authen. sed lis, C. de temp. app. si tamen appellans non aliàs redierit, subsistit, Cassad. decis. 8. de appel. à principio ad finem, vbi more scholastico disputat articulum ad partes, & tandem videtur inclinare, quod si appellans expectasset vltimum momentum, & ipso

ipso vltimo momento adiuisset ad locum, vel tribunalis, vel habitationis iudicis volens appellare, nec iudicis copiam habuisset, sustineretur appellatio: tametsi videretur posse appellanti imputari, cur vltimum expectauerit momentum. Idem dicit, si quis ante momentum similiter volens appellare, iudicis copiam non habuisset, si modò appellans doceret de absentia vel alio impedimento iudicis etiam tempore vltimi momenti, & quando etiam non doceretur de absentia, vel impedimento similibus, attestatur ipse patres solere, prout etiam alijs casibus solent, in dubio inclinare pro non desertione, per doctrinam Pau. de Cast. in l. 1. ff. si quis cautio, & quia re dubia existente per inclinationem hãc partem nihil detrahitur de iuribus partium, imò videtur tendere ad illorum ac maiorem veritatis indagationem, subiungit tamen in fine, quòd vtilis esset in hoc articulo Principis declaratio, quæ mihi hodie superflua videretur, postquam res est vsu tot annorum, & suprema istius Auditorij auctoritate pro non desertione declarata. Et licet hæc confidentia videatur appellanti præbere occasionem non appellandi in conspectu iudicis, & suo casu euitandi refutatorios Apostolos, quos, si in præsẽtia iudicis appellasset, habiturus erat, quosq; euitare non consueuit esse in appellantis facultate, propter honorẽ iudicis ac partis appellatæ præiudicium, nihilominus non consueuerunt patres (vt Cassad. dicit) hoc respicere, cum appellans semel adeundo iudicem, videatur honori eius satisfeciisse, & debemus casum non reperti iudicis potius eius absentiæ, quàm malitiæ appellãtis in dubio imputa-

putare. Admoneo tamen, vt vbi ante momentū iudicis copiam non habuisses, si poteris, reuerearis alia vice, & ita etiam vidi à senioribus fieri, & passim seruatur, immò vbi in vltimo momento non habemus iudicis copiam, solemus vocare notarium causæ actuarium non solùm appellare, sed etiam ab eo apostolos petere. Rota decis. 366. in no. si appelletur de appellatio. & si non defuerint, qui voluere eum, qui in absentia iudicis appellasset, non teneri aliàs ad Apostolorum petitionem, Bal. & Ang. in l. 2. C. de his qui per me. iudi. non appella. Idque ea ratione, quòd solus Iudex à quo potest de apostolis respondere, vtpote is, qui pro informatione causæ coram ipso tractatæ certus est, an appellans sit à iurisdictione sua dimittendus necne, c. ab eod. cap. vt super eod. titu. Appellamus* autem in Ro. Cu. semper t in scriptis siue ab interloquutoria, siue à diffinitiua appellandum sit, quia si ab interloquutoria appelletur, non valeret appell. aliàs siue inconti nenti, siue ex interuallo emissa. cap. cordi, de appel. in vi. Bar. & alij in l. litigatoribus. & in l. eos §. si autem. C. eod. quod si à diffinitiua appellandum sit, rarò vel nunquam lata sententia incontinenti appellamus, quo u casu lex admitteret appellationem viua voce. l. 2. ff. de appellat. sed semper ex interuallo, lex appellationem in scriptis etiam à diffinitiua non minus, quam ab interloquutoria desiderat, & aliàs emissa appellatio non valeret, & appellans pro non appellante haberetur, Bar. Ang. & alij in d. l. litigatoribus & in l. eos. C. eo. Imò satis esset appellare in scriptis, nisi in ipsa cedula dicerentur illa verba apponi solita, in his scriptis. Ang. in l. à sententia. §. fi. de

fi.de appel. Adeoque admittit sacrum palatium hunc rigorem, vt si quis semel à simili grauamine vel sententia aliàs appellasset in scriptis, data cedula(vt moris est) & modò volens ab alio simili grauamine vel sententia appellare, diceret appello,prout in cedula aliàs occasione alterius grauaminis vel sententiæ in actis data, quã repeto & peto de nouo in actis inseri, non consueuit Palatiũ appellationem, vt prẽmittitur,emissam admittere pro appellatione in scriptis, tametsi aliàs scripturã producere vel productãrepetere videantur inuicem æquipollere. Rota decis. 361. in antiq.no.quòd iudex de app. Aegi.conclu.121. fi iudex eod.tit. à quo nihilominus rigore quandoque recessum est, & admitti solet similis repetitio cedulæ appellationis aliàs datæ quando quis non de nouo appellaret, sed appellationi per alium datæ pro se & adhærere volẽtibus vellet adhẽrere,posset enim sine alia cedula repetẽs illam(vt præmittitur)alias datam adhærere. Aegid.conclu.19 fi quis de appel.pro se & adhærentibus. Quamobrem extra superius exceptũ adhæsionis casum, solemus quoties appellandum sit,appellationes in scriptis dictare in aliqua cedula,&cedulam nobiscum afferentes appellare, prout in cedula, & vbi ab interloquutoria, semper à causa appellationis exordimur, vtpotè si à breuitate dilationis, licet Reuerende pater probationes non nisi competentes dandæ fiat, nihilominus P.V. ad importunas instantias partis in huiusmodi causa aduersæ & cæt. & sic de singulis, quòd si à diffinitiua absq; alia causæ expressione simpliciter dicimus. à quadam prætensa diffinitiua sententia & cæt. quarum appellatio-

num formulas non aliàs hic inſerere viſum fuit, poteris illas in quauis ſpecie appellationis apud vulgarem Libellum, cui Formularium procuratorum & aduocatorum inſcriptio eſt, cuius quidem maior eſt rubrica, quam niger, maiorque quam emphaſis, & melius apud cauſſarum regiſta videre, in quibus cedulis tenemur præferre nomina iudicum, necnon appellantis & appellati, ac rem ſuper qua pronunciatum extitit, exprimere. l. 1. §. fin ff. eod. & ſi ab interloquutoria, etiam cauſſam (vt ſuprà) clem. appellans de appella. idque nominatim & in ſpecie, adeò, quòd non ſatis eſſet dicere in genere appello, quia grauor. Bald. in l. edita, in repetitione perufina, colum. 15. verſic. ſciendum tamen eſt, C. de eden. & in l. minoribus, colum. 1. 4. nota. C. ad Syle. Vbi dicit idem ſi exprimeretur per relationem ad acta in genere. Felin. in c. ſuper quæſtionum, in fi. pri. de offi. deleg.

Amplius quia à pluribus annis mos patrum inualuit, quo ferè ſemper pronuncians prout in cedula, & plerunq; decimus dies inſtat, antequá cedula ſubſcribatur & aperiatur, nec interim ſatis certi ſumus, an ſententia ſit futura fauorabi-
x lis vel contraria, inoleuit x practica, qua huic incertitudini occurrimus appellando non aliàs ſimpliciter, ſed cum clauſula, quatenus contra partem noſtram, quæ clauſula limitat pronocationem appellantis, vt non cenſeantur appellaſſe, niſi ſub ea conditione, ſi contraria ſcilicet fuerit ſententia, & hoc ne ſi fauorabilis fuerit in toto, vel in parte poſſit appellatus gaudere com-
y modo appellationis eius, y quæ * aliàs fuiſſet ſi-
29 bi communis, & potuiſſet eam exercere, ac pro-

ſequi

sequi sicuti propriam, ad text. cum materia & nota. per Bartol. Salic. & alios in l. ampliorem, C. de appella. idque etiam non solùm ad effectum confirmandæ vel infirmandæ, sed etiam in omissis supplendæ prioris sententiæ, Rota decis. 365. in no. si à diffinitiua de appel. vsq; ad fin. Quam * practicam refert & commendat, Phil. 30
Fran. in c. si duobus. colum. 4. versi. sed quæritur primò cum pluribus sequentibus, vbi suggerit exemplum de eo, qui in parte, & partib. sibi contrarijs appellasset, & restringit rem ad casum, quando sententia plura separata, secùs verò vbi vnicum tantùm vel plura connexa contineret capitula, quia isto casu appellatio deuolueret negocium, & posset nihilominus appellatus vti appellatione appellantis, tametsi limitate à certa parte tantum, & per alteram partium duntaxat interposita, quam tamen restrictionem non admitterem in casu appellationis interpositæ cum clausula nostra quatenus contra, quæ verba non restringunt appellationem magis ad vnam quàm ad aliam partem, sed inducunt potius cõditionem & faciunt appellationem censeri conditionalem, ita quòd si sententia in totum fauorabilis subscribatur, appellatio remanet conditione defecta ac si non fuisset appelatum, præsertim quia appellatio à sententia, quæ non grauat, nõ deuoluit & nihil operatur, Inno. in cap. breui extra de iureiurand. Bald. in l. fin. col. 4. C. quando prouocare non est necesse. Philip. Fran. in d. cap. si duobus col. i. i. notab. ibi ex quo not. vbi etiam habes idem col. 4. quòd quando sententia continet plura separata capitula, & vterque litigator appellat quisque ab altero capi-

tulo, tunc possunt ad diuersos iudices appellare & quisque apud suum iudicem eius appellationem prosequi, cui tamē in hoc contradicitur ab. in d.c. si duobus in fi. idq; ea ratione quòd cum & si inuicem separata fuerint à principio inc. in iudicio deducta, tamen ista cumulatio videtur facere de omnibus vnicum censeri negocium, quæ Abbatis sententia per rationem suam amplexa fuit hactenus in Rom. Cur. & Signatura iustitiæ, quæ ista ratione rarò vel nunquam diuideret appellationes, quando essent plures, omnes tamen à contentis in vnica sententia & vnico iudicio atque processu tractatis.

Et quamuis lex dixerit iudicem à quo non oportere existimare sibi iniuriā fieri, quia victus ad prouocationis auxilium conuolauerit. l. & in maioribus. C. eod. cùm tamen vsu permittente non solùm dicimus nos appellare ab eius sententia, sed etiam dicimus tāquam iniusta & iniqua, ne videamur per hæc verba velle iudicē à quo
81 conuitiari. quod * appellatoribus prohibitum est. l. iudici. ff. de iniurijs. l. illud. ff. de appella. addere solemus vestris honore & reuerētia semper saluis, tametsi illa verba iniusta & iniqua non inferant conuitium, sed tantùm ea, per quæ iudici dolus impingeretur. Paul. de Castr. in d.l. illud ff. eodē. Vbi etiam voluit appellationem, qui iudici conuitiaretur, non solùm notari infamia. d. l. iudici. ff. de iniurijs, verumetiam extraordinaria pœna plectendum esse, & quod plus est ab eodem met iudice & sine processu, quia notoria fit iniuria, quæ in appellationis libello, & penes notarium, quæ publica est persona, iudici inferretur, estq; hic laudabilis quidem mos

nostri

noster erga iudices à quib. expedit, & caussarum patronis & eorum clientulis beneuolentiam omnibus artibus captare, etiam vbi magis videntur caussæ suæ contrariari & obesse. Non desunt tamen, qui secus ab hoc laudabili more faciant, & quotidie iudices irritent, etiam vbi iure non possunt de eis conqueri, & quandoque etiam vbi sunt conscij, quòd minus iustè id faciant, quod vt nõ imiteris semper admoneo, quandoquidem si iudicibus gratus eris, conducet tibi in multis eorum gratia, in his præsertim in quibus gratificationi locus est, quæ plerunq; ad victoriam plurimùm conferunt.

Consueuimus 3 etiam * in ipsa appellationis 2
specie dicere, Apostolosque semel, bis, tertiò in- 3a
stanter, instantius, & instantissimè sibi dari atq; concedi petit omni meliori modo, &c. Apostoli a enim dicuntur ab Apostellin. quod est mitte- a
re seu nunciare, qnasi sint nuncij seu literæ nunciatoriæ quibus iudex à quo solet iudici ad quẽ vel alteri superiori renunciare, Sempronium in tali caussa à sua sententia tali die appellasse, ac etiam significare an dictum appellãtem à iurisdictione sua dimittat, necne. Et quia varius solet esse huius rei euentus, ab isto euentu Apostoli diuersimodè vocãtur. & b quatuor exorta sunt b
apostolorum genera. Nam si iudex deferat appellationi aut quia ius defert, & vocantur dimissorij. l. vnica. C. de libell. dimiss. l. dimissoriæ. ff. de verb. signifi. aut ob superioris reuerentiam. & vocantur reuerẽtiales. l. eos. §. super his, C. de appell. Quibus c solent semper iudices Ro. c
Cu. vbi à diffinitiua appellaretur, appellationi deferre, vt videantur etiam ob reuerentiam Põ.

ad quem

ad quem ſemper in Ro. Cur. appellatur, deferre. Rot. deciſ. 733. in antiquis. Nota quòd quando appellatum de appell. & cõmiſſ. Quòd ſi iudex friuolam arbitretur appellationem, & item, cui non ſit nec deferendum veniat, & propterea ei non deferat, & dicuntur refutatorij apoſtoli & hoc quia ſimilibus appellationibus non eſt deferendum, prout nec ius defert. c. cum appellationibus de appel, lib. 6. quorum meminit Rota deciſ. 723. in antiq. Alij etiam dicuntur teſtimoniales apoſtoli, vt quando in abſentia iudicis appellatur, corã notatio aliaue egregia perſona, qüæ cùm non ſit aliàs informata de quibus apoſtolis ſit appellati reſpondendum, dat ſibi literas, quibus duntaxat de appellatione atteſtatur, & vocantur teſtimoniales apoſtoli de quibus meminit Caſſa. deciſ. 8. nume. 7. verſic. item quòd locus domicilij de appel. Alij denique conuentionales dicuntur, vt quãdo pars ipſa appellata defert, quos ideo conuentionales vocamus, quia partes in deferendo appellationi conueniunt, & in appellatione ad Papam operantur deuolutionis ac alios appellationis effectus, ſiue iudex deferat, ſiue non. per c. i. in princ. de foro comp. lib. 6. Rota deciſ. 539. in anti. à grauamine de appell. & pars appellata diceretur deferre, etiam ſi non expreſsè ſed tacitè, vtpotè ſi poſt appellationem aduerſarij etiam à iudice non admiſſam conſtitueret procuratorem ſimpliciter ad illam cauſſam, nec aliàs diceret, quatenus deuoluta, & iſto caſu fruſtratoria eſſet proteſtatio procuratoris aduerſarij in acceptione, quòd non acceptaret niſi ad cauſſas deuolutas, ex quo iſta per ſolam conſtitutionem fuit deuoluta, vt ſuprà.

suprà, Rota decis. 242. in antiq. notà quòd in causa prophana de appellat. & quia iudices, à quibus appellatur, quandoque non sunt satis certi, an appellationi sit deferendum, necne, vt interim pro apostolis deliberare possint, lex * iudicibus terminum triginta dierum indulget, ad deliberandum, an appellationi sit deferendum, & appellans à iurisdictione sua sit dimittendus necne. l. iudicibus. C. de appellat. & similem etiam terminum appellanti præfigit, infra quem debeat congruis loco & tempore instanter & sæpius apostolos petijsse. c. ab eo cum materia de appellat. in 6. clem. quamuis eod. titul. d. solent iudices monere appellantes, vt intra terminum iuris pro apostolis reuertantur (quam responsionem propterea terminũ iuris vocamus), quia lex ipsa est, quæ hunc terminum concedit non solùm parti, sed etiam iudici, quorum iudicum vsus in hoc hodie maximè inualuit in Ro. Cur. non quia semper iudices subsistant in causa, in qua pronunciarunt, an sit appellationi deferendum, sed quia inoleuit iste vsus pronunciandi, prout in cedula, plerunque iudices etiam substunt, in cuius fauorem sit subscribenda sententia, & ad effectum, vt possint pro subscriptione deliberare, volunt commodo istius dilationis gaudere, & litigatores ista expectatione torquentur, quibus tamen in pluribus repensum est, & primo ex quasi præscripta in hoc iudicium benignitate, qui & si possent simpliciter appellanti terminum iuris dare, quo casu cogeretur appellans expectare vltimum momentum, nec antea comparẽdo satisfaceret termino sibi assignato, & desertionis periculũ subiret, ex

quo

quo * Iudex ante vltimum momentum termini
non cogitur de apostolis respondere, glos. verbo
intra dictum in clem. quamuis. eod. titul. Philip.
Fran. ibidem Cassa. decis. 8. num. 5. de appell. ra-
rò tamen vel nunquam dant simpliciter termi-
num iuris, sed dicunt, & interim quandocunque
per quæ verba dispensatur appellãs ab expecta-
tione vltimi momenti, & quandocunque reuer-
tatur infra terminum reuertitur in tempore, fe-
lin. in c. personas. col. 2. in princi. versi. Et si dici-
tur compareas &c. Cassa. decis. 8. de appella. nu.
4. versicu. Propterea quando iudex. Item appel-
lanti etiam in alio repensum est, quòd vtroque
casu reuertente appellante debito tempore se-
cundum suos casus, si iudex non respondeat ap-
pellanti de apostolis, vel taceat, vel vlterius ter-
minum proroget, non tenebitur appellans am-
plius redire, Rota decis. 406. in no. si auditor de
appella. Aegid. conclus. 343. appellans non tene-
tur eo. titul. Addo * quòd etiam ille iuris rigor
secundum quod appellans tenebatur apostolos
instanter sæpè & sæpius petere mitigatur, vt re-
iteratæ istæ petitiones & instantię possint etiam
vnico cõtextu simul fieri, & huic iuris rigori per
reiteratas petitiones & instantias huiusmodi si-
mul & vnico contextu factas satisfactum esse
videatur. d. clem. quamuis. Ideo mos inoleuit
vt in cedula appellationis quoad apostolorum
petitionem, præscripta clausula vtamur videli-
cet, Apostolosque semel, bis, tertiò, instanter in-
stantius, & instantissimè sibi dari & concedi pe-
tit, & si * nobis appellantibus terminus iuris
præfigatur ad redeundum pro apostolis iuxta
d. clemen. quamuis. §. verùm si iudex, solemus

redire

redire & petere nobis de apostolis responderi, & si iudex e non respondeat, nõ reuertemur amplius, licet non desint, qui præ eorum inscitia sæpè & sæpius reuertuntur, & termini iuris huiusmodi prorogationes plures accipiant, de desertione appellationis aliàs verentes, quorum pleroſque noui, & reprehendi, immò non solùm appellans non tenetur amplius redire, sed ipse iudex à quo qui in termino iuris dato de apostolis non respondet, iurisdictionem amittit, ità quòd non remaneat amplius iudex & appellans censetur à iurisdictione sua dimissus, ita quòd absq; alio potest còram iudice ad quem appellationẽ suam prosequi d. cle. quamuis. §. quòd si iudex. Rota decis. 406. in no. si auditor de appella. & non defuerunt qui voluêre iudicem in termino non respondentem de apostolis iurisdictionem amittere, etiam si appellans non fuisset reuersus, licet eorum opinio non fuerit in palatio recepta, Rota. d. decis. 406. in secundo dubio versicul. ex qua conclusione, infra * quem terminum iuris appellanti datum ad redeundum pro apostolis adeò detinetur suspensus appellans, vt non solùm non possit appellationem suam prosequi, sed nec etiam iudicem impetrare, & commissionem *f* causæ suæ obtinere & si impetretur, non valet commissio. Rota decis. 157. not. fuit dubitatum de appellat. & reddit rationem quia apostoli sunt pars appellationis. cap. cordi. & in cap. ab eo de appella. libr. 6. & antequam appellans illos obtineat vel habeantur pro obtentis vt suprà, status appellationis suæ pendet, ex quo si non reuertatur pro apostolis, circunducitur appellatio & censetur

37

tur non appellans.d. cap. ab eod.titul.in 6.& d. clem, quamuis, merito super eo quod non habet adhuc statum in natura, non potuit aliquid fieri neque iudex impetrari.c.ad dissoluendum cum not.ibi de spon.quamobrem solent procuratores cauti quando volunt præcurrere in impetrando iudicem, nec aliàs finem termini expectare in commissione appellationis petere derogationem, & remotionem obstaculi pendentiæ istius termini, per hæc verba, prætenso que termino iuris ad redeundum pro apostolis forsan dato, ita quòd pro illis amplius redire non cogatur, attento quòd à diffinitiua, quando non fuissent in commissione apposita solent Referendarij illa addere, idque ea ratione, quòd Signatura non consueuit dare commissiones appellationum pendente termino ad redeundum pro apostolis, nisi in appellatione à diffinitiua, quasi in appellatione à diffinitiua non sit curandum de Apostolis iudicis, ex quo lex ipsa defert appellationi. 11.q.6.c.biduum.

ANNOTATIONES.

a Et licet.) *Huc spectant, quæ statim dicturi sumus.*

b Amplius.) *Quòd* * *à sententia possessori appellanti non liceat in omni possessorio, siue adipiscendæ, siue retinendæ, aut recuperandæ possessionis locum habere, Bart. dixit in l. 2. ff. de appell. recip. & not. in l. quisquis C. quor. appel. non recip. Quòd quidem sanè intelligendum erit, quòd ad ipsius sententiæ exequutionem retardandam, secus verò ad deuolendum appellationem & negocium coram iudice ad quem, vt per Barto. in d. l. 2. & Abb. in cap. cum ad sedem, de restit. spol. & in consil. 55. libr. 2. atque Dec. consi. 23. & sunt defuerint, qui voluerunt, nulla admissa distinctione, quòd à*

Com. opi.

possessorio non appelletur, sicuti ex Dec. in d. consil. est legere attamen crebriore calculo à Doctoribus in hanc itum est sententiam, vt solùm quoad effectum retardandæ exequutionis intelligatur, veluti testes sunt Maran. in praxi in 6. par. versicul. Appellatio, nume. 194. Dec d. consil & Ioan. Coras in l naturaliter § nihil commune nume. 8. ff de acq. poss. Qua de re vide Aug. Bero. in q. 52. nume. 8. Cottam in memor. in verb. appellari 1. Tiraquell in tract. de morte. in 6 par. declar. 6 nume 5 & Vant. in tract. de null. titu. quis poss. dice. de null. num 34. qui omnes de communi opi. testantur. Qua de re eleganter Afflict. legas decis 279. per totam, vbi ita decisum fuisse, testatur, & decis 77. nume. 8. vbi quòd in fructibus & interesse in quibus pars in possessoria causa, condemnata fuit pendente appellatione non fit exequutio. Cæterùm prædictam distinctionem in foro Cæsaris procedere, sed non Pontificis testatum reliquit Abb. in d. cap. ad sedem. & Afflict. quoque. decis. 279 nume. 2. & est communis opinio, vt eo loci Affli. ait, & per Maran. etiam traditur præcitato loco, num 295 atque Cr. t. consi. 168 qui omnes de communi opinione conueniunt. Verùm hodie, vt Com.opi.
Auctor parum infrà testatur, in caussa possessoria & profanaper constitutionem Aegidianam arctata est illa sacrorum canonum in appellando facultas, & in pluribus (ne immortales caussæ redderentur) iuris ciuilis vestigia summi Pontifices sequuti sunt: adeò quòd hodie in multis quò aditas in caussa possessorij appellationes ius Pontificium cum Cæsareo concordat, sicque prior illa ipsius iuris pontificij facilitas in appellando à quolibet grauamine quamuis minimo, per nouas leges angustata est. vt Vestrius latius explicat. Sed hoc admonitum te esse velim quòd † & si iure ciuili regulariter à sententia in possessorio iudicio lata non 39
appelletur, sed solùm de nullitate dicatur per text. in l. 1. vbi Bald. & cæteri. C. si de moment. poss. & suprà diximus, attamen † à sententia super remedio capit. reintegrandæ 3. quæstion. 1 cùm sit remedium iuris canonici, quo iure 40
in possessorio appellare permittitur, poterit etiam inter laicos in foro seculari, à sententia lata super actione d. capit. reinte

reintegranda appellari ita Bal. adnotauit cons. 321. ad euidentiam lib. 3 sequũtur Pract. Papie. in forma libel. in caussa spol. poss. in verb per vestram diff. nume. 4. & Cur. ibi in add. atque Ripa in l. rem quæ nobis nume. 30. versicul. in alio etiam ff. de acq. poss. & iterum in l. interdicto. titulo. in fin. ff. quor. bon. Non ab re igitur, Lanfran. in rub. de caus-
41 sa poss. & propr. col. 3. in 3. conclu. nos admonet, vt † in possessorio recuperandæ, in calce libelli condictio. dict. capit. reintegranda, deducatur, quæ generalis & plenissima est, interque omnia possessoria remedia vtilior, veluti etiam tradunt Abb. & Doctor. in capit. cum ad sedem. de restit. spol. Docto. præsertim Soc. in d. l. rem quæ nobis. Quod quidem capitis reintegranda, remedium, non solùm pro rebus ecclesiæ, & clericorum, sed laicorum etiam dantur, vt est communis conclusio secundum Lanfran. vbi suprà Alexan. in d. l. rem quæ nobis. col. 5 & Ripam ibid. num. 26. necnon Maran. in praxi in 4. par. in 7. d. num. 50 Competitque hoc remedium etiam, contra titulo possidentẽ & licet id absq; pugna inter interpretes non sit, tamẽ, vt competat, crebrior est sententia, vt testãtur Ale. cons. 97. lib. 2. & cons. 91. col. fi. lib. 5. & in d. l. rẽ qua nobis. vbi Ripa nu. 27. Maran. citato. loco & Cassa. dec. 7. de rest. spol. Sed & illud scire pretiũ operæ erit, an dicti c. reintegranda, remediũ perpetuò cõpetat, sicq; vltra 30. vel 40. annos: quod & multis visum fuit quinimmò affirmantib. hanc cõmunẽ asse opinionem, vt relator est Cassa. deci 6. tit. de rest. spol. qui in caussa quadã fesulana secundũ quinq; auditorũ vota ita decisum fuisse testatur, ipso verò tribusq; alijs è regione existentib. sed maiores calculi obtinuêre, ita sæpissimè certè euenit, vt paucorum proh Deũ immortalẽ quamuis grauissimorũ recteq; sentientiũ profligata sententia decernatur. Quod quidẽ ne quaquã contingeret, si calculi sententiæue põderarentur potius, quã numerarentur Fautores. n predictæ opinionis quod c. reintegranda, sine temporis præfinitione intelligendũ sit, in verbis illius tex decepti sunt, dum dicitur, quacunque conditione temporis non obstante, quæ quidem verba, non de possessionis restitutione aut reintegratione intelligẽda sunt

Com. opi.

Com. opi.

sed

sed quod res deperditæ quacunque conditione temporis, puta per negligentiam, vel captiuitatem alioue modo &c. debeant reintegrari, sicq; illa verba, quacunque conditione temporis &c. determinant verba perdidisse noscuntur, quæ in calce illius textus ponuntur, & hic est verus germanusq; illius canonis sensus, prout egregiè docet Pau. Cast. cons. 105. in quæst. quæ speratur l. 1 Idcirco necesse est falsam esse opinionem existimantium perpetuò possessorium. d. c. reintegranda. competere, cumq; illud vsque ad annos 30. vel 40. tantum competat, sicq; falsam esse illorum auditorum apud Cassadorum assertionem, quod ea sit communis opinio. Nam vt doctè atque eleganter demonstrat Ant. Massa. Gallesius Iurisconsultorum nostræ ætatis primarius, cuius ego calculum pluris facio, quam sexcentorum aliorum, cum nullius sit optimæ disciplinæ expers in li. de exerc. iurisp. tertio, nu. 65. vera opinio & cõmunis est in contrarium s. 30. aut 40. annorum spacio remediũ d. canonis præfiniri nec aliter perpetuũ esse. Quinimmò vt ipse animaduertit, nemo (excepto Ioanne Imolensi) ante præcitatæ decisionis tẽpus, scripserit perpetuum esse dicti canonis remediũ siue possessorium, cùm omnes expressim contrarium voluerint, vt affatim Ant. ipse Massa cumulat, inter quos est Paul. Cast. citato loco. Rota. decis. 259. in not. Alex. cons. 6. lib. 3. Soc. cons. 39. lib. 3. Dec. cons. 302. num. 24. Ruin. cons. 44. num. 26. lib. 4. & Paris. cons 1. nume. 144. lib. 1. vnde ex his alijsque per Galles. coacervatis hanc esse communem opinionem, lippis & tonsoribus patet. Et vt ad vmbillicum tandem huius annotationis perueniam, hoc vnum in materia animaduertere consentaneum visum fuit, scilicet in possessorijs iudicijs tam retinendæ, quam adipiscendæ, & recuperandæ, litis cõtestationem requiri, quicquid nonnulli contrà dixère, veluti proditum est ab Accursio ac Bartholo in l. 1. C. si de moment. possess. & Io. And. Baldo, Abbate, atque alijs in cap. consultationibus, de off. deleg. estque communis opinio testibus Saliceto in l. vlti. C. si per vim vel alio modo, & Alexander in l. naturaliter. §. nihil commune, col. pen ff. de acqui. poss. vbi etiam Iason. nu. 165. Et si hæc communis conclusio temperetur, locum

Com. opi.

Com. opi.

sibi non vendicare in possessorio edicti carboniani vbi litis contestatio nequaquam requiritur secundum Ioan. Cura. in d. § nihil commune nu. 27. qui refert hanc sententiam communibus suffragijs receptam esse, licet sibi displiceat. Item nec locum habere, quotiescunque periculum est in mora, vt per Ias. qui de communi opinione testatur in d. §. nihil commune, num. 172. vbi quoque post cæteros videas Claud. Mume. eo loci col. pen. necnon & Ripam col. 34. & sequen. ponentem regulam, quam deinde duobus modis ampliat, & nouem limitat. Grauatius.

Com. opi.

Com. opi.

c Ac antiqua.) Adde l. Sempronius Proculo. de leg. 2. l. si librarius. vbi Dec. & Cagn. ff. de reg. iur. Bar. in l. nihil ff. de coniun. cum emanc. lib. & iterum in l. de quibus in 2. q. princ. ibique scrib. ff. de legibus & Cassad. decis. 9. nume. 10. cum seq. super reg. cancel. Grauatius.

d Adde alios.) Ad reg. quod * in caussa possessorij non appellatur, vt in l. 1. C. si de moment. poss. & in c. vlt. §. de possessione. 2. q. 6. vndecim exceptiones, siue fall. videas, quas Marant. loco præcitato enarrat. de quibus nonnullas apud Authorem hic leges. Cæterùm si alias fall. perdiscere cupis, in quibus appellatio in possessorio nõ admittatur, Ant. Nic. legere non te pigeat in Concord. Glo. concor. 6. num. 26. vbi vno & viginti modis regulam limitat, quos non nullos à Soc. traditos etiam videbis in tract. fall. in reg. 18. à Berna. Luc. in reg. 36 & Petro Due. reg. 44. qui & alios quinque addidit, quos breuitatis gratia silentio prætermittendos esse visum fuit: tamen si tibi satisfactum velis, prædictos cõsulere Doctores poteris. Quæ quidem regula in omni possessorio, tam adipiscendæ, quàm retinendæ, siue recuperandæ locum sibi vendicat, vt per Bar. in l. quisquis. C. quor. appel. non recip. & est communis conclusio secundum Beroum quæst. 53 num. 8. & Pet. Due. vbi suprà, & patet ex adductis per Tiraquel. in tract. de morte. in 6 par. declar. 6 num. 5. & Cott. in memor. in verb. appellari. 1. Et quoniam abundè in hoc capite per Authorem tractatur multis de exceptionibus (quas fallentias nostri vocant) ad reg. quod appellandi facultas à quibuscunque iudicibus ordinarijs, siue delegatis permissa est, nisi expressim prohibita reperiatur, c. omnes

24

Com. opi.

& cap.

& cap. Romana 2. q 7. & l. 1 ff. de appell. illas apud eum legere poterit, & Tiraquell. alleg. loco nu. 9. Paris consil. 28. nu. 11. lib 4. & cumulatissimè etiam apud Affli. in prælud. const. reg. Neap quæst. 35. per totam, & Maran. in praxi. in 2 actu num. 255. & Anto. Nicell. eo, quem citauimus, loco, num. 5. vsq; ad fi. vbi ad reg. vnã supra centum limit. tradit, quas etiam prosequitur Bernar. Luc. reg. 35. quarum etiam obiter meminit. Due. reg. 45. Nic. Anto Grauatius.

Ante sententiam.) Ad hoc accedat Ange. consil. 49. & 188. vbi causæ rationem assignat, quam etiam ab auctore hic habes & faciunt, quæ Ioan. Mar. Riminal. scribit in l. 1 nume. 2. C. de bon. poss. secund tabu. Nicolaus Antonius Grauatius. e

Sed inter.) A pronunciato * de exequendo appellare prohibitum est, iuribus hic allegat. & traditur per Corn. con. 71. colum 4 lib. 1 & Alciat. in l prima. §. si quis ita, ff. de verb. obligat. qui hanc opinionem communem esse testantur & Felin. etiam in cap. quòd ad consultationem column 8 de re iudi. quam tamen communem limitat tribus modis. Et dixit Ang. Aret in l ab exequutore ff. de appella. in iudicijs plaries eam obseruatam vidisse & si non desint, qui contrarium velint s. quòd ab hac pronunciatione de exequendo appellari gossit, vt latè Alexand. ostendit, consil. 113. col. fin. lib. 5. qui asserit etiam hanc opinionem esse communem, attamen prior opinio inter interpretes receptior est, vt idem Alexand. ait, consil 95. visis processibus col. 2. & quod sit communior, testatur, quoque Dec. in cap. nouit nume. 2. de appella. Sed † ab exequutione facti, non appellatur, vt puta, quando iudex mercus est exequutor. d. l. ab exequutore vbi Bartol. & in l. ab exequutione. C. quor. appellat. non recip quod tamen sanè intelligendum erit, nisi modum excedat, vt per Bartol. ibi atque Specul. titul. de appella. §. in quibus ver quinto, qui & alias tradit fall. in quibus ab exequutore appellare licet. vide etiam Soci. in tract. fall. in regu. 26. Alexand. cons. 11. nume. 10. lib. 5. Hieron. Grat. cons. 16. lib. 2. Rui. cons 80 lib. 5. & Aug. Bero. quæstio. 131. verùm tunc causa excessus in appellatione exprimi f 43 Com. opi. 44

primi debet, veluti ipsi declarant, & hic auctor, nam aliter per eam exequutio non retardaretur. Nicol. Anton. Grauat.

g 45 A qua non appellatur.) In appellatione* ab interloquutoria caussæ grauaminis in specie exprimi debet, nec appellanti sufficit in genere illas dicere, quinimmò nec per relationem ad acta. veluti per Francum habetur in cap. consuluit. 2 de appell. Soc. cons. 45 lib. 1. Ias. in l. hac consultissima §. per nuncupationem. num. 2. C. de testam. & Card. in clem. appellanti in 3. & 4. q. eo. tit. vbi ait, nec etiam sufficere, si diceretur, adpello ex tali caussa, alijsque suo loco & tempore proponendis, quod & Francus vbi suprà quoque prodidit Quod sanè intelliges, nisi aliquas caussas appellator expresserit, & deinde ad acta quò ad cæteras caussas se retulisset, illæq; in actis apparerent, nam hæc facti specie efficax erit appellatio, per ea, quæ in simili de sententia dicitur, quæ valet, licet ad quantitatem in instrumento contentam iudex se retulerit, si tamen tale instrumentum in iudicio productum fuerit, veluti prodiderunt Anton. But. Imo & Abb. in pen. colu. de excep. Ang. Aret in. §. curare, col. 3 instit. de actio. Et hæc opinio, licet à nonnullis in contrariam sententiam itum fuerit, tamen vera est, & communis, vt testatur Ias. in l. Ait prætor. §. si iudex nu. 19. ff. de re iudi. & Vant. in tracta. de null. sent, ex defect. proces. nu. 105. Et sciendum insuper est, quòd grauaminum caussæ quamuis notoriæ essent, hucusque tamen exprimi deberent, vt Card. in dicta Clemen. & Fran. in c. vt debitus, quæstion. 9 de appella. Gemin. in cap. 1. eodem titu in 6. & Rot. decis. 7. in no. Quamobrem in hac appellationis specie maximè animaduertendum erit, nam si caussæ non exprimerentur, interloquutoria elapso decendio in iudicatum transiret, prout egregiè Socin. scriptum reliquit in d. cons. 45. & ante eum Ange. cons. 217. Cæterùm hoc vnum silentio non præteream, quòd & si ipsi in libello appellatorio caussæ grauaminis expressæ haudquaquam fuissent, illas tamen appellator (dummodo intra decem dies) coram iudice à quo exprimere poterit, ita Franc. dict. c, vt debitus quæst. 15. Sed præmissa intelligas in interloquutoria vim diffinitiuæ non habente, nam aliter si talem

Com. opi.

vim

vim haberet, exprimere causas minimè necessum erit, vt tradiderunt Abb in cap. peruenit colum. 2. de appella. Fran. dict. cap. vt debitus quæstio, 14. Rom. cons. 41. quibus in locis nonullas etiam alias videbis limitationes, quas breuitatis gratia de industria omittimus. Cæterùm * vt scias, quæ sint interloquutoriæ habentes vim diffinitiuæ, & quo. modo cognoscantur, aut regulentur, & earum non pauca exempla, Felin. legas in rub de re iudic. vbi copiosè scribit. & Aretin. cons. 20. Et traduntur alia inter exempla, quæ sequuntur, scilicet quòd sententia competentiæ iudicis est interloquutoria, vim diffinitiuæ habens. Et hinc est, quòd ab ea pronunciari potest, vt communis est scribentium conclusio, teste Curtio in l. ex quacunque nume 24. ff. si quis in ius voc. non ier. Item sententia absolutionis ab instantia, vel obseruatione iudicij, desertionis, reuocationis attentatorum, de procedendo, vel non procedendo in causa. Item cum dicitur exceptionem peremptoriam obstare, vel aliquid probatum, vel non probatum esse, & si quæ sunt similia, de quibus videbis etiam Ioach. Mynsing. in sing. obseruat. in cent. 3 obseru. 88 Verùm Aretin. d. cons. in sententia desertionis, & absolutionis ab instantia iudici contrarium tenet, quòd sint scilicet meræ interloquutoriæ. Sed Aretin. opinio procedit, quando pronunciatur super desertione appellationis interpositæ à sententia interloquutoria, quia talis pronunciatio cùm non imponat finem negocio principali, mera interloquutoria censenda est, idcirco in scriptis, & cum causarum expressione appellandum. Secus verò si pronuncietur super desertione appellationis à diffinitiua, quia cùm ex tali desertione finis causæ principali imponatur, meritò pronunciatio super desertione, sententia diffinitiua censeri debet, quo casu viua voce, & prout in diffinitiuis appellare licet, veluti docemur à Guid. Pap. decis. 11. & 12. nu. 4 & cons. 77. & Ioachi. Mynsing in sing. obseru. cent. 3. obser. 36. quamuis Rot. decis 427. fuit dubitatum in nu. vtrobique cum expressione causæ grauaminis in scriptis esse appellandum existimauerit. Sed hoc in Camera Imperiali, teste ipso Ioach. nequaquam obseruatum fuit, scilicet

46

Com. opi.

quando à diffiniua vt suprà appellatur. & ita Aretini sententiam cum hac distinctione rectè procedere, aliàs minimè ex superioribus facilè est perspicere. & ex Afflict. etiam in const. reg. Neap. vt vniuersis. 12. no nu 29 Aufred. in addi. ad decis. Thol. 48. Rebuf in comment. const. Gall. in tract. de appell. art. 5. num. 43. lib. 3 & Rota. decis. 11. alias 185. sententia de appell. in no. Qua de re videndus est insuper Couaru. lib. Resol. 1. cap. 1 nu 8. vbi communem scribentium opinionem esse autumat, quòd interloquutoria sententia ab obseruatione iudicij, licèt sit interloquutoria, vim tamen diffinitiuæ habet. quam quidem communem eo, quem diximus, modo intelligendam censeo. Sed postquam in hanc materiam incidimus, illud postremò adnotare libuit: quòd sententia interloquutoria necessario in scriptis proferēda non est. Glos. prima in c. vlt de re iudic. in 6. & in c. quoniā contra, in verbo interloquutiones de probat. Bart. in l. 2. in fin. C de sentent. experi & in l 3 ff. de appell. recip. & est communis opinio, vt Ias. affirmat in l. Necquicquam num. 59. ff. de offi procons. & leg. Hoc tamen pronunciatum scias perpetuum non esse, nam excipiuntur nonnulli casus, quibus sententia interloquutoria in scriptis proferri debet, quos prosequere, vt per Ias. ibi etiam post Glossam in d. c. quoniā contra, animaduertit, quòd licet sententia interloquutoria non sit in scriptis proferenda, tamen deinde in actis ad scripturam redigi debet. Nicol. Anton Grauat.

Com. opi.

Com. opi.

b 47 Addo quod.) In notorijs * appellationem non admitti, intelligas, nisi in ea rationabilis caussa inseratur, vt per Fran. in cap. cum spe speciali. §. porrò col. 3. & in c. consuluit 1. de appell. & Rom. consil. 324. ea nempe ratione, quia in notorijs legitima defensio prætendi potest. Innoc. in c. 1 de off. deleg. Sed quoniam nostri instituti non est, in hac materia, quæ libellum exigeret, accessiones facere: idcirco si tibi curæ est, videas Gram decis. 36. quasi per totam, & decis. 72. nu. 5. cons. 4. nu 13. & vo. 1. nu. 2. & 3. Capell. Thol. decis. 176. ibique Aufr. Guid. Pap. decis. 74. & omnium cumulatissimè Carer. in eius praxi in princ. vbi infinitas propè auctoritates citat, multaque hac de re differit. Grauatius.

Et

Et quæ sint.) *Vide Bal. in praxi in quæst. circa inquis. q. 5. Ant. Butr. in tract. de notorio. & Carer. vbi supra.* i

Et licet.) *Et si * nonnulli discrimen faciant inter ius Cæsareum & Pontificium, scilicet quòd ex iuris ciuilis dictamine requiratur, vt sit confessus & conuictus, ne audiatur appellans: de iure verò canonum secus, sed quòd sufficiat vt tantum sit confessus, tamen vtroque iure nulla est differentia, vtrumque certè copulatiuè requiritur, vt appellatio non admittatur. Verum illud est, quòd quando confessus tantummodo est, licet iudex à quo appellationi deferre non teneatur, sed sententiam ante inhibitionem sibi factam exequi valeat, tamen hoc themate appellari potest, ad effectum, vt iudex ad quem appellationem recipiat, atque inhibeat, & hoc distinctionis fœdere vtrumque ius conciliatur, vt per Abb. in d. c. cum speciali. §. porrò. vbi esset Franc. & traditur per Maran. in praxi, in verbo Appellatio, in 6. par. nu. 181. Ioan. And. & alios in c. Romana. §. si autem. de appella. in 6. & Capell. Thol. d. decis. 176. Tu ad propositam materiam vide Doct. in l. obseruare curabis. C. quor. appell. non recip. & Carer. præsertim, qui cumulatissimos commentarios egit. Necnon & Petr. Due. in reg. 156. ponentem regulam, quòd conuictus & sponte confessus non auditur appellans, quam tamen octo modis limitat, & eorum vno, quòd non procedit, nisi in criminibus in d. l. obseruare enumeratis. Verùm in hoc communis sententia in contrarium extat, & si non desint oppugnatores, vt idem Due. testatur post Imol. in l. creditor. §. iussus, nu. 8. ff. de appell. & Ant. But. in d. §. porrò, & in tract. de notorio: art. 4. nu. 46. Grauat.* k 48 Com. opi.

Quam theoricam.) *Vide Ant. Gall. in eo, quem edidit eleganti tract. ad Formulam Cameralis obligationis, vbi breuiter, eruditè tamen, multa ad propositam materiam differit.* l

Debent enim. *Ratio est, quod * aduersarij appellationi adhærere possumus, quia appellatio cõmunis est, ita Fran.* m 49

docet in cap. directæ, col. pen. in 5. concl. de appell. cui etiam appellationi infra decem dies adhærendum esse Alex. consuit consi. 101. & 125. lib. 2. consentiuntque Guil. Ind. Arch. Domi. & Franc. post Glo. in cap. vt circa §. alioquin verbo adhærentes, de elect. in 6. Rota decis. 225. adhærentia no. Bald. in authen. hodie. col. 2. versi. quæro nunquid. C. de appell. Guido Pap. decis. 13. & 78. & 436. Aret. in l. Pomponius col. 3. ver. & primo. ff. de acq. hæred. & Fel. in cap. super. in fin. de re iud. ex quibus hanc esse receptissimam opinionem nemo est, qui non videat. Vsqueadeò, * vt posset

Com. opi. 50

quam appellationi appellatus adhæserit, non possit appellans eo inuito suæ renunciare appellationi. per Cyn. Bald. & Sal. in l. omnem honorem. C. quando prou. non est necess. Purpur. in l. post quam liti. num. 112. C. de pact. & Tiraquel. de retract. ad fi. tit. §. 36. nu. 25. & hæc est communis opinio, teste Gomes. de tricen. possess. quæst. 54. ver. Hinc voluit Imo. propè finem: Sed hæc de re vide Præpositum inter posita. §. ille denique nu. 7. vsque ad fi. de appell. tridentinum decem limit. ad reg. illius text. quòd appellatus suæ appellationi renuntiare potest. Nico. Ant. Granatius.

Com. opi.

n 51

Nec posset.) Et vsqueadeò verum est, vt * nec partiù voluntate, nec iudicis consensu tempus decem dierum ad appellandum prorogari possit, Bal. in auth. ei qui, colum. fi. ver. quæro nunquid. C. de temp. appell. & iterum in auth. hodie. C. de appell. vbi voluit, quòd si sententia ex partium confessu in causa appellationis post decem dies interposita proferatur, nullum haberet robur atque efficaciam, & Baldi sententiæ se subscripsère Paul. Cast. & Rom. in l. 2. ff. de iudic. Abb. consi. 77. lib. 2, Cors. in sing. Sais in verb. appellatio interponitur, & Felin. in cap. penul. col. 5. in fin. versi. secunda declaratio, de iudic. Et huiusce rei illa est ratio, quòminus decendij ad appellandum ab ipsa lege præstitutus est, qui quidem terminus quotiescunque à lege datur, siue sine iudicis ministerio, siue eo accedente, (vt communiu Doctorum sen-

Com. opi.

sententia) à iudice prorogari, aut abbreuiari nequaquam potest, etiam iusta suadente caussa: nisi aliter à lege expressum reperiatur, ita post cæteros Ias. refert in l. qui pro tribunali. numer. 22. ff. de re iud. vide eo loci, namque in hac materia non idem omnium est sensus, pluresque Alexand. refert opiniones, tamen receptior, quam diximus est eonclusio. Nicol. Anton. Grauat.

Sed maius.) A die * scientiæ decem dies ad appellandum currere pro comperto habetur, aliàs enim si per annum & vltra quis stetisset, appellandi via sibi præclusa neutiquam esset. Glos. in cap. ab eo, de appella. in 6. Accurs. Bart. Bald. cæterique in auth. hodie. C. eo. Rota decis. 49. si fertur sententia. & rursum decis. 364. cum iura, & decis. 137. appellatus. in no. & decis. 500. nota si feratur in antiq. sequitur & hoc Franc. in c. bonæ. col. 6. versicu. 8. de appell. atque etiam Firmi. in tracta. de epis. lib. 1. par. 1. in 7. quæst. in par. 3. versic. extra dicit, eiusdem libri conferunt dicta per Alex. consi. 89. viso. nu. 11. & 12. & consi. 169. viso, col. vlt. in fin. lib. 2. & Crau. consi. 66. nobilis Georgius. Grauatius. o 52

Quis autem.) Qui * verus, quique fictus contumax dicatur, Alex. declarantem videas, & post eum Ias. in l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic. Bart. & Imol. in l. ex consensu. §. vltim. ff. de appella. Maria Socin. in tracta. de Citat. art. 27. nume. 28. cum sequen. vbi affatim rem explicat, & Folle. in praxi in 4. par. in verb. & si confitebantur, numero 3. atque Afflict. decis. 29. numero 3. vbi omnes communiter concludunt, illum dici verum contumacem, quem personalis citatio apprehenderit, & comparere contempserit, fictum verò, quando domi citatio facta fuit, & si denunciationem domi factam quilibet scire præsumatur. vt Accurs. Bartol. & Bald. in l. si tutor. C. de pericu. tuto. Bald. tamen cum temperamento hoc intelligit in capit. quoniam frequenter. §. porrò vt lit. non contest. nisi à domesticis vel amicis citatio domi facta, denunciata fuisset. cui sententiæ quàm plures p 53 Com. opi.

plures Docto. se subscripsêre, quos citat Tiraquell. de vtroque retractat. §. 9. in glos. 2. nu. 40. qua de re videas in cap. cum sit Romana, de appella. Iaffre. decis. 3. & Alciat. in tra-
54 ctat. præsumpt. regul. 3. præsumpt. 16. nu. 2. Qui* verus contumax, non auditur appellans. l. 1. C. quor. appellat. non recip. l. ex consensu. §. vltim. ff. de appell. & vtrobique scrib. Franc. in cap. sæpè in 11. & 12. quæst. de appell. Cæterùm factum contumacem ad appellandum admitti debere, nulli locus dubitandi relinquitur. vt per Gloss. communibus suffragijs à docto. approbatam in clemen. 1. de dol. & contum. vbi præsertim Imol. & per eundem consi. 126. Bart. in l. vltim. C. de in integ. rest. Bal. in l. non eo die. C. quando prou. non est necess. Docto. in l. properandum. §. & si quidem. C. de iudic. Gloss. in c. non solum, de appellatio. in 6. Innoc. in c. 1. vt lit. non cont. & Ang. in §. 1. institut. de oblig. quæ ex delic. nasc.

Com. opi.

55 Et ne dum* principalis quando verus est contumax, non auditur appellans. sed nec etiam ipsius procurator, qui verè tamen contumax esset, vt tradit Curt. Iunior in l. 1. §. si procurator, nu. 12. ff. si quis ius dic. non obtemp. hoc tamen sanè intelligendum erit, nam licet procurator verus contumax ad appellandum non admittatur, non tamen domino præiudicii inferre potest, quin ipse appellare non valeat. & hæc opinio communis est, vt ibidem Curt. ipse testatur. Nicolaus Anto. Grauat.

Com. opi.

q Quæ tamen.) Quando* in dies quis grauatur, illum
56 semper appellare posse, nulli dubium esse debet, exempli gratia, Si quispiam carceribus detinetur, quia semper grauatur, semper ei appellare permissum erit. Par. in tractat. synd. in in verb. appellatio. Ias. in l. prætor ait. §. si aliquando. nu. 9. ff. de no. ope. nunc. & Franc. in c. super col. 2. & cap. ex parte 1. appell. vbi tamen limitat, nisi expressè iudex illum iustè carceribus mancipatum fuisse, pronunciasset. tunc etenim infra decem dies appellare oportet, & huic sententiæ consentit Maran. in praxi in 7. par. versi. appellatio. nu. 205. qui alias

quoque

quoque auctoritates allegat. Nicolaus Anton. Granat.

Eadem quoque.) Adde Felin. post cæteros, quos citat in c. vlt. col. 5. de fer. & quod hic dicitur, amplia locum habere, etiam si dies feriata in honorem Dei esset. Barto. in l. 1. §. dies. ff. quando appell. sit. r

Appellamus autem.) Vide Gram. decis. 36. num. 76. cum seq. vbi latè quòd * appellatio coram iudice (si tamen eius præsentia haberi potest) interponi debet, aliàs nullius roboris est, fallit tamen si iudex abesset, illumve etiam præsentem si appellator timeret-vt eò loci Gram. tradit, qui ad rem multa congerit, & Dec. in c. suggestum. nu. 4. de appell. Cassiad. quoque decis. 8. de appell. vbi appellationis formulam tradit, quando iudicis præsentia haberi non potest. ibique si * iudice non inuento, & coram honesta persona quis appellauerit (cùm de iure hac facti specie permittatur) an ad eundem pro apostolis redire tenetur? Qua de re Aegid. etiam legas concl. 381. si post & Iaſ. in l. Gallus. §. quid si is, nu. 9. ff. de liber. & post. vbi animaduertit hoc casu adhibitis testibus appellationem coram honesta persona faciendam esse. Quod & tradidit Præpos. in c. si iustis. num. 8. de appell. vbi communem opinionem esse testatur, hanc appellationem fieri oportere coram honestis viris, saltem coram vno, & tabellione, aut testibus. Verùm & si regulariter coram iudice appellandum sit, tamen non iudicio solùm, sed vbique iudici præsentari posse, voluit Bald. in auth. quæ supplicatio. C. de prec. impe. off. quem sequitur Alex. in l. 1. §. libelli in addit. ad Bart. ff. de appell. etiam de nocte. Iaſ. in l. more. nu. 13. ff. de fer. Cæterùm Bald. dixit in d. auth. quæ supplicatio, quòd soli notario absque iudice appellatio præsentari potest, cui consentit Card. in Clem. 2. §. similiter. q. 2. de appell. verumtamen hoc intelligendum erit, quando iudicis præsentia haberi non potest, vt suprà dictum fuit, & habetur per Guid. Pap. decis. 436. num. 64. vide etiam eundem Bal. in l. apertissimi. col. 1. C. de iudi. & in l. 2. C. de iudic. & in l. 2. C. de 57 58 Com. opi.

his

his qui per met. iud. non ap. Socin. latè consi. 45. lib. 1. Corne. consi. 292. colum. 2. libr. 3. & Abb. in c. si iustus. col. 2. & ibi Franc. atque Dec. nu. 6. de appell. Nico. Anto. Graue.

t 59 Semper in scriptis.) *Appellatio* in scriptis intelligitur cum appellatorius libellus in scriptis porrigitur, adeò vt non sufficiat dicere notario, scribe, à tali sententia me appellare. Quinimò, & fortius, si viua voce diceret, & notarius scriberet, nihilominus appellatio in scriptis non diceretur: elapsisque decem diebus sententia in rem iudicatam transiret, atque exequutioni demandaretur, ita bellè Franc. adnotat in cap. vt debitus. colum. 7. versi. tertiò queritur de appell. sequuntur Corne. consi. 95. lib. 4. Ias. in l. 1. colum. 3. C. de eden. & Maran. in praxi in 6. part. in versic. appellatio num. 127. vbi animaduertendum esse ait quoties in scriptis appellare necesse est, veluti in interloquutorijs. Nico. Ant. Grauatius.

u 60 Quocasu.) *Aduertendum admoneo, quando* viua voce appellatur, quòd illicò, atque iudice pro tribunali appellatio proponatur, aliàs nullius esset efficacie, adeò vt lapso decendio in iudicatum sententia transiret, vt citato loco, Maran. docet numero 228. & vltra eum, Specul. Iegas in titu. de appell. & Corne. d. consi. 95. libr. 4. vbi quando scilicet viua voce à diffinitiua appellatur, sufficit appellantem dicere appello, quod à notario in actis scribere faciat. Si verò ex interuallo appellet, tunc in scriptis appellare oportet, alioquin non valeret appellatio. & Ias. etiam tradit, in l. 1. numero 10. ff. de eden. Et visum fuit Speculatori vbi suprà & Ias. Andr. ibi in additamentis, nedum necessum esse pro tribunali appellare, vt viua voce quis appellare dicatur, sed etiam antequam iudex ad extraneos diuertisset actus & si alter, quò ad postremum existimauerit Barto. in l. litigatorius. C. de appellatio. cui Bald. ibi consentit. Tu Docto, eo loco. gas, & Franc. in cap. si iustus, de appellat. atque Lanfran. in c. quoniam contra in verb. interloquutiones. col. 16. versi. segu.

sequitur aliqua videre, de proba. nam super huiusmodi quomodo & quando incontinenti fieri dicatur, in varias opiniones interpretes dissecti sunt, vt tradunt etiam Alexan. Aret. & Ias. in l. diuortio. ff. solut. matr. & Tiraquell. plura congerens de vtroque retractu, de retra. conuen. §. 1. in Gloss. 5. num. 6. nec non Franc. Marc. decis. Delph. 569. & 570. & iterum 601. Ias. in l. 4. §. condemnatum. nu. 30. ff. de re iud. & in l. edita. num. 16. C. de eden. & rursus in l. si quis ita. §. Seia. nu. 14. ff. de verb. obliga. & Præpos. in c. quod restitu. 3. quæst. 1. vbi * quando incõtinenti fieri dicatur arbitrio iu- 61
dicis relinquendum ait, & hanc opinionem esse communem Com. opi.
asserit. Sed Maran. præcitato loco num. 125. testatur, in continenti dici, dum iudex pro tribunali sedet, non diuertens tamen ad extraneos actus, puta si ad prandium iuisset, & sic ad actum iudicio extraneum, & postea ad tribunal reuersus fuisset, nam tunc non diceretur in continenti. Idemque etiam esset, si appellans ad extraneos actus diuertisset, & deinde appellauerit, vide eum. Est tamen casus in quo non satis esset viua voce appellare. sed omninò in scriptis, (vt in causarum deuolutione ad Roman. curiam) iuxta formam
cap. cordi. de appellat. in 6. & tradunt Archid. & Ioan.
And. in cap. cupientes, de elect. & Rot. decis. 385. Si appel-
letur in not. Quid * verò dicendum sit, illa de quotidiana 62
quæstione, quando viua voce quispiam appellat, cum reservatione, tamen appellandi in scriptis, & deinde in scriptis appellat, quæ nam appellatio prior an posterior valida sit? quod quidem magni est effectus noscere, vt sciamus quando appellationis tempus currere incipit. Maran. allegat. loco post Bartol. in l. cum procurator. §. si dominus. ff. de noui operis nuncia. aliosque concludit, quòd prior appellatio efficax est, cum temperamento tamen, quoties prior appellatio valuerit, sin verò minimè, vt puta, quia ab interloquutoria viua voce appellatum fuisset, (à qua nisi in scriptis appellare non permittitur, vt alibi diximus) tunc posterior in

scriptis

Com.opi. *scriptis valeret. & hanc opinionem receptiorem esse affirmat, quicquid in contrarium Alex. & Ias. in d. l. cum procurator. §. si dominus, nu. 12. voluerint. pro qua opinione consulti responderunt Paul. Castr. consi. 7. & 270. libr. 1. & Rom. consil. 41. quamque amplectitur Franc. in c. tua nobis. in l. ver. secunda concl. de appel. vbi in hac q. septem facit conclusiones. & Abb. in c. dilecto, col. vlt. eod. titu. licet. Idem secum pugnans ab illa opinione desciuerit in c. bonæ, eo. tit. Io. And. alijsque, quos citat aduersantibus inhærendo, quorum opinioni ibi Dec. quoque nu. 28. se subscribit, quinimmo ait*

Com.opi. *inter Doct. canonum communem opinionem esse. Qua de re videas Guid. Pap. decis. 426. numer. 91. Nicolaus Antonius Grauatius.*

x Inoleuit.) *Vide auctorem infrà in princ. 8. lib.*

y Quæ alias.) *Adde Franc. in c. directæ. col. pen. versic. quinta concl. de appell.*

z Consueuimus.) *Optima* cautela est, in appellatione*

63 *apostolos petere: licet de iure infra 30. dies semper peti possint, & recipi. l. iudicibus. C. de appell, c. ab eo. eod. titu. in 6. Qui quidem apostoli sæpius peti debent. l. 1. ff. de libell. dimis. & proditum est à Bal. in l. eos, §. apostolos. C. de appell. ab Afflict. in const. reg. Neap. appellationum tempora in 9. not. num. 18. & ibi quonam modo in regno obseruetur. Guido Papæ decis. 436. nu. 13. & Cassad. decis. 8. num. 3. de appella. Sunt etenim apostoli de substantia appellationis, idcirco eos petere necessum est. Rota decis. 50. in not. de appellat. aliàs 336. si appelletur. nu. 1. cum seq. Quos* quidem satis est bis*

64 *petere, & ita verbum sæpius interpretatur. Rota decis. 57. in no. eod. tit. aliàs 406. si auditor. num. 2. Et possunt vnico contextu instanter ac sæpius peti. Clem. quamuis de appell. veluti vsu receptum est, in ipsa appellatione pluries petere, vsque eo, quod si appellans infra dictum tempus eos non receperit, aut petierit, appellationi renunciasse videtur d. c. ab*

65 *eo. & d. clem. quamuis. Cæterùm* in ambiguo positum est, quando*

quando 30. dies currere incipiant. an scilicet à die sententiæ, vel appellationis. & hac in controuersia à Do. in variasse ntentias itum est, vt patet ex decis. Rotæ 29. in no. Nonnullis enim à die interpositæ appellationis eos labi visũ fuit, veluti Hosti. in c. cordi de appell. in 6. & Card. in d. clem. quamuis, num. 5. Plerisque verò à die sententiæ, vt Accurs. in l. 1. Gloss. 2. de libell. dimis. & Glossæ in d. Clemen. quamuis, atque Ioan. Andr. in d. c. ab eo. & hæc posterior opinio crebrius Com. opi.
recepta est, si tamen appellans sententiæ notitiam habuerit, aliàs à die scientiæ delabi incipient. vt Maran. testatur in praxi in 6. par. ver. appellatio, nume. 209. estque ex mente Rotæ d. decis. & Gemi. in d. c. ab eo. & de hac receptiore opinione meminit etiam Ioachi. Mynsing. in singul. obseruat. cent. 4. obseru. 36. & hi dies sunt continui, vt per Gloss. in c. non solum. in ver. dicendum. de appellat. in 6. Et hac de re vide omninò Cassad. d. decis. 8. num. 9. & ibi nume. 4. quòd appellans termino iuris sibi assignato, & interim quandocunque (vt fieri solet) ad recipiendum apostolos, tenetur, antequam 30. dies labantur, iudicem pro apostolis adire, aliàs appellatio deserta censetur. & si iudex voluerit, ipsum appellantem vsque ad vltimum dictorum 30. dierum momentum sic suspensum tenere poterit, ipsamque rem differre, & apostolos siue responsam ad postremam horam termini dare, quod tamen à bono viro laudari, (causa tamen legitima non existente) neutiquam posse arbitror. Nicolaus Antonius Grauatius.

Apostoli enim.) Adde Card. in clem. quamuis in 2. a
q. de app. Gl. in c. cordi in verbo petat, extra eo. tit. & Spec. ti. de appell. §. sequitur. versi. apostoli. & dicuntur * apostoli ab ἀπόστολος, quod est mitto, vt per eos, & Accurs. & Alber. in l. præses. C. eodem titu. Arch. in c. fundamenta de elect. in 6. & eundem Albe. in dictionario in verbo apostoli. Sunt enim illi literæ quædam à iudice à quo iudici ad quem missæ, quibus totius appellationis negotium breuiter

enarratur. Nicolaus Antonius Grauatius.

b Et quatuor.) De apostolorum speciebus, Spec. videas precitato loco & Card. Alex. in c. vt debitus de appell.

c Quibus solent.) Iure* quidem appellationi à diffi-
67 nitiua iudices deferunt, quia si contrarium agant, legitimæ appellationi deferunt. l. quoniam iudices. C. de appell. l. Sa-ius. ff. de appel. recip. quod quidem facere tenentur, vt saltim superioris reuerentiam habere videantur. c. veniens, de iureiuran. vide Form. var. commis. fol. 14. col. 2. & iterum
68 fol. 18. colum. 2. Quinimò* si appellationi non deferunt, puniri debent. c. de priore, de appell. Rot. decis. 366. si appelletur in no. Cassad. decis. 8. num. 10. de appell. & Ias. in auth. ad hæc. nu. 3. C. de iudic. Hinc est, quòd apostoli reuerentia-
69 les dantur, qui* cum in forma conceduntur, eos sic concessos fuisse, intelligitur, si à diffinitiua, & intra decendium, ac legitima persona appellatum fuerit & petantur, aliàs refutatorios statutos fuisse videtur. & iste est stylus palatij, vt Cassad. testatur decis. 7. nume. 5. de appel. & est decis. Rotæ 61. eod. tit. in antiq. alias decis. 605. dic quod sic. Qui quidem refutatorij apostoli dantur, cùm frustratoria videtur appel-
70 latio. Verùm* aduertendum est, quòd si apostoli petiti fuissent, & minimè dati saltem refutatorij, si iudex procederet, nullus redderetur processus, c. vt super. vbi Ioan. And. super vlt. gloss. de appell. in 6. & voluit Aegid. conclu. 151. si à tribus. Secus verò, si quis nulliter appellet, quia tunc iudex apostolos dare non obstringitur. Rot. decis. 18. in antiq. Bissignet. Grauatius.

d Solent iudices.) Iudex* certum terminum appellan-
71 ti ad recipiendum apostolos præfigere, & iuris terminum abbreuiare potest, adeò quòd si infra præstitutam dilationem apostolos non receperit, vel petierit, & protestatus fuerit, appellatio est deserta, lapsu triginta dierum aliter non expectato, cum iudex à quo hũc terminum moderare possit. Clemen. quamuis. de appell. vbi Card. & Aegid. conclu. 152.

vide,

vide, quæ seq. cap sub lit. B. dicturi sumus. Grauatius.

Et si iudex.) Quando * per iudicem deficit, qui requisitus apostolos appellanti non præbet, pars protestari debet. vt d. Clem. quamuis. & Accurs. notat in l. 1. ff. de libel. dimis. atque Aegid. conclu. 343. vbi, quòd appellans vltra binas vices ad iudicem pro apostolis venire non tenetur. Nicolaus Anton. Grauatius. e 72

Et commissionem.) Adde quòd * si appellationis caussa commissa fuerit, si de appellatione nequaquam constaret, iudex minimè cognoscere valet. Aegid. conclu. 22. secundum. & iterum conclu. 20. & 100. & 117. & conferunt ea, quæ Rota tradit decis. 5. & 191. in antiq. & decis. 11. fuit dubitatum. in not. Et Aegid. vbi supra scriptum reliquit, quòd appellator, aut appellatus, vt de grauamine primùm cognoscatur, petere non possunt, sed de ipsa tantum appellatione, & an talis sit, quæ deuoluat, vel ne, & demum de grauamine discuti, nam nihil esset, si infra decendium appellatum, aut 30. dies apostoli petiti non fuissent, vt eò loci Aegi. Eiusdem farinæ est, quod disponitur in cap. cum ecclesia. vbi Dec. in 2. not. de appell. & in l. hi qui. C. eo. quibus in locis sancitur, appellationem recipiendam non esse, nisi ritè eam interpositam fuisse probetur. Tria * enim ad fundandam iudicis appellationis iurisdictionem appellator probare debet, primùm, se appellasse. Secundum, legitima ex caussa, verùm sufficit hanc caussam allegare. Tertium, quòd infra decem dierum curricula appellatum fuerit. Vide Dec. & Franc. ibi, atque Gigan. in add. ad Dec. vbi extendit siue appellans appellationem prosequatur, siue nullitatem in appellatione deductam, per c. exhibita, ibique Abb. pen. not. de iudi. Hinc Bald. consi. 38. lib. 5. pulchrè dixit, iudicem appellationis incompetentem esse, iurisdictioneque carere, quando coram eo appellatio non probatur. Qua de re omninò legas cap. Romana. §. si verò de appell. in 6. ibique scribentes. Nicolaus Anton. Grauatius. f 73 74

De temporibus ac fatalibus appellationum, illarumque cursu & prorogatione.

CAP. VLI.

SVMMARIVM.

1 Iudex, qui appellationi à diffinitiua non defert, puniendus est. & num. 21.
2 Apostoli reuerentiales à diffinitiua dari solent à forma, & qua sit forma.
3 Iudex à quo potest terminū appellanti præfigere ad prosequendam appellationem, eodem tamen contextu, sed non ex interuallo, & nu. 24.
4 Iudex an possit prorogare terminum præfixum ad prosequendam appellationem?
5 Appellatio, ne deserta dicatur, sufficit diligentiam facere, vel iter ad superiorem arripere.
6 Appellatio remanet deserta, si infra terminum à iudice præfixum ad eam prosequendam, aliquid non fit, quod à desertione excuset, & nu. 21.
7 Appellatio est communis.
8 Appellationis prosequendæ & finiendæ tempus hodie est annus, & ex caussa biennium, atque etiam triennium. nu. 12.
9 Biennium quando detur in caussa appellationis.
10 Iudicium à citatione exorditur.
11 Sententiam non esse desertam, in dubio pronunciandum est.
12 Prorogatio fatalium ab Auditoribus Palatij incedi potest, quinimò & nouum fatale & vsq; ad quod tempus. nu. 15.

14 Ci-

14 Citatio partis an requiratur in fatalium prorogatione.

16 Prorogatio termini fieri non potest, nisi durante termino.

17 Compromissum pendente appellatione factum, prorogat appellationem: fall. vt nu. 41.

18 Appellationum tempora à lege præscripta, non possunt à partibus ad longiora prorogari.

19 Appellans vbi facto iudicis vel partis impeditur, non est quid sibi imputetur.

20 Paupertas excusat ab appellationis prosequutione.

22 Appellatio admissa si & in quantum, an pro admissa vel ne censeatur?

23 Appellatio si non admittatur, debet à non admissione appellari, aliàs sententia in iudicatum transit.

24 Iudex à quo terminum iuris appellanti breuiare potest limit tamen.

25 Appellatio in beneficialibus quò ad iudicem nunquam deserta censetur.

27 Itineris arreptio ad superiorem, habetur loco appellationis.

28 Dilationes dandæ sunt iuxta locorum distantiã.

29 Citatio est nulla, si in ea congruum tempus non est præfixum.

30 Dilationes in causis summarijs breuiandæ sunt.

31 Citatio si est inualida, erunt etiam & omnia subsequuta.

32 Citatio inualida per comparitionem reconualidatur.

33 *Citatio inualida si peruenerit ad notitiam aduersarij, reconualescit.*

34 *Citatio circumducitur parte non instante.*

35 *Litis pendentia non inducitur per citationem circumductam.*

36 *Iurisdictio non perpetuatur per citationem circumductam.*

37 *Præuentio iurisdictionis non fit per inualidam citationem.*

38 *Sententia absq; partis citatione prolata, est nulla etiam si esset sententia principis.*

39 *Iudex delegatus cum inserto tenore suæ commissionis citare debet, aliàs ei non est credendum.*

40 *Iudices, siue ordinarij siue delegati sint, ante omnia de eorum potestate docere debent.*

41 *Appellationis prosequendæ terminus non currit pendente compromisso, nec agenti super attentatis, & num. 44.*

42 *Appellationis prosequendæ terminus an possit vltra biennium prorogari.*

43 *Princeps solus peremptæ instantiæ spiritum vitæ insufflare potest.*

EAdem fermè ratione, quia appellanti à diffinitiua lex ipsa defert, & quia appellationes in Ro. Cur. semper ad sedem emittuntur, & *a* iudex * qui simili appellationi non defert, de iure puniendus esset, c. de priore cum not. de appell. c. cum appellationibus eod. tit. solent * Patres in appellatione à diffinitiua semper dare apostolos reuerentiales in forma, Rota decisione 604. in antiqu. Dic. quòd de appellat. & apost.

a
1
2

& apost. Forma autem responsionis non est aliàs talis, per quam iudex simpliciter appellationi deferat, sed sub certis conditionibus, quas postmodum notarius, propter illa verba in forma, tanquam solitas clausulas extendit, videlicet memoratus dominus Auditor dedit reuerentiales apostolos, quatenus à definitiua, & infra decendium, ac quatenus à legitima persona petantur, aliàs refutatorios. Quam extensionem refert Cassad. decisione 7. numero 5. ibi pro qua facit, quod quando iudex dat reuerentiales, quare non mediocriter sunt deridendi ij, qui plerunque conqueruntur de iudice, qui appellanti à non diffinitiua, vel si à diffinitiua, extra legitima tempora, vel si infra tempora, non habenti tamen legitimam personam de reuerentialibus respondent, quasi videantur qropterea non leue præiudicium caussæ feciſſe, cum tamen hæc responsionis formula sit talis, quæ præiudicare non valet. immò quod si appellatio in aliquo ex tribus deficeret, non reuerentiales, sed refutatorios contineret apostolos. Et quoniam *b* lex permittit, vt iudex à quo possit appellanti termi *b* 3
num præfigere ad prosequendum tantum non etiam ad finiendum appellat. cap. ex insinuatione, cap. ad hæc el. 4. de appell. & c. cum caussa de re iudi. cum notatis, vbique, (licet Barto. fuerit in contraria sententia in l. præses. C. eodem, vbi de isto termino lex ciuilis loquitur, nec reperij alibi) vsu receptum est in sacro Palatio, vt quotiescunque iudex à quo appellationi defert, & dat reuerentiales, vt suprà, eodem contextu præfigat appellanti decem dierum terminum ad prosequendum appellationem. Rota decis. 485.

in not. fin. papa de appella. Cassa. decis. 4. eodem titu. in princ. Dixi autem quotiescunque appellationi defert, quia iudex non deferens non potest appellanti terminum præfigere, Rota dec. 180. in antiq. Nota quòd iudex de appella. non enim hæc inuicem incompatibilia, vt iudex appellanti terminum præfigat ad prosequendum, nec appellationi deferat, immò sola similis termini præfixio operatur effectum deuolutiuum, ac si iudex appellanti terminum præfigens expressè detulisset, Rota decis. 242. in antiq. nota quòd in causa eodem titu. Dixi quoque eodem contextu, quia si iudex à quo primo deferat appellationi, nec aliàs tunc terminum præfigat, non poterit postmodum ex interuallo terminum appellanti præfigere, Rota decis. 216. in no.

4 Si appelletur eodem titul. & si * tempore habili præfixus sit, potest per eundem iudicem prorogari, Franc. in c. personas colum. 6. versic. 3. quæritur cum sequenti. de appellatio. licet ratò, vel nunquam viderim similes prorogationes fieri, ex quo iste terminus est ad inchoandã duntaxat prosequutionem, non finiendam, Abb. in capit. personas colum. 2. versicu. secundo casu. Vbi etiam Philip. Franc. colum. 4. ibi secundum principale, & ibi 2. casu de appellat. Rota decis. 485. in no. si Papa eod. titu. prout est de natura termini hominis, Ioan. Andr. in cap. sæpè eodem titu.

5 Vt * propterea potest alia via de facili defectionem euitare, ex quo sufficit in isto termino

c facere aliquam diligentiam, & cum c de iure sufficiat sola itineris arreptio, quando ad iudicem distantem appellatum esset. c. cum causam de re iudi. ac etiam sola iudicis impetratio. cap.

ex par-

ex parte,& c.dilectus el.2 de reſcrip. Ideo ſeruat palatium ſatis eſſe, ſi appellans infra hunc terminum commiſſionem impetret,etiam ſi fieret vltima die, Rota Biſignet in antiquioribus 20. eo.titu. imò acquieſcit palatium,etiam ſi decima die non fuiſſet commiſſio iudici ad quē præſentata,dum tamen ipſa die decima ſit in banco curſorum,Caſſa.deciſ.4.eod. titu. Idem ſi commiſſio nō fuiſſet ſignata, nec expedita infrà terminum, excuſaretur appellans à deſertione per quamuis diligentiam infra dictum terminum factam, vtpote ſi Rota exiſtente Romæ, & Papa Ananiæ, appellans infra iſtum terminum iter arripuiſſet verſus Ananiam pro commiſſione obtinenda,Rota d.deciſ.485.in no.ſiPapa eo.tit. vel curia vtique Romæ exiſtente congruis loco & hora quæ currit ad Dominum Regentem,vel alium ſignatorem & non repertum, Caſſa.d.deciſ.4.eod.titul. Vbi etiam habes quòd ſi reperto Signatore, non expediat tuam commiſſionem, quia fortè impeditus, ſatis erit porrigere commiſſionem in termino, & proteſtari, immò ſolemus pro fide præſentationis in termino accipere ab ipſo Signaturæ præfecto, vel regente Cancellariæ, fidem manu ſua de die præſentationis in calce commiſſionis, Caſſad. d.deciſ.4. de appellatio. Adeoque * iſte terminus hominis arctat appellantem, vt ſi infra illum non reperiatur commiſſa cauſſa,vel aliud tale factum, quod(vt ſuprà) à deſertione excuſet,appellatio remanet deſerta. cap. perſonas, vbi Abb. Felin. Franc.& alij extra de appellatio. Caſſa.deciſ. 4. in princi. Quod tamen *d* intelligas ſi modo terminus fuerit cum congruo ſpacio præfixus,

6

d

Bald. in l. præses. C. de appellatio. & in l. vlt. C. de temp. appellatio. Fran. in d. cap. personas colum. 2. versicu. 3. potest iudex appellanti, Dixi autem impersonaliter, si caussa non reperitur infra terminum commissa, quia satis erit appellanti, si reperiatur commissa ad instantiam appellati, proderitque sibi hæc aduersarij diligentia, & poterit hac commissione pro appellati parte impetrata vti, quasi communi, idque etiam si citatus ad dicendum contrà, dedisset contra eam exceptiones generales, prout passim sic citati solemus, dummodo in eis non persistat, Rota decision. 506. in antq. nota quòd si appellatus, de appellat. & commissio. & decis. 65. in no. si appellatus de appellatio. licet Specul. videatur contrariam sententiam sequi eodem titul. §. nunc breuiter numer. 15. versicu. Sed pone auditor, à quo appellatur, nec videatur tibi iste casus rarò cõtingibilis, ex quo appellatus non potest appellantem in prosequutione suę appellationis præuenire. c. oblatæ eod. titul. quia (vt aliàs diximus) dispositio. cap. oblatæ non seruatur in appellationibus, quæ prosequuntur, in Roma. Cur. Rota decis. 104. in no. capitulum de appella. & in Staph. de lit. gratiæ & iustitiæ, cur. 150. à tergo ver. secus dico. Admoneo tamẽ quòd si à sententia vtraque pars appellasset, cum clausula tamen, quatenus contra se, & altera pars, cui postmodum fauorabilis fuit sententia, caussam appellationis suę infra terminum commisisset, crediderim aduersarium, qui caussam suæ appellationis infra terminum non commisisset non posset vti ista commissione, quæ committit appellationẽ (vt præmittitur) emissam, quatenus

nus contra, & quæ consequenter propter fauorabilem sententiam subsequutam, vt pote conditione defecta, non est in rerum natura, prout suprà. §. Amplius eod. tit. fusius loquuti fuimus, vbi omninò videbis.

Sed postquam satis diximus de termino hominis, modò videamus de termino iuris, qui similiter duplex est, videlicet ad inchoandã prosequutionem, & exercendam appellationem, de quo loquitur text. in l. nemo. C. de temp. appellatio. & erat varius pro qualitate locorum, ex quibus appellabatur. l. cum anterioribus. C. eodem. Alter verò ad finiẽdam appellationis causam, cuius* tempora etsi aliàs plura & varia fuerint, hodie tamen ad annum præscripta sunt, & ex caussa, vtpote impedimenti, vel alia æquè legitima caussa ad biennium auth. ei qui appellatio. C. eo. c. cum sit Romana extra de appellatio. & notatur vtrobiq;, & vbi iusta caussa impedimenti infra annum incidissẽt, haberet appellans istud biennium absq; aliquo iudicis ministerio, & hoc quia lex ipsa est, quæ hoc biennĩ indulget, d. auth. ei qui, & doct. c. cum sit Romana, de appellat. gl. fi. in c. si elect. de elect. in 6. Francus in c. ex oratione col. 11. ver. secunda fuit opinio, qui refert opiniones, & istam sequitur, quando impedimentum incidit in primo anno, & inferius col. 13. ver. circa sextum loquens de impedimento fortuitò proueniente, ad appellatio. sequitur Felin. ibidem colum. 2. versic. Quintò dũ intricatè, quam concessionem biennij ipso iure absque aliquo iudicis ministerio admittere consueuit sacrum palatium, absq; alia caussa impedimenti, Cassa. decis. 6. de appellatio, numero 8. versic.

versicu. Et quia de prosequutione & desertione appellationis, & reddit rationem, quando iuxta palatium concedit biennium absq; causa, videlicet quia in Ro. Cur. vt plurimum causæ iurisforensium, qui non modico tempore indigent ad veniendum & conducendum testes, ac transportandum iura sua, & quia etiam in ea multitudo est maxima de vniuersis christianorum regionibus quasi inferat, ista succedere loco causæ & impedimenti, quod tamē intelligas, si modò appellans in primo anno, prosequutionem inchoauerit, & aliquid in causa fecerit. Cassa ibidem, nec sufficeret ad habendum istud biennium, si appellans in primo anno iudicem, & causæ commissionem duntaxat impetrasset, & iudici ad quem præsentari fecisset, Ro. Fatoli dubio. 37. quia pro exordio & principio prosequutionis appellationis requisito, tamen de iure ad satisfaciendum termino introducendæ & inchoandę appellationis, de quo in d. l. nemo. C. de tempo. appella. & ad habendum hoc biennium ex stylo & obseruantia Rom. Cur. non sufficit iudicis impetratio, nisi etiam pars citetur, & sic appellans incipiat causam appellationis exercere, Paul. de Cast. in rub. ff. de in ius voc. allegans & sequens in hoc Bal. in l. fi. §. illud. C. qui satisd. cogantur, Ias. in eadē rub. ff. de in ius voc. vbi loquuntur de prosequutione necessaria ad euitandam desertionem, qua inducereturà facto citius, quàm à iure communi, quæ est exorbitans, ità quòd non sufficeret obtinere citationis decretum, quæ est commissio de citando, nisi fuisset infra annū exequuta, quia * iudicium exorditur à citatione, non autem à cōmissione de citando.

10

tando.gl.in §.fi.institu.de pe.teme.litigan.& gl. in rub.ff.de in ius vocan.& alia similis in rubrica.C.eodem titu.Immò si esset etiam exequuta, plerisque casibus, non sufficeret ad euitandam desertionem & habendum hoc biennium, vtpote si nulliter fuisset exequuta, Ias.in rub.ff. de in ius voc.& hoc e quia citatio inualida nihil operatur,glo.in l.fi accusatoribus glo.fi.C.de accusa.idem si validè exequuta fuisset, & non comparuisset appellans.Ias.ibidē, & hoc quia *f* propter non comparitionem partis instantis circunduceretur citatio, & haberetur pro non citato tex.in l.& post edictum.§. quòd si is.ff.de iudic. Idem denique si citatio generalis fuisset, proue communiter fiunt in Romana Cur. citationes, quæ ad partes decernuntur,quæ vt suprà titu. de dolo & contumacia, per non comparitionem partis non circumducuntur, per rationes ibi allegatas,si modò ante annum non esset reproducta, nec aliud fuisset in caussa factum, Ias.ibid. & hoc quia similis citatio extraiudicialis nec dicitur de processu, nisi à die, quo reproducit eam,gloss. in Clemen. i. verbo citationes de iudic.quæ de iure vera sunt & benè faciunt ad declarationem,Cassa.d.decis. 6. nu. 8. in quantum videtur velle pro habendo biennio ex stylo palatij ad prosequendum appellationem dari solito requiri, quòd per appellātem in primo anno aliquis actus fiat, in ipsa appellationis caussa,& qualis debeat esse iste actus, non reperio decisum in palatio,nisi quòd sola iudicis impetratio & commissionis præsentatio non sufficiat,Rota Fastol. d. dubio 37. Admoneo tamen, quòd si volueris ad euitandam desertionem,

& haben-

& habendum istud biennium, aliquem actum in primo anno facere, non moreris ferè ad finem anni, prout pleriq; faciunt, sed quicquid futurus es, facias, vel statim ante dimidium anni, quia videris hoc secundum fatale astutijs effectare tex. in d. l. nemo. C. de tempo. appell. & videtur fuisse de mente Rotæ in d. dubio Farinac. 37. in quantum consideratur ibi quòd appellans steterat vsque ad nonum diem ante finem anni, quòd non fuerat prosequutus, quæ & si de iure vera sint, crediderim tamen quòd sacrum palatium mitius ageret, & facilius desertionem euitaremus, ex quo * semper in dubio pro non desertione inclinat Cassa. decis. in fi. de appella. sequens doctrinam Paul. de Castr. in l. prima. fi. quis cautio, & vbi occasio mihi sese offerat, experiar omninò mentem patrum in præmissis. *

At si * biennij lapsus instaret, licet de iure ex caussa daretur triennium, text. in cap. ex ratione vbi Philip. Franc. col. 8. ver. circa. tertium ibi, & etiam triennium, vt hic in tex. de appell. & consentit Cassa. d. decis. 6. in fin. ibi verum est, quod d. c. ex ratione prouidet ex caussa de tertio anno non daret tamen sacrum palatium triennium eo modo, quo extra curiam dari solet biennium ex caussa, sed alia via appellãti est prouisum, quod ante lapsum fatalis secũdi anni, vel summa ope instet pro sententia. l. fi. §. illud. C. de tem. appe. d. decis. 6. in fin. eod. titu. ita quod hoc sufficeret, quod appellans omnia iura sua deduxisset & in caussa concludi obtinuisset, nisi summa ope (vt suprà) sententiam petijt, Franc. in d. c. ex ratione col. 7. ver. 2. quæritur, extra eodem, Rota decis. 425. in an. Nota postquam de defer. appell. & ratio

& ratio est quia, si pars non petijt pronunciari, non potest videri stetisse per iudicem, qui non valet aliàs sententiã ferre, nisi ad partis petitionem. l. ad peremptorium. ff. de iudi. c. i. extra eodem, imò sola partis petitio quantumcunq; instantissimè facta, & sæpius reiterata non suffragaretur g nisi pars quoq; citata esset, Bald. in l. si. §. illud. C. de tem. appel. Franc. in d. c. ex ratione col. 12. ver. secundo quæro, vbi etiam admonet quod si similis instantia fuerit facta coram iudice antecessore, si persona iudicis durante adhuc fatali mutaretur, non excusaretur quis à desertione, nisi coram successore in officio reiteraretur, vel si noluerit appellans pro expeditione caussæ instare, poterit fatalium prorogationem obtinere, qua * in re indulta est auditoribus facultas prorogandi fatale cœptum, vel de nouo aliud concedendi eorum arbitrio, per Innoc. 8. bullam sæpius citatam de facultate auditorum sacri palatij, & quandoq; in rota voluntaria est, ex quo habens in hoc Auditores hanc facultatem ex indulto dictæ bullæ, & extra Rotam est necessaria, nec si similis commissio in Rota superueniat, cessaret propterea facultas bullæ Cassa. decision. 7. num. 2. de appellat. Et vbi prorogatio in vim bullæ peteretur, daretur etiam parte non citata. Cassa. d. decis. 7. num. 8. qua ratione valeret prorogatio, etiam citato non procuratore, seu alio qui putatiuus esset procurator, vel qui erat tantùm constitutus, non autem etiam acceptans, Cassa. ibidem. & reddit rationẽ, quia si actus subsistetur sine aliqua citatione partis, ergo multò magis cum citatione, licèt

de minus

de minus legitima persona facta, Cassa. ibidem, secùs verò vbi non in vim innocentianæ, sed vigore commissionis prorogatio peteretur, esset enim hoc casu necessaria partis citatio, & alias facta prorogatio non valeret, Cassa. ibidem & reddit rationem, quia *h* commissio non probat, neque iurisdictionem firmat, nisi parte citata. glo. & Bar. in extrauag. ad reprimen. super verbo de plano quo. in crim. læs. maiest. proce. Rô. cons. 519. Qui si in Rota similis cómissio superueniat, (quo casu prorogatio tam in vim innocentianæ, quàm vigore commissionis peti potest) & prorogatio, vel sine partis citatione, vel citata minus legitima persona, petita & obtenta fuerit, aut expressum est in vim innocentianæ, & substinebitur prorogatio, aut quòd vigore commissionis, & erit inualida, aut denique neutra via expressa, fuerit simpliciter petita & obtenta prorogatio & substinebitur in vim innocentianæ, quam viam in dubio præsumemus & iudicem & partem elegisse, non autem eam, per quam actus redderetur nullus, ad nota. per Abb. in capit. nisi essent col. i. de præben. & post alios per Felin. in cap. ex officij col. 9. cum sequenti vsque ad fin. de præscript. quas prorogationes solent patres passim concedere, & rarò vel numquam contradictiones admittere, etiam si res in infinitum iret, & ita appellationum causæ ad multos annos producuntur inexpeditæ, & fatalia sæpius prorogata conseruantur, nec solet palatium longiores concedere prorogationes, quam ad sex menses, excepta prima, quæ si petatur, ad annum concedi solet iuxta cap. cum sit Romana de appellatio. Staph. car. 184. à tergo in prin.

h

in principio nec debet appellans expectare fatale in totum decursum, quia * prorogatio non 16
conceditur aliàs purè, sed cum clausula & conditione, quatenus fatalia durent, prout extensio similis prorogationis apud formularium terminorum Rotæ charta. 40. ostenditur, & hoc quia, quod non durat, prorogatio enim præsupponit rem, quæ prorogatur adhuc in esse, & non finitam, argumento, text. sed & si manente. ff. preca. & licet Auditores ex indulto bullæ Innocent. 6. possint non solùm prorogare, sed etiam de nouo concedere, rarò tamen, vel nunquam vidi patres hac vti facultate, sed potius via restitutionis appellantem audire (de qua inferius suo dicemus loco.

Sed hic fatalium cursus quandoque pedes firmat, nec alias nobis illorum prorogatio necessaria est. quod pluribus casibus contingere potest. Finge * litigatores appellatione i pen- 17
dente compromisisse, interim enim non cur- i
rerent tempora, donec duraret compromissum Cassad. decis. 9. de appellatio. nnme. 7. & tempus compromissi in calculo fatalium subduceretur, & tempus præcedens compromissum coniungeretur cum sequenti, authen. si tamen. C. de temp. appella. clemen. quandiu, vbi etiam gloss. verbo currere de appellatio. Bald. in auth. ei qui appellat. C. de tem. appellat. quod procedit etiamsi in compromisso fuisset tantùm deductum principale negotium, non etiam appellationis caussa, Franc. in dict. cap. ex ratione column. 7. versicu. quarrò quæritur. Idem si foret etiam pendente termino ad recipiendũ apostolos dato ab homine, vel à iure, Fran. k ibidẽ ver- k

 ficu.

18 sicu. sequenti incipienti quinto quæritur, liceat* tempora appellationum à lege præscripta non possint per actum, & partium consensum ad longiora prorogari, gl. notabilis in l. progendum circa principium, C. de iudi. quam Doct. ibidem communiter sequũtur. Barto. in d. auth. si tamen, C. de temp. appella. potest tamen eius cursus suspẽdi, non solùm per compromissum, sed etiam per pactum, aliumque expressum partium consensum, Franc. pro omnibus in d. ex ratione colum. 12. ver. Sed iuxta prædicta cum sequenti, & inferius colum. 14. ver. Sed aduerte primò quia Bald. videtur loqui, rursus finge appellatum remissoriam obtinuisse, quæ semper cum dilatione annexa concedi solet, & sub decerentur pariter hæc tempora, quasi sit appellatus facto appellati impeditus, & propter dilationẽ sibi concessam, iudicis officium conquiescat, l. siue pars, C. de dilat. capit. significati, de appella.

19 & vbi appellans* facto partis, vel iudicis impeditur, non est quid sibi imputetur, l. fin. §. illud, C. de temp. app. cap. ex ratione de appell. in quã partem inclinat, Cassad. decisio. 9. tam & si dicat articulum aliàs in palatio disputatum, & non

1 resolutum fuisse, l. qua ratione idem seruatum est de tempore, quo appellans pendente appell. attentata passus fuisset, & appellans eorum reuocationẽ prosequi vellet, in primis & ante omnia prout potest, & similiter non curret appellanti inter ea tempora, sed subducerentur ista talium calculo Ro. decisio. 102. in no. Fatalia de appel. & attent. refert & sequitur Fran. d. c. ex ratione colum. 9. ver. circa tertium impedimentũ concurrens facto seu dolo appellat. extra de appellatio.

pellatio. ibi & hanc partem tenent domini de Ro. decisio. 102. Idem si super quouis alio incidenti disputetur, vt quia appellatus in prosequutione appellationis ab aliqua interloquutoria appellasset, Fran. ibidem allegat Bal. in dict. authen. ei qui appellat circa prin. quæ tamen intelligas, si appellans de præmissis disputando obtinuisset, secùs verò si succubuisset, tum enim ipse sibimet impedimentum præstitisset, nec à fatalium cursu facto suo impeditus dispensaretur, Rota dict. decisione 102. in no. Franc. ibidem vsque ad versiculum, circa quartum impedimentum. Finge *m* denique, * quòd appellans fuerat paupertate oppressus, & isto casu non solùm non currerent fatalia & tempora ad prosequendum præscripta, sed nec etiam ad appellandum, non obstante ratione Bartoli de modica impensa, quod ad ipsam appellationem interponendam, de qua in l. in notis, C. de procur. & ita seruat palatium. Cassad. decis. 6. de appellat. vbi etiam docet, qualis esse debeat ista paupertas, quæ fatalium cursum impedit.

m 20

ANNOTATIONES.

Et iudex qui.) *Ad hæc conferunt, quæ proximo capit. diximus, sub litera C. verùm * aliter iure pontificio, quàm iure Cæsareo iudex appellationi non deferens punitur, illo enim si criminalis est caussa, iudex deponitur: sin verò ciuilis, arbitrariè punitur. Hoc autem, si criminalis, pœna arbitraria, si ciuilis caussa erit, 30. libris auri pœna afficitur, l. quoniam, C. de appella. & Franc. declarat in capit. de priore, columna vltima, eodem tit. Rom. consi. 501. & Boer. decis. 153. numero quarto & quinto. Sed quid * si iudex (vt lerique faciunt) appellationem simpliciter nō admittat, sed*

a 21

22

cum clausula si & in quantum tenetur de iure, & an dicter, an pro admissa, vel ne, appellatio censeatur. Rota recitato cons. ad iuris dispositionem verba illa referentis autumat, vt si appellatio admittenda erat, vtique admissa videatur, aliàs minimè. hoc idem placuit Card. & Franc. in capit sæpè, in 2. not de appellat. atque Felin. in cap cum contingat, columna penultim. de offi. deleg & ante eos proditum est à Bar in l. ambitiosa, colum. pen. de decr. ab ord. fac. & Bald. in l. edita, columna 17. versic. item dubitatur, C. de eden. Qua de re videas quoque Fran. Marc. decis. Delphi. 271. & Maria. Soc. Iun cons. 18. visis, numero 14. & vi libro primo. Vnde cauti iudices cum dicta clausula, si & in quantum, &c. appellationes recipiunt, ne eas simpliciter re-
571 ijciendo in pœnam incidant, vt modò diximus. Verum per
572 dictam admissionem si & in quantum, iurisdictionem se abdicare censentur, adeò, quòd processus coram eo ferendi quaquam potest, nec factus alicuius erit momenti, & ita communis opinio teste Rom. dict. cons. 501. columna 2. Ce-
Com. opi. 23 terùm, † quando iudex appellationi non defert, sed illam reijcit, cautus appellans esse debet, vt tali à reiectione appellet, alioqui reiectio & sententia in iudicatum transirent, ita eleganter docet Zabarel. in clemen. 1. colum. 3 versic. hac gloss de dol & contu. Nic. Ant. Granat.

b 24 Et quoniam.) Iudex * à quo terminum iuris appellanti breuiare potest, & aliquem ei præfigere ad se prosequendum coram iudice, ad quem, atque etiam de eius prosecutione fidem faciendum: vsque adeò, vt si infra breuiatum
c 25 terminum appellationem non prosequatur, ea esset deserta, & sententia in iudicatum transacta, cap. cùm sit Romana, & cap sæpè, & vtrobique Doct. de appell. tex. iuncta glossa l. præses, §. 1. vbi etiam Bartol. ff. eod. titul. idem in l. 1. de libell. dimiss. Butr. in cap. ex insinuatione, de appella. Affict. in constitut. reg. Neap. appellationum tempora. Consultor ille Form. var. commiss. fol. 15. columna 1. & Franc. qui egregiè loquitur in capit. personas, de appella. vbi multis modis materiam dandi terminum explicat. Et hac satis
26 specie, cùm à iudice terminus ad prosequendam appellatio-
nem,

nem, vel ad se præsentandum coram iudice, ad quem præfigitur, licet appellatione pendente ligatæ manus iudicis censeantur, non tamen quò ad hoc censentur, aut post illud tempus appellatione remanente deserta, intelligatur in caussa procedere non posse, ac sententiam non exequi, quia id vtique facere proculdubio ei licebit, per dict. capit. personas, vbi Abb. & Præpos & per alia iura superius allegat. quod etiam voluerunt Specul. titul de appella. §. nouissimè. numero 1. versicul. 5. & 16. Card. in clemen. de appella. quæstion 22 numero 119. Bartol. in dict. l præses, & Paris. consil. 108. numero 52 lib. 4. Cæterùm, si iudici placuerit, præstitutum tempus ad appellationem prosequendam prorogare, illud quidem poterit inuito atque retinente etiam appellato, cuius interfit prorogationem non fieri, vt Franc. voluit in dicto capitu. personas, colum. penultim vers tertio quæritur, vbi quoque Felin. colum. 2 & idem Fran. in dict. c. sepè, colum 8. vers in eadem gloss. & iterum in cap. cum appellationibus, §. si verò, colum. penult. eodem titul. in 6. & Card in clemen 1 in 9 quæstion de vit. & honest. cleri. & habetur in Form term. fol. 2. col. . & fol. 37. colum. 1. Verùm cùm iudex terminum iuris appellanti moderat, non parum animaduertere debet, vt congruum tempus præfigat aliàs appellatione quaquam deserta haberetur, vt infrà post auctorem dicemus Prædicta tamen limita in caussis beneficiarijs locum non habere, in quibus iudex terminum iuris breuiare non potest, nisi vtroque volente parte: idcirco si breuiatum fuerit, & præfinitum tempus elapsum, nihilo seius appellatio deserta non dicetetur, ni terminus iuris lapsus fuisset, ita Franc. prodidit in cap. cùm sit, columm vltim. de appella. & in cap. constitutus. 2 colum. 1. eodem titul. vbi & vnum inter cætera memoriæ commendandum tradidit, quod * licet appellatio per partis negligẽtiam in caussis beneficialibus deserta sit, quò ad iudicem tamen nunquam deserta censetur, qui semper ex officio in caussa supplere, procedere, atque inquirere potest. Et quòd † diximus appellationem esse desertam, si fides ab appellante facta non fuerit, qualiter coram iudice, ad quem se præsentauerit, in-

25

26

tell igas, quò ad effectum exequutionis tãtùm faciendæ, non tamen vt de ipsa appellatione cognosci non possit, vt Bald. voluit in dicta l. si præses, & But. dict. capitu ex insinuatione, nec interim dicta exequutio retractabitur, nisi prius constiterit de ipsius appellationis iniustitia, ita pulchrè voluit Fede. Sen. cons. 27. cui se subscribit But. citato loco prope finem. Nicol. Anton Grauat.

c Et cùm de iure.) Adde tex. in c. debitus, & in c. cùm
27 dilecti, de appell. & vtrobique Doct. vbi † arreptio itineris ad Pontificem vim appellationis habet. & tradit Lap. allegat. 39 colum. 1. adeò, quod quicquid medio tempore fieret, reuocari debet. Sed hac de re omninò legas Bartol. & Scrib. in l. de pupillo, § si quis ipsi prætori, column vltim. ff. de noui ope. nuncia. præsertim Ias. nume. 20. qui pulchrè loquitur. Quod quidem nedum iure pontificio, sed cæsareo procedere ait, quicquid è contrario Fulg. dixerit in l. 1. in primo not. C. vt lite pend. Nicol Anton Grauat.

d Quòd tamen.) Habenda* est certè in dandis dilatio-
28 nibus distantiæ ratio, locorum, personarum, & causæ, vt Specul. admonet titul de citat. § nunc de tempo. in fin. & §. vltim. rursus in fin. & habetur in capit. quod ad consultationem de re iudic vbi Abb. & in capit præterea, de dilat. & in l. 1. C. eodem titul. & vtrobique scrib. per Afflict. in constit. reg. Neapo. exceptiones, & Vant. in tract. null. ex
29 def. citatio. numero 70. Hinc* proditum est à Bartol in l. aut qui aliter, ff. quod vi aut clam, cui Abb. consentit in capit. cùm dilecti, de dol. & contum necnon Afflict. decis. 124. quòd iudex congruum tempus in citatione præfigere debet, aliàs citatio redditur nulla, nec citatum arctabit ad comparendum, & traditur per Specul. præcitato loco, §. primo, numero 11. & Vant. vbi suprà numero 67. & est text. in l. qui bona, §. vltim. cum l. sequent. & l. si finita, §. tertio, ff. de dam. infect. & in l. nonnunquam, ff. de iudic. l. secunda, ff de re iudica. & in capit. cùm longè, 63 distin. & 13. quæstion 2. capit. vbicunque, & in capit. cùm sit Romana, de appella. vbi Docto. Sed quid si iter facilius nauigando, quàm pedibus eundo fieri possit, quo nam pacto iudex

dex arbitrabitur? videas Gomes. in regul. de verisimi. not. obi. in 5 quæstion. Cæterùm † in causis summariis, veluti 30
possibile erit, breuiari dilationes debent. Clemen. sæpè vbi scrib. omnes, de verb significatio. & est text. in l. 2. in princip. C. de temp. appellat. sunt tamen cum moderamine (vt modò diximus) breuiandæ, vt rem ipsam semper consilium præcurrat, cùm, teste Cicer. in 1. Offic. non debemus quicquam agere, cuius non possumus caussam probabilem reddere. Verùm si absque caussa, breuis à iudice daretur dilatio, contradicendum erit, aliàs si sponte recipiatur, iuri suo quis renunciare videtur, vt visum fuit Abb. in dict. capit. quod ad consultationem, in pen. not. & conferunt dicta per Ias. in l. vltim. colum. 9. ff. de fer. & per Bald. in l. 2. C. de episcop. audi. versicul. sed hic quæritur, quod quidem intelligo, nisi adeò breuis præstituta fuisset dilatio, quod impossibile esset fieri, nam tunc illa redditur nulla, vt ex his patet, quæ suprà diximus. Sed quando nulla dilatio in citatione ad comparendum data fuit, an citatus comparere obstringatur. multi multa dixêre, tu Boer. latius disputantem legas decis. 235. Alexand. in l. liber homo, §. 1. ff. de verbor. obligat. Felin. in capit. consuluit colum. 3. vers. Com. opi.
sed tenendo op. de offic. delega. & Vant. vbi suprà numero 71. qui testantur receptiorem esse opinionem, quod tacitè intelligitur tempus, infra quod citatus comparere possit. Nicol. Anton. Gratianus.

Et hoc quia.) Citationem inualidam nihil operari, c
dixit Afflict. decisio. 182. numero quarto, & in capit primo, præterea, quæ sit prima causs. in vsibus feud. & eo loci quòd † quando citationis commissio inefficax fuit & nulla, similiter & ipsius executio inualida erit, de qua materia eundem videas affatim dissentientem. decisio. 366. numero 15. cum sequent. & decis. 2. numero 6. & 8. Cum temperamento id tamen intelligas, vt ibi numero 7. quando citatus non comparuit, secus verò est, si eius præsentiæ copiam fecerit: nam † per comparitionem, citatio quamuis nullius 32
fuisset roboris, efficitur valida, vt Felin. adnotat. in c. illud in 4. colũna de præscrip. Abb. cons. 38. lib. 1. Quæ de re Gram.

legas decis.61.numero 6. & 8. cum sequen. & omnino idem Felin.in cap cum contingat,colum.6.versi oritur limit de rescrip.& in c ex tenore colum.3.ver.requiram præstat,eo tit.Dec.in cap.cum caussa in 3.not.de offic.deleg & cons.187.& 449.Rip.in cap.1. numero 90.de iudic.

Com.opi. est communis opinio,vt Balb testatur in tract præscript. 2 part.6 part.principalis quæstio.1.vide etiam Rot.decis.ne 271.in not.& Boer.decisione 235.vbi latissimè rem explicat,ibique quòd † quoties citatio inualida ad notitiam

33 aduersarij peruenerit,ea probata,citatio legitimareddatur, quod & voluerunt Roman.consil 410 Marsil.in rubric.de probat.nume 371.Gomes.in regul de non iudic iux.for.applic.quæst 16 numero 68.& Ruin.consil.61,numero 3 & cons.117.numero 5.libro 5.Cæterùm, quomodo hæc notitia probabitur,docet Rot dict.decis.271 & habetur per Aegid. conclu.539 Boer.citata decis.& Vant.de null.sent.quibus mod sent null.defen.num.122.cum seq.& huius rei ratio illa est,quòd citationis vitium purgatur, si citatus comparet, nam citatio non ob aliud fit,nisi vt quis compareat:& ideò præsentia sine citatione sufficit, Doctores in l.1.ff de in ius voc.& in cap.1.de iudic & hæc opinio communibus suffragijs à Doctoribus recepta est,teste Tiraquell.de utroque retract.§.9.in gloss.2.numero.17. Nicolaus Antonius Granatius.

Com.opi.

f Propter non comparitionem,&c.) Adde Affli. decis.366.numero 14 & Felin.in præcedenti addit allegat. vbi † non comparente parte atque instante, citatio

34 circumducitur, adeò, quod dixit Afflict. citato loco, †

35 quod per citationem circumductam litis pendentia non inducitur. Fallit tamen, vt eo loci habetur post DD. Rotæ decis. 245. quando citatio ad omnes & singulos effectus vsque ad sententiam facta fuisset, tunc enim non circumducitur, quandocunque actor vel reus comparuerint,vt hic etiam auctor declarat,atque Dec.cons 460. numero 28 Nec huiusmodi † circumducta citatio, seu inualida iuri, dictionem perpetuat, vt per Paul. Castr.in l.1. § 1.ff.de fer.Felin.in cap gratum, col.1.de offi. deleg.fol. vltim.

vlt.in cap.cum plures, vbi Ancha. & Domin. vterque col. vlt. & Franc.colum.3. vers.3.de offic.deleg.in 6. & Anch. cons.16. Nec etiam talis citatio malam fidem inducit, nec pacificam possessionem interumpit. Bald.in auth. offeratur, colum.penul.de lit.conte. & in l.1.in prin. C.si ex delicto def. Guid.Pap.decis.159. Felin.in c.illud, colum.3. de præscript. Ias.in l.vlt.in 6.limit.ff.de eo, per quem fac.erit. Marsi.in rubr.de probat.nu.211. & Gomes.latè in reg.de annali poss. in quæst.45. Nec* quoque per citationem inualidam præuentio siue iurisdictionis præoccupatio fit, vt tradunt Ioan. Andr. & Abb.in 5.not. & Maria.in 4.in cap. proposuisti de for.comp.aliàs enim fieret, vt per eos ibi, & Bald.in l.si pluribus.ff.de leg.1. & probat tex.in l.si quis posteà.ff. de iudi. & in l.incola. 2. vbi Accurs.ff. ad municip. in qua quidem præuentione nedum dies consideratur, sed etiam hora, vt ex Afflict.decis.382. nume.5. perpendere liceat, quamuis ipse vigore statuti in eo themate aliter sentiat. Nicolaus Auton. Grauatius. 37

Nisi pars.) Sententia* absque partis citatione prolata inualida est, c.tenor, vbi Docto.notant, de re iud. Afflict.decis.346. num.16. Quinimò si absque peremptorio citatio fieret, non valeret sententia, Scrib.in l.ad peremptorium, ff. de iudic. & Afflict.præcitato loco, num.17. quæ quidem citatio ad sententiam etiam in iudicijs summarijs locum sibi vendicat, aliàs nulla erit ipsa sententia, clem.sæpè de verb.signifi. Rom.consi.255. Et hoc adeò verum est, quòd non valet statutum, si dicta ret sententiam contra non citatum validam esse, Feli.in c.ex parte, 2. de off.dele. & in c.dilecti filij, de excep. Gram.decis.65. num.4. cum seq. Affl.decis.307. in fi. Boer.decis.247. & Dec.consi.63. nume.11. vbi communem hanc opinionem esse affirmat. Quinimò si citatio omitteretur (etiam si principis esset sententia) nulla redderetur, c pastoralis, de re iud. Felin.in c.cum olim, nu.12. eod. tit. vbi hanc opinionem omnium calculis approbatam asseuerat. Qua de re abun- 38 Com.opi. Com.opi.

abundè per Vant. in tract. de null. sent. poss. dici nul. numero 14. & Capic. decis. 69. nu. 35. & hoc regulariter in principis sententia procedere intelligas. secus autem, quando esset iusta caussa. nam vtique tunc sine citatione valeret. Bald. in l. cessante in princ. C. quomodo & quando Iudex. Alexand. consil. 2. colum. 7. versicu. & quod notat Bald. libr. 1. refert Maran. in praxi, in 6. part. in primo membro, numero 10. vbi de stylo Senatus Neapolitani meminit, in quo omnes sententiæ absque citatione feruntur, & valent, quia sub regio nomine proferuntur, quo de stylo per Afflict. habetur decis. 283. & iterum 391. apud quem ratiónem quare sic obseruetur, videbis. Cæterùm in Rom. Curia pars nuncupatius ad sententiam audiendam citatur. Rota decisio. 242. in not. Alexand. consi 105. libro quinto, Felin. cap. consuluit, num. 16. de offic. delega. & Vant. in tracta. de null. sent. quibus mod. sen. null. repa. num. 108. licet quandoque in Rotæ auditorio, (ex caussa tamen veluti quando generales feriæ superinstant) sine citatione sententiæ proferantur, vt patet decis. eiusdem

Com. opi. Rotæ. 755. sciendum est, quòd in vacatione, in antiq. Verùm si dubium esset, an ista interuenerit citatio, præsumeretur quidem, quamuis in sententia de ea mentio minimè facta fuerit, Ias. in l. si se ita obtulit, §. condemnatum, num. 8. ff. de re iud. vbi hanc opinionem communem esse autumat. Nicol. aus Anton. Grauat.

h Quia commissio.) Commissionis siue rescripti tenorem in citatione inseri debere, aliàs nequaquam iudici maximè delegato credendum esse, nec citatum contumacem dici posse, si ille non comparuerit, censuerunt Bart. & Angelus in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ier. Felin. & cæteri in c. præterea, de offic. deleg. Lap. allega. 55. Guid. Pap. decis. 322. & 445. Alexand. consi. 17. libro septimo, & consil. 200. in fin. lib. 2. & Dec. cons. 214. Quinimò * siue ordinarius sit iudex, siue delegatus, ante omnia de eorum potestate docere debet, Nam iudicare publicũ munus est, l. quippe, ff. de iudic. l. vlt. §. iudi-

§.iudicandi,ff. de var.cogn. At publicum habere murus vel priuatum, iure non præsumitur, Baldo hoc dicente in l.1. in prin.C.de reb.alie.non alien.& in l.1.q.6.C.de test.ord.& traditur per Docto.in cap.si forè,de elect. in 6.I.§.in l.more maiorum,ff.de iurisdict.omn.iudi.& Dec.consi.572.in causa,vltim.col.Et dixit Angel.Clau.in Sum.in ver. culpa,nu. 13.quod talis iudex excommunicando nil facit, nec sententia tenet per prædicta,quia ei,(nisi de commissione docuerit) credendum non est,& tradit Vant.de null.sent.ex defect.citat. num.47.Et neaum vtile, aut potius necessarium est, de eorum potestate iudices ob ea,quæ diximus,docere,verùm etiam certi vt simus, quando tempus ad cognoscendum præfixum currere incipiat, cùm Doctorum communis sit conclu- Com.opi.
sio,teste Franc.in capitu.super eod.2. de appellat. quòd tale tempus à die præsentatæ commissionis elabi initium sumit,si tamen certo sub numero dierum,aut mensium fuerit præstitutum,secus verò si ad certum diem, veluti citato loco est legere. Nico.Anto.Grauatius.

Appellatione pend.) Limita,hoc locũ habere,quando in arbitros compromissum fuit, secus* verò si in arbitratores,tunc etenim arbitrio siue compromisso (vulgò vt dicitur) non obstante, appellationis tempora currunt, vt per Anch.consi.284.Habebis,apud quem huiusce rei, quænam sit ratio, explicatum videbis. Qua de re & Mil. legas in reper.ver.Terminus prosequendi,ibique etiam, quòd nec terminus prosequendæ appellationis currit agenti super attentatis. Nec quando iudex est in causa, quia procedere non vult. Rota in not.de appella.decis.7. aliàs 651 si appellatus in add.vel si appellans sit infirmus aliásue impeditus, qui si per testes legitimum impedimentum probare non valet,stetur eius iuramento, Rota eo.tit.decis.25.alias 155.si certus terminus in fin.vltim.ad Nico.Anto.Grauat. i 48

Licet tempora.) An partes* terminum prosequendæ appellationis vltra biennium expressè prorogare possint, illum k 48

illum vel breuiare, magnum est inter Doctores certamen, adeò, quòd Bart. & nonnulli modò affirmatiuam, modò ne-
Com.opi. gatiuam tenuerunt opinionem. Cæterùm, inter tot difficilia in hanc sententiam communibus suffragijs itum est, quòd expressè partes non possunt, tacitè verò (vtputa si caussam compromitterent) vtique prorogare valent, Doctores in l. proprandum in princ. C. de iudic. & in cap. ex ratione de appell. Rom. consi. 174. Boer. decis. 283. Sylu. consi. 40. num. 3. & Maran. qui latissimè hanc quæstionem disputat in praxi, in 6. part. in verb. Appellatio. num. 225. quamuis ipse communi opinioni non inhæreat, veluti non pauci etiam nec contemnendæ auctoritatis inficias iêre, ipse tamen Maran. testatur communem opinionem, quàm suprà diximus. Prædicta verò intelligenda sunt in tempore prosequendæ appellationis, secus autem in tempore appellandi decem dierum, quia tunc pacto aliquo, nec à iudice, nec ab ipsis partibus tacitè, neque expressè prorogari potest. Franc. in d. c. ex ratione, & Marã. vbi suprà num. 230. Et eò vsque verum est, quod diximus, expressam prorogationem in prosequenda appellatione fieri non posse, quòd etiam si iureiurando fieret, hucusque non valeret, vt Paris. testatur in tract. synd. in verb. sententia, §. ne-
43 stat vnum aliud. Quia * hanc prorogationem facere soli principi conuenit, qui spiritum vitæ (quasi Deus terrestris) peremptæ caussæ insufflare potest, veluti Paris. ibi, & tradunt Capic. decis. 11. & 165. & 206. Boer. decis. 248. & in consuet. Bituring. titu. des costumes, §. 23. Afflict. in consti. reg. Neap. sæpè contingit, in fin. & Guido Pap. consil. 38. in fin. & sic vsu receptum est, & praxis inoleuit, vt principes peremptam instantiam reuiuiscant, vt prædicti Doctores etiam testantur. Nico. Anto. Grauat.

1 Qua ratione.) Attentatorum * caussa pendente fata-
44 lia non currere, cum temperamento intelligas, nisi ob calumniam (vt sæpissimè ab improbis fieri solet) attentata proposita fuissent, ita pulchrè Abb. & Felinus declarant in c. ex ratione,

tione, de appell. & Alexand. consi. 43. lib. 3. vbi dixit, quòd causse instantia labitur, quando ob calumniam super nullitate actorum opponitur atque agitur, cùm æquum non sit, vt proprius dolus alicui patrocinetur, l. ita demum. ff. de arbit. l. verum, §. tempus, ff. pro soc. nulli enim malitia sua debet esse hæreditaria, l. prim. in princ. & l. ne ex dolo. ff. de dolo, l. pen. C. de lega. c. sedes, & c. ex tenore, de rescrip. cap. ex literis, 2. de dol. & c. ad nostram, de emptio. & vend. & c. statuimus, de offic. delega. lib. 6. Sic & in altera facti specie, causse instantia actori non currit, quando reus subterfugiens causam protelet. Gloss. magis in c. venerabilis, de iudic. quæ valdè ibi à Maria. Socin. commendatur, ab Alexandro etiam consilio 42. lib. 3. atque Tiraquell. de vtroque retract. in gloss. secunda, §. duodecimo, numero 1. Nicolaus Antonius Granatius.

Finge denique.) Huc spectant, quæ supra diximus, lib. 4. cap. 4 sub lit. 1. & quæ nuncupatim Innoc. Bald. & Feli. scribunt in c. significantibus, de offic. delega. Barto. & alij in l. si procurator, §. si ignorantes, ff. mand. Bald. consi. 5. libr. 3. & Afflict. in constitut. reg. Neap. Appellationum tempora. Nicolaus Antonius Granatius.

LIBER VIII.

DE NVLLITATE, EIVSQVE TEMPORIBUS & processu.

CAP. I.

SVMMARIVM.

1 Appellatio, salvo iure dicendi de nullitate, an valeat? num. 17.

2 Appellandi praxis & formula, atque de nullitate dicendi, & num. 18.

Nullis

Nullitas insimul cum appellatione proposita, quid principaliter deducta esse censetur, & quid accessoriè, eo. nu. & nu. 19.

3 Nullitas quòd potius principaliter, quàm accessoriè deducta intelligatur, qua vtilitas sit.

4 Appellationi renuncians, an nullitati renunciare intelligatur.

5 Nullitas & appellatio possunt insimul cumulari, & num. 23.

6 Appellatione prohibita, an nullitas etiam prohibita intelligatur? & num. 24.

7 Nullitas an proponi possit, contra tres sententias conformes, & an earum exequutionem differat? & nu. 27. & 28.

8 Attentata, quo casu ante omnia non reuocentur.

9 Nullitas euidens impedit exequutionem.

10 Nullitatis tempora, qua & quanta sint.

11 Nullitas an habeat effectum suspensiuum, vt interim in causa principali procedi non possit?

12 Nullitatis in causa quomodo procedatur.

13 Nullitatis in causa, quis erit pronunciandi modus? & num. 14.
Citatio ad sententiam in causa nullitatis requiratur, eo nu. 13.

15 Iudex nullitatis sententiam nullam pronunciando, an illam in negotio principali reformare valeat? & quæ sint eius partes in iudicando super nullitatibus, & num. 34. (debet.

16 Nullitas cum negocio principali quomodo decidi

20 Nullitas cum appellatione deuoluitur in definitiua, secus in interloquutoria.

21 Clau-

21 Clausula omni meliori modo quid operetur.
22 Instantia causse iure pontificio nunquam perit.
25 Appellare prohibitus, iudicis tamen officium implorare potest.
26 Appellare non licet tertiò, limit. tamen & ampliatur.
27 Sententiæ tres vbi sunt conformes, an audiatur quis super nullitate, ad impediendum earum exequutionem, & vn. 28.
29 Restitutio in integrum an admittatur ad impediendum exequutionem trium conformium sententiarum.
30 Nullitas potest proponi vsque ad 30. annos.
31 Nullitate pendente, negocium principale appellationis conquiescit.
32 Nullitatis in caussa libellus, siue formula.
33 Nullitatem sententia proponens ex vna caussa, potest etiam omnem aliã nullitatis caussam prosequi.
36 Iudex nullitatis non solùm super nullitate, sed etiam super iustitia. vel iniustitia sententia pronunciare potest.

VIdisti etiam mi Pellæe, quòd in cedulis appellationum, solemus quoque nobis reseruare ius dicendi de nullitate, a his verbis* iure dicendi de nullitate tam principaliter, quàm incidenter semper saluo. tametsi verbum appello nullitatem quoque compræhendat, visque verbi hoc inferat, etiam quòd nullitas non exprimatur. l. quædam mulier, ff. fam. ercisc. l. Carmelia. ff. de iure patronat. & l. si is, C. de

a
a

C. de iure de liber. quamobrem dubitabis fortè, cur ista reseruatio fieri soleat: si per appellationem simpliciter emissam videtur appellans velle non solum hoc ius sibi saluum esse, sed etiam illud deducere & exercere per suprà dicta. Scias igitur practicam istius reseruationis non esse inutilem, quoniam & si quis simpliciter appellans videatur ex vi verbi, nullitatem quoque deducere, hoc non est semper verum, sed in appellatione à diffinitiua duntaxat, secus b verò in appellatione ab interloquutoria, Innocen. in cap. dilecto de appella. & sic nisi nullitas exprimeretur, & æquè principaliter deduceretur, non posset iudex appellationis ab interloquutoria de nullitate cognoscere, Innocen. Bal. ibidem, vbi etiã Franc. colum. 24, versi. 19, quæritur, nisi fortè nullitas non deduceretur aliàs tanquam nullitas, sed tanquam caussa grauaminis ipsius interloquutoriç, & talis esset, qua appellatio ab ipsa interloquutoria posset ex aduerso iustificari etiã respectu caussæ in eadem appellatione expressę, aliàs si non alluderet ad caussam expressam non inseruiret, Abb. in d. c. dilecto, col. 3. in princip. vbi etiam Imol. colum. 5. & Franc. colum. 24. versicu. 2. intellige. Addo, quòd etiam in appellatione à diffinitiua nullitas sub verbo, appello, censeretur non principalis, sed incidenter & accessoriè ad appellationem introducta, vt pute, inclusa in ventre appellationis iuxta textum in l. quædam mulier, & in d. l. carmelia, & cùm in pluribus soleat vtile esse, quod nullitas non sit aliàs incidenter. & accessoriè, sed æquè principaliter intentata ideò * inualuit hæc practica, quadum appellamus, nullitatem ex appellationis

b

a

ventre

ventre per istam reseruationem eximimus, & vtimur verbo, appello, non in significatu, quo & nullitatem & iniquitatem significaret, sed speciali, quo iniquitas duntaxat significetur, & vbi sic appellauimus, consueuimus postmodum in commissione causæ nullitatem expressam appellationi cumulare, quo casu non dicitur amplius nullitas inclusa & accessoria ad appellationem, sed expressa, ad tex. in l. cum filio, §. penult. & nota ibidem, ff. de vulga. & pupil. nec aduersatur iuris regula, quòd expressio eorum, quæ tacitè insunt nihil operetur, quia non potest tolli, quin saltim fit expressum alio modo, quã inesset ad not. in l. si ita legatur, §. illi si volet, ff. de lega. 1. & sic non amplius accessoriè, sed æquè principaliter secundum magis veram opinionem, quam sequuntur Barto. in l. si expressim, ff. de appella. colum. 2. cum sequenti versicu. videndum est in casibus ibi non obstat, si dicitur in appellatione venit nullitas, Iac. Butr. in d. l. 1. quando pro. non est necess. Imola in dict. l. si expressim, qui pro ista parte interpretatur verba Bart. ibidem Abb. in capit. dilecto, de appellat. vbi etiam Franc. colum. 31. 44. quæst. Alexand. consi. 2. lib. 3. colum. 3. numero 13. versi. sed in hoc aduertendum, quia difficultas dec. in dict. cap. dilecto, colum. 3. nume. 7. ver. circa prædicta, vbi attestatur, quod ista sententia est verior, & magis communis, sequitur & idem attestatur Gratus consi. vltim. volum. 2. colum. antepenultim. numer. 41. & 42. versic. decimoseptimo considero, imò per istam practicam non solùm nullitas censetur expressim, & æquè principaliter deducta, vt suprà, sed seorsum ab ipsa appellatione, quo casu Do-

ctor. omnes etiam tenentes contrariam sententiam concordant, vt nullitas nō videatur accessoriè, sed æquè principaliter deducta. Sal. præsertim in l. fi. in fin. lib. verb. C. de temp. appell. & vbi aliter deducta esset, vt posset videri, &c.

cessoria, & æquè principalis censeretur deducta eo modo, quo magis appellanti expediret, sin

c appellationis libello, & cedula adiecta fuisset solita clausula, & omni meliori modo, &c. secundum Grat. in d. cons. vlt. libro 2. col. antepen. versi. Decimo septimo considero nu. 43. Vtilitas

d *d* autem quòd * æquè principaliter potius, quàm

3 accessoriè deducta sit nullitas, in pluribus consistit, & præsertim, quia si accessoriè ad appellationem proposita sit, eius instantia arctaretur ad tempora, & fatalia ipsius appellationis, qua deserta, desereretur quoque nullitatis causa, quòd

e si æquè principaliter deducta sit eius instantia e non haberet præfinita tempora in Roman. Curia in qua seruatur ius canonicum, nec in ea currerent aliqua fatalia, Bald. in l. contra maiores ad fin. versicu. ecce aliam quæstionem quidam principaliter, C. de inoffic. testam. Bar. in l. qui testamento, §. item quæro, ff. de excusa. tuto. Innoc. & Ioan. Andr. in c. bonæ appella. Item * in alio vti-

4 litas esset maxima, quia si accessoriè deducta sit nullitas, si quis appellationi simpliciter renunciasset, extenderetur renunciatio etiam ad nullitatem sic propositam, ex vi verbi, secus verò si æquè principaliter proposita fuisset, Salic. in dicta l. final. C. de temp. appellat. in fin. Bald. in l. C. de senten. quæ ex peric. recitan. & in pluribus alijs vtilis esset ista nullitas æquè principalis, quæ omnia commemorare ociosum esset.

Nec

Nec* videatur tibi mirum, quòd eadem commissione & libello cumulemus nullitatem simul cum appellatione, quia licet ista sint diuersa remedia, & videantur inuicem incompatibilia, f possunt tamen de iure secundum magis veram opinionem simul cumulari, glo. l. 1. C. quando prouoca. non est necesse, quam communiter sequuntur Legistæ in l. si expressim, ff. de appellatio. Bart. præsertim colum. tertia, Baldus in l. prima, C. quando prouoca. non est necess. colum. 6. vbi etiam Bart. & Ang. Canonistæ in dict. cap. dilecto de appella. vbi præsertim Franc. col. 20. 21. quæst. nec cumulans tenebitur etiam parte petente alteram viam eligere, Specu. tit. de sententia, §. iuxta vers. sed nunquid libellus. colum. fin. vbi attestatur ita seruari in Ro. Cur. sequuntur Doctores. Imo. prę sertim in d. l. si expressim, & ratio communis omnium, quam etiam refert ibidem Imol. est, quia appellatio censetur deduci sub conditione contraria nullitati, videlicet quatenus sententia aliqua sit, imò non solùm possunt appellatio & nullitas simul eodem libello cumulari, sed poterunt etiam simul prosequi, procedẽdo tam in caussa nullitatis, quàm iniustitiæ. Bart. in d. l. si expressim, colum. 4. versic. circa tertiũ, qui limitat hoc procedere, quando appellatio & nullitas orirentur ex diuersis fontibus, vtpote, si dixero sententiam nullam, quia contra minorem indefensum, & iniquam respectu eius, quod continetur in sententia. Idẽ quoque si ex eodem fonte orirentur diuersis tamen respectibus, veluti si dixero sententiam nullam, quia contra me minorem indefensum, & iniquam, quia promissio, cuius vigore fui condemna-

demnatus, fuit facta per me minorem absque legitimi curatoris authoritate, orirentur enim hoc casu, & nullitas, & iniquitas sententiæ eodem fonte minoris ætatis, sed diuersis respectibus, vt suprà Bartol. ibidem, Franc. in dictum dilecto, colum. 21. q. 24. & licet ista remedia possint diuisim intentari vnum post aliud, nihilominus semper solemus in Romana Curia illa cumulare, quando vtrunque competit, quia nullitas multos operatur effectus, quando deducitur simul cum appellatione, quorum aliquos non operaretur, si absque appellatione deduceretur, quos omnes enumerat Franc. in d.c. dilecto col. 8. ver. 9. quæritur quales & quos effectus, & col. seq. ver. Decimo quæro, quales & quot effectus.

g Sed g maius dubium est, an *nullitas intenta-
6 ri possit, vbi appellatio non permittitur? quæ in re animaduertas, aut enim non permittitur, quia lapsa sint tempora ad appellandum, & non prohibetur quis de nullitate dicere, quauis via etiam actionis, & si dicatur de nullitate, nullitas operatur effectum deuolutiuum, sicut ipsa appellatio, Barto. in dict. l. si expressim, colum. fin. ff. de appellat. & in l. si vt proponis, C. quomodo & quando iudex, & in dict. l. 1. C. quando proue. non est necesse, per l. 4. & l. absentem, C. de accusa. & Signatura solet dare commissionem super nullitate, etiam vbi non fuit appellatum. Staph. car. 150. à tergo in fine, ibi & dantur commissiones etiam post sententiam, quæ transiuit in rem
7 iudicatam. Quòd *si appellatio permissa non
h sit, quia fortè bis fuit appellatum, & non licet tertiò prouocare, toto titul. Ne liceat h tertiò prouocare, & latæ sint tres conformes, non au-

dire.

diretur hoc casu volens agere de nullitate, nisi sententiæ fuerint prius plenariè exequutioni demandatæ, tex. cum materia & not in clement. vt calumnijs de re iudic. Idem si appellatio prohibita esset, non quia aliàs appellatum fuisset, sed ex natura causſæ, vtpote, quia esset de momentanea possessione, vel aliàs non appellabilis quos casus suprà circa de appellationes enumeraui mus, non audiretur his casibus volens agere, de nullitate, nisi cum temperamento, de quo in dict. clemen. vt calumnijs. Bald. in l. prima, C. si de momen. poss. appelle. colum. tertia, numero 12. versicu. nunquid sententia lata in possessorio, idem Bald. melius se declarans in l. prima, C. ne liceat tertiò prouoc. columna secunda, numero secundo & tertio, versicu. ex hoc pono & sequenti versicu. Secundo nota literam. Mitigaretur tamen iste rigor, & audiretur volens de nullitate agere vtroque casu prohibitæ appellationis, vel tertio vel primo locis, ex natura causſæ non appellabilis, quando nullitas, quæ allegaretur euidens, & in promptu esset primo casu, Doctores communiter in dict. clem. vt calumnijs. Secundo i verò casu Bald. in dict. l. 1. C. ne liceat tertiò prouocare, & communis ratio est, quia rigor dictæ clemen. est, vt calumnijs litigantium occurratur, & si nullitas euidens, & in promptu sit, iam cessat omnis calumniæ suspicio, & cessante causſa præscripti rigoris, meritò mitigationi locus est, & ab illo rigore recedimus. Sequitur Oldrad. consil. 106. incip. Quòd litera, & Roman. in l. si non, §. de viro 32. fallentia. ff. solut. matr. Adstipulatur alia ratio, quam Oldr. d. eius consi. considerauit, quia videlicet illa verba clē.

nullatenus admittatur, sunt ciuiliter intelligenda, l. si cui, ff. de furtis, saluis scilicet illis nullitatibus, quæ in promptu essent, nec altiorem requirerent indagationem, prout habetur in l. si quo ff. vt in poss. lega. l. 3. ibidem, ff. adhibendum, libelle à quo. §. si de testamento, ff. ad Trebell. & notatur in l. 2. C. de edicto diui Adri. toll. similis enim ratio præsertim in lege aliorum iurium determinationem recipit, l. 1. §. deniq;, ff. quod vi aut clam, vbi etiam notatur per gl. & in proposito illa nullitas diceretur esse in promptu, & altiorem non requirere indaginem, quæ probari possit infra tempus fiendæ exequutionis, Bartho. in l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudica. Franc. dicto cap. dilecto, colum. 14. verficu. Sed circa prædicta dubitatur, quando dicatur posse in continenti probari, & inter istos casus hæc dũtaxat diferimina vigent, nã si agatur de nullitate contra tres conformes, pendentia exequutionis retardat processum in causa nullitatis, & operatur effectum suspensiuum processus prosequutionis causæ nullitatis, text. in dict. clement. vt calumnijs, de re iudica. ibi nullatenus ad agendum de nullitate admittatur, donec sententiæ fuerint plenariè exequutioni demandatæ, secus verò si nullitas aduersus vnam vel duas sententias tantùm proponeretur, non retardaretur enim hoc casu processus in causa nullitatis prætextu pendentiæ exequutionis, prout sit res essent conformes, iuxta text. in dict. clement. vt calumnijs, quia est ius nouum & speciale inductum per dictam Clemen. in casu trium conformium. Rota decisione 280. in not. incip. licet per viam exceptionis nullitatis, de sententia, & re iudicata, & quod

& quod iure ſpeciali introductum eſt, non eſt trahendum in conſequentiam, l. quod verò, & l. ius ſingulare, ff. de legibus, & iſto caſu, quando nullitas contra vnam, vel duas tantùm ſententias proponeretur, ſicuti pendentia exequutionis non retardat proceſſum in cauſſa nullitatis (prout ſuprà diximus) ita vice verſa cauſſa ipſa nullitatis abſque appellatione propoſita, licet, ſignatura det commiſſionem, & in ea procedatur, non operetur tamen effectum ſuſpenſiuum, vt interim non poſſit ad exequutionem procedi, Bald. in l. fin. C. de ord. cogni, in fin. & in l. appellatione, in fin. C. de appellatio. Ange. in l. fin. C. ſi ex fal. inſtru. & Legiſtæ in l. 4. §. condemnatum ff. de re iud. Canoniſtæ, Abb. ſcilicet, & alij præſertim Franc. column. 11. & ſequenti à verſicul. circa tertium ſi nullitas deducitur principaliter agendo, an interim operetur effectum ſuſpenſiuum, cum pluribus ſequentibus, de appellatio. Rota dicta deciſione 280. in not. qnod procedit etiam ſi iudex cauſſæ nullitatis inhibuiſſet iudici, ad quem exequutio ſpectaret, Butr. Imol. vbi etiam Franc. in dict. cap. dilecto, colum. 13. verſi. tertio limitanda videtur præcedens determinatio, vbi refert alios contrarium tenuiſſe, & iſtam partem eſſe veriorem, quæ fuit etiam à ſacro palatio recepta. Rota d. deciſ. 280. in not. in fin. Sed dices, ad quod erit vtilis nullitatis proſequutio, ſi interim exequutio fiat? & omnes dicunt, quòd in hoc vtilis eſt, quia ſi agens de nullitate obtinuerit, reuocabitur exequutio, & omnia inde ſequuta, etiam tanquam attentata, & iſte* eſt vnus ex caſibus, in quibus attentata non reuocantur ante omnia, ſed duntaxat expectato

isto euentu, Bald. in l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis. Fran. in d.c. dilecto, de appell. colum. 12. ver. ex quibus omnibus tenementa d. decis. 280. in no. Staph. car. 151. à tergo. vers. Ad prædicta. Item in alio etiam est consultum huic agenti de nullitate in casu, quo non retardetur exequutio vt suprà, qua si possessor esset rei, de qua ageretur, & de qua exequutio eraduerso peteretur, si petens exequutionem esset de dilapidatione suspectus, vel alia iusta causa sequestri subesset mitigaretur iste rigor, & in exequutionem sententiæ tantum sequestratio fieret de re ipsa, si mobilis esset: si verò immobilis, de fructibus, Bald. in l. ab exequutore in fine, C. quorum appellat. Franc. in dicto cap. dilecto, de appell. colum. 14. versi. vltimo licet litispenden. & extra istum casum quandoque etiam nullitas exequutionem retardaret, quando proponeretur contra vnam vel duas sententias, vt suprà. Finge, * quòd nullitas talis est, quæ altiorem nó requireret indaginem, sed euidens, & in promptu esset, impediretur enim exequutio veluti etiam similis nullitas impediret, quando allegaretur contra, vel tres conformes, vel vnicam non appellabilem. Staph. vbi suprà, ibi quod intelligo cum distinctione, quam superius feci, & faciunt omnia superius allegata in casu trium sententiarum, vel vnius non appellabilis, à fortiori. Rursus finge, quòd exequutio talis esset, cuius præiudicium non posset reparari, obstaret enim isto casu exequutioni litispendentia super nullitate. Bal. in l. eum qui alias, C. de adulte. quod eius dictum alibi limitat, nisi appareret de euidenti calumnia agentis de nullitate in l. si se-

si senatus, ff. de ferijs, Fran. in d.c. dilecto, col. 13. ver. 2. limita Finge denique, quòd ad impediendam exequutionem, non tantùm allegaretur pẽdentia causſæ nullitatis, sed is, qui de nullitate sententiæ per viam actionis ageret, compareat etiam coram iudice, à quo exequutio peteretur, & nullitatẽ etiam via exceptionis proponeret, velletque illam in continenti probare, & retardaretur exequutio. Imol. in dict. §. condemnatum, col. 3. in prin. est in conueniens, quòd is, qui principaliter agit super nullitate coram vno iudice, compareat coram iudice exequutionis, & de nullitate excipiat ad impediendam exequutionem, nec aliàs propterea causſæ suæ, in qua de nullitate principaliter agit in aliquo præiudicatur. Franc. in d.c. dilecto, col. 13. in prin. vers. sed aduerte, quòd omnia præcedentia dicta veniunt limitanda, quæ limitatio est à sacro palatio recepta, Rot. d. decis. 280. in nouis, in princ. imò si talis excipiens de nullitate coram iudice exequutionis in exceptione sua succumberet, quasi succubuisset in iudicio summario, nõ prohibebitur postea agere, & prosequi nullitatẽ in iudicio ordinario per viam actionis Bart. in l. 3. §. condemnatum, ff. de re iud. Docto. in l. à diuo pio, §. si de rebus, ff. de re iudic. & in c. veniens elect. 2. de testibus Franc. in d.c. dilecto, col. 32. in fi. versic. 46. quæritur de appellatio.

Verùm *l* hic dubitabis quæ, * & quanta sint nullitatis tempora, qua in re, aut quæris vsque ad quod tempus duret hoc ius dicendi de nullitate, & distingue, aut principaliter via actionis, durat vsq; ad 30. annos, sicut aliæ actiones. Spec. titu. de sententia, §. iusta in fin. per not. in cap. in

noſtra de procura. & in l. ſicut de præſcriptio. 30. annorum, Bald. in cap. ſæpè, colum. penult. extra de appellatio. aut via exceptionis, ſi durat perpetuò, quia regulariter omnes exceptiones ſunt perpetuæ, l. pater, §. vltim. ff. de excep. do. Speeu. titu. de ſententia, §. in ſumma, Imol. in dict. capit. dilecto, colum. 10. extra de appell. vbi etiam Franc. colum. 5. verſicu. Quintò quæritur. Quòd ſi non de tempore iuris dicendi de nullitate, ſed de tempore inſtantiæ ipſius cauſſæ nullitatis iam introductæ: & tũc iterum diſtingue, aut nullitas fuit introducta accelſoriè ad appellationem, per viam tamen actionis, prout ſuprà diximus, & inſtantia eſt eadẽ cum inſtantia appellationis, Bald. in l. contrà maiores ad fi. ver. ecce aliam quæſtionem quidam principaliter, C. de in offic. teſt. Bart. in l. ſi expreſſim, colum. 3. ver. circa tertium, ff. de appella. vbi etiam Alexan. Innocen. in capi. ſæpè, extra de appella. Fran. in dict. cap. dilecto, colum. 5. ver. 3. non poteſt intelligi eodem titu. aut denique nullitas nõ fuit aliàs acceſſoriè, ſed æquè principaliter intentata, & tunc eius inſtantia eſſet tanti temporis, quanti ſunt alia iudicia, & ſic iure ciuili triennalis, vt in l. properandum, §. & ſi quidem, C. de iudicijs, Bart. in d. l. ſi expreſſim, colum. ante pen. verſicu. vltim. quæro quando iſta duo, ff. de appella. Bald. in dicto cap. ſæpè extra eod. titul. Franc. in d. c. dilect. 5. verſ. Quinto quæritur, vbi inſtantia, eo. tit. & de iure canonico, quod inRo. Cur. attendi debet, & ſeruatur, erit eius inſtantia perpetua, prout in alijs iudicijs, text. in c. fin. extra de iudi. vbi Doctores omnes.

m Introducta m iam cauſſa * nullitatis, an operabitur

rabitur effectum ſuſpenſiuum, vt interim, donec de nullitate cognoſcitur, non poſſit in negotio principali procedi, quod nihilominus eſt deuolutum, l. 4. & l. ſi abſentem c. de accuſatio. & veritas eſt, quòd ſi cauſſa negotij principalis poteſt partibus, vel earum alteri eſſe præiudicialis, nõ poteſt iudex procedere in negotio, niſi prius articulo nullitatis expedito; exemplum, lata eſt pro me ſententia, à qua non fuit aliàs appellatum, tu qui non appellaſti, cauſſam nullitatis proponis & proſequeris, quæ deuoluit etiam negotium principale, vt ſuprà. Certum enim eſt, quòd ſi iudex velit hoc caſu in negotio procedere de eius iuſtitia cognoſcendo, non poteſt, quin præiudicet meæ rei iudicatæ, quam prætẽdo; vbi articulus nullitatis fuerit expeditus, ideo ex quo cognitio negotij eſſet mihi præiudicialis, nõ poterit iſto caſu iudex nullitatis procedere in negocio, niſi expedito articulo nullitatis, Bartol. in l. cùm quærebatur, ff. de re iud. & cùm effectus iſte ſuſpenſiuus exoriatur ratione præiudicij, meritò non ſuſpendetur proceſſus in negotio, niſi parte, cuius inter ſit, opponẽte Bal. in l. tale pactum, §. qui prouocant, quæſt. 12. ff. de pactis. Franc. in dict. cap. dilecto. colum. 10. ver. alterius de appella. Sed adhuc dubitabis, introducta * nullitatis cauſſa, quis erit procedendi modus, an libellus & litis cõteſtatio aliaque terminorum obſeruatio neceſſaria erunt, & in hac ſpecie diſtingui ſolet, aut cauſſa nullitatis eſt introducta acceſſoriè ad appellationem, via tamen actionis vt ſuprà, & quia iſto caſu cenſetur pars appellationis, regulabitur ſecundum naturam cauſſæ appellationis & qualitatis

conte-

conteſtatio non deſideratur, cap. per tuas, de appellat. vbi Doctor. Quòd ſi nullitas nó accessoriè ad appellationem, ſed æquè principaliter introducta ſit, & iſto caſu neceſſaria erit litis conteſtatio, & plenaria terminorũ obſeruatio iuxta naturam cauſſæ, Specula. in titul. de ſententia, §. iuſta circa fin. verſicul. quid ergo ſi appellans, & de libell. conceptione, §. nunc dicendum ad fin. verſicu. quid ſi ſententia. Bald. in 1. colum. 3. ff. de ferijs. idem in l. 1. in fin. cap. de ord. cogni. Franc. in dict. c. dilecto colum. 14. & ſequenti ver. vndecimo principaliter quæritur cum duobus ſequentibus. Rota deciſ. 340. in not. Fuit dubitatum, vtrum quando agitur de nullitate, de lite conteſt. quod tamen perpetuum non eſt, fingè quòd nullitas euidens eſſet ex eiſdem actis, non enim eſſet hoc caſu neceſſaria nec litis conteſtatio, neque alia terminorum ſubſtantialium obſeruatio, ſed benè citatio partis & aliàs, prout ſuprà de terminorum obſeruatione explicauimus. & gloſſ. & Doct. in capi. ad noſtram el. 3. de iureiuran. & in cap. per tuas de appellatio. Rota d. deciſion. 340. in princ. Idem ſi nullitas non ex eiſdem actis, ſed aliunde veniret probanda, eſſet tamen coram eodem iudice, qui pronuntiaſſet, cauſa tractanda, Imol. in dict. c. per tuas, in fin. Franc. in cap. dilecto, col. 14. verſic. principaliter quæritur ibi, Fallit coram eo, qui tulit ſententiam.

Cæterùm, vbi nullitatis cauſſa fuerit inſtructa, & eius proceſſus iuxta ſuos caſus benè formatus & ordinatus, quis * erit pronunciandi, & ſententiandi modus, an ſi de nullitate, duntaxat pronunciandum ſit, poterit ſententia ferri pa-

rtè abſen-

te absente,& nõ citata ad sentẽtiam,præsertim, vbi sententia inquiritur, vt declaret, non vt annullet,& licet Abb.& Ioan. And. in capit. causſam de reſcriptis per illum text. fuerint pro negatiua,quòd ſimilis ſententia poſſet ferri parte absente,&non citata,ego nihilominus eos intelligo in caſu,de quo in tcx.per ipſos allegato,videl.in d.cap.cauſſam de reſcriptis,quando licet nullitas præueniſſet à mala reſcripti interpretatione, tunc reſcribens poſſet parte abſente,& non citata interpretari reſcriptum ſuum, & geſta,quæ ab huiuſmodi interpretatione abhorrerent nulla declarare text.in d.c. cauſſam Innoc. in c.olim,de verb.ſignifi.& extra iſtum caſum à ſententia,Abb.& Ioan.And.in d.c. cauſſam ego diſſentirem,& crederem nõ poſſe in cauſſa nullitatis pronunciari,niſi parte citata, & quod aliàs lata ſententia nulla eſſet, & pro iſta parte contra eos concludit But.in d.c.cauſſam vltimo not.allegans gloſſ. ibidem, & aliam in capit.ad noſtram el.3.de iureiurand.Comprobatur ratione,quia nihil poteſt in alterius prẹiudicium iudicialiter fieri parte abſente, & non citata, 3. q. 9.caueant,&c.omnia,l.ea,quæ, C. quomodo,& quando iudex,c.eccleſia de conſtitutio. conſentit Rota deciſ.361.Innoc.dubitatur vtrum Auditor de ſententia,&re iu.Fran.in c. dilecto,colũ. 3ſ.in fine,verſi.34.quæritur de appel.& continẽtia ſententiæ erit cõfirmatoria vel infirmatoria ſentẽtiæ proceſſus, vel alterius actus iudicialis, de cuius nullitate ageretur, formulã non ſuggero,poteris enim vbi de cõtinentia ſententiæ admonitus eris per te ipſum iuxta ſuos caſus neceſſariam formare ſententiam,&à vulgatis formularijs,

mularijs, vel ab antiquioribus regestis formulá
14 accipere, memor * eius duntaxat eris, quòd vbi
dixeris sententiam processum, vel alium actum
informandum fore, & esse, addas hæc verba per
viam, vel ex capite nullitatis, idque vt semper
liquere possit, de infirmationis caussa, an scili-
cet nullitatis, vel iniquitatis. Quòd si in nullita-
tis caussa processum fuisset, ac simul in negotio
15 non aliàs suspenso, an * fortè poterit iudex pro-
o nunciando sententiam nullam illam o reformá-
do in negocio principali quoque pronunciare,
& crediderim posse, quia nullitatis caussa non
operatur effectum suspensiuum, nisi volente par-
te, cui negocij cognitio præiudicaret, prout su-
prà titul. nostro, §. sed maius dubium diximus,
quod tamen intelligas, nisi nullitas proueniret
ex ineptitudine libelli, non posset enim hoc ca-
su iudex in negocio etiam non suspenso, & par-
te non opponente sententiare, vel priorem sen-
tentiam reformare, tex. in hoc singularis in cap.
cum dilecto, de emptio. & venditione, & ratio
est, quia isto casu sententia non deuoluit negó-
cium ad iudicem nullitatis, ad limitationem, l.
absentem, C. de accusa. prout notabiliter tradit
Imol. in dicto capitu. cùm dilecti, columna se-
cunda, vbi etiam Panorm. colum. prima, Bald.
in l. 2. C. de rescind. venditio. quæstio. 14. dicens
in d. capit. dilecti esse textum magistralem, qui
instruit iudices appellationis nullitatis, quæ sint
eorum partes in iudicando, quando libellus, vel
agẽdi modus fuisset ineptus, & præsertim, quòd
inducent super nullitate & actori, ius melius a-
16 gendi reseruent. Sed dices * vbi negocium fuerit
cum nullitatis caussa deuolutum iuxta regulam
d. l.

d. l. absentem, & in eo non aliàs deuoluto pronunciandum esset, an reiterandus esset processus, an potius posset iudex ex eiusdem actis pronunciare, & in hac quæstione tu animaduertas, quia si nullitas prouenit etiã ex vitio actorum, vtpote, quia actum fuit cum minore indefenso, quo casu totum iudicium esset nullum. l. in vniuersis. cap. qui. da. tut. pos. & non poterit hoc casu ex eisdẽ actis in negotio pronunciari, sed reiterandus esset processus, quòd si nullitas sententiæ non ex vitio actorum, neque processus, sed solius sententiæ resultet, vtpote, quia sententia lata fuisset die feriata, vel non citata parte, poterit hoc casu ex eiusdem actis, vtpote validis in negotio pronunciari, & ita notabiliter limitat & tradit Bald. in l. si vt proponis l. quarta column. 4. numero. 19. versicu. quæro pone casum, C. quomodo & quando iudex, Docto. in c. ad probandum de re iudica. Cardinalis in clemen. 1. eodem titu. q. 15. quod si denique nullitas proueniret, nedum ex vitio sententiæ, sed etiam ex vitio actorum non tamen omnium, neque totius processus, sed partis tantùm, & tunc reiteranda & supplenda essent dũtaxat acta, quæ nullitatis vitio subiacerent, Bar. in l. si expressim, & in l. cùm quærebatur de re iudica. Franc. in c. dilecto, col. 37. ver. trigesimo octauo quæro de appellatio.

ANNOTATIONES.

His verbis.) *Vide auctorem in præcedenti capit. libro antep. in ver. amplius quia à pluribus, & Alexan. cons. 59. vol. 2. libr. 4. vbi ait, quòd * huiusmodi appellatio, Appello saluo iure, dicendi de nullitate, conditionis censetur, scilicet quatenus sententia sit aliqua. Itidem est, * si dicetur,*

retur, dico sententiam nullam, & si qua est, appellandi modus in praxi valdè receptus est, vt alibi proditum est, in l. si expressim. ff. de appell. & Fran. in dicto, quæst. 21. extra eod. titul. Cæterùm, * an nullitatum appellatione cumulata, intelligatur principaliter, vel ne in iudicio deducta, Doctores magnoperè altercantur, & tamen crebriore calculo approbatur, vt principaliter deducta intelligatur, veluti de receptiore opinione, affirmant Fran. vbi suprà Alex. cons. 2. num. 13. libro 3 Dec. ind. dicto, numero 7. & Vant. in tract. de null. sent. quæ. & quibus mod. numero 10. cum seq. apud quem locupletissimè hæc quæst. disputatam videbis. Et egregiè etiam differit, quando principaliter, & quando obiter, siue incidenter nullitas deducta intelligatur, & Auctor in sequentibus quoque eruditè, atque eleganter rem explicat. Nico. Anto. Granat.

Com. opi.

b Secus verò.) Ex simplici * appellatione ab interlocutoria, grauamen duntaxat, non autem nullitas deuoluitur, Rota decis. 389. si appelletur, in no. & tradunt Doct. in c. vt debitus, & in c. Romana, de appella. Guid. Pap. in tract. de appell. quæst. 67. quod tamen aliter est, quando à diffinitiua appellatur, tunc etenim ad iudicem appellationis nullitas etiam tacitè deuoluitur, adeò, quòd super vtroque cognoscere potest, Innocen. in c. dilecto, vbi Bald. colum. 2. & Fran. q. 10. 19. & 31. de appella. Guid. Pap. vbi suprà q. 46. Bart. in l. si expressim, col. penultim. & in l. prima, C. quando prouoc. Salic. in l. si præses, C. quomodo & quando, Abb. in cap. cùm Ioannes in fin. de fide instrumen. Lap. alleg. 2. & latè Alexand. consil. 179. prospectis, lib. 2. & Deci. consil. 57. Nicol. Anton. Granat.

Solita.) clausula * omni meliori modo operatur, vt in casu dubio libellus in fauorem libellantis interpretetur, vt Alexand. ait cons. 6. colum. tertia, libro tertio. De cuius quidem clausulæ virtute Felin. legas in c. super, colum. pen. & vlt. de offi. deleg. & Affl. decis. 144. nu. 2. Nic. Ant. Gr.

Vtilitas

Vtilitas autem.) *Adde Vant. præcitato loco, nu. 24. eum seq. & quanti referat, principaliter aut incidenter nullitatem proponere, ibi videas, nam multa sunt inter vtramque formulam discrimina.* d

Eius instantia.) *Iure Pontificio * causæ instantia nunquam perit, c. venerabilis, & c. vlt. & vtrobique Scrib. de iudic. Ias in l. properandum, in princ. C. eo. Rot. decis. 411. si lite pendente in no. Cassad. decis. 5. nu. 4. vt lit. pend. Gomes. super reg. de annali, quæst. 44. & est communis opinio, vt Abb. testatur in d. c. venerabilis. & Barb. in cap. de causis, de off. deleg. & huiusce rei rationem si scire exoptas, Franc. consulas in c. super eo, de appella. Nico. Ant. Grauatius.* e 22 Com. opi.

Possunt tamen.) *Vide Rot. decis. 145. Nota, quòd intentans, in antiqu. & Vant. vbi suprà & quamuis Doctores hac in re, an * nullitas & appellatio possint simul cumulari, diuersè loquuti fuerint, vt est videre, in l. si expressim, ff. de appell. & in capit. dilecto, eodem titu. tamen communis est opinio, quòd simul cumulari possint, vt per Fran. d. c. dilecto, quæst. 21. Imol. in dict. l. si expressim, & auctorē hic. Nicolaus Anton. Grauat.* f 23 Com. opi.

Sed maius dubium.) *Quòd * prohibita appellatione, nullitas prohibita non censeatur, cùm hæc duo quædā iuris sint subsidia ad inuicem separata, prodiderūt Guido Pap. decis. 38. Curt. Senior consi. 59. Dux. nume. 10. Alexand. cons. 186. libro 2. Marsi. sing. 473. memini. Cur. Iun. consil. 104. num. quarto, libro secundo, Calca. consil. 118. Dec. consi. 49. nume secundo, & iterum consi. 533. qui hanc cōmunem esse opinionem asserit. Verùm cum temperamento intelligendum hoc erit, quando seorsum & principaliter ab ipsa appellatione nullitas proponitur, secus verò si appellationi permista fuerit, nam tunc nullitas prohibita cēsetur, ea nempe ratione, quia effectus ipsi inest appellationi, ita Bald. in l. eos, §. ne temerè, C. de appella. Fran. in cap. dilecto, q. 49. de appel. Felin. in capi. si autem, columna quarta, ver. per illum* g 24

tex. de rescript. & Vant. in tract. de null. sent. quis pos. Sic.
25 de null. numero 36. Veruntamen* appellare prohibitus, iudicis officium implorare poterit, quod vtique per quamcunque prohibitionem nunquam prohibitum aut exclusum esse censetur. Roma. consil. 325. Abb. in capit. ex par. 2. de offic. delega. Socin. consi. 39. libro quarto, Ias. in l. prima, ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. vbi pactum, C. de trans. Mars. in praxi, §. Oportunè, numer. 52. & Gram. decis. 35. numero 4. Nicolaus Anton. Grauatius.

h Ne liceat certò.) Fallit in criminalibus caussis, in quibus titulus, Ne lic. tert. prouoc. & clemen. prim. de re iudi-
26 ca. haud quaquam locum habent, vt Paul. Eleaz. & Anchar. tradunt in dicta clemen. quibus consentit Angel. in tracta.
27 malefi. in verbo, Fama publica, col. 9. Cæterũ* hac de materia trium sententiarum conformium, Van. legas in tracta. de null. sentent. Quoties & int. quod temp. numero tertio cum seq. vbi limitat dict. clemen. qua cauetur, quòd qui tres conformes contra se habuit sententias, non audiatur super nullitate, nisi prius sententia exequutioni demandata fuerit, vt per eum videre poteris, vbi etiã de communi Roma. curiæ stylo testatur, quòd rarò rescripta super nullitatibus conceduntur post tres conformes sententias, absque clausula illa, sine præiudicio trium conformium sententiarum, aut priusquam super nullitatibus aliquid non fuerit examinatum. Et hoc quidem, quòd non liceat tertiò prouocare, tam in diffinitiua, quàm interloquutoria locum sibi vendicat, verùm sanè intelligendum erit, super vno eodemque articulo, nam si super diuersis millies in caussa quispiã grauetur, bis semper super vnoquoque articulo appellare eidem permittitur, ita Franc. declarat in capit. directæ de appell. Item intelligas, quando idem ipse tertiò prouocare vult, secus verò, si altera pars, quæ bis obtinuit, posteaquam tertiò succubuit, quia ipse quoque bis appellare potest, sicque quatuor appellationes eadem causa concurrere possunt, teste

Franco

Franco in præcitato loco col. 3. in 2. concluſ. Rurſus quando per tertiam ſententiam nouum grauamen non infertur, aliàs ſecùs, vt puta ſi iudex in expenſis condemnet, ad quas priores iudices haudquaquam condemnauêre: etenim tunc ab ipſa condemnatione tertiò prouocare licet ſecundum Angel. in l. 1. C. ne lic. tert. prouoc. & Franc. vbi ſuprà. Item intelligas, quòd & ſi tertiò prouocare non permittatur, attamen ſi aduerſarius appellauerit, eius appellationi inhærere licitum erit, ſic Franc. ſæpè citato loco dixit, column. pen. in 5. conclu. quem videas, ne de ſingulis agam, & Docto. in l. 4. §. condemnatum, præſertim Alex. & Iaſ. ff. de re iudi. tum etiam Bal. & Salic. in d. l. 1. & ſcrib. in dict. clemen. Et Dec. in cap. ſua nobis, nu. 13. de appella. vbi hanc reg. quòd tertiò non licet prouocare, dupliciter ampliat, & quinque modis limitat, vide etiam Marſ. in l. extra territorum, numero 49. ff. de iuriſd. om. iud. & Pariſ. conſi. 109. num. 15. lib. 4. Nicolaus Antonius Grauatius.

Secundo verò.) Longè ante Bald. hîc allega. eandem opin. tenuit Oldr. conſi. 106. cui ſe ſubſcribit auctor. At verò Imol. atque Cardin. in clemen. vt calumnijs, de re iudicata Oldradi & Baldi opinioni aduerſantur, volentes trium conformium exequutionem per exceptionem nullitatis impediri uequaquam poſſe, licet ilicò eam excipiens probare ſe offerat. Quorum quidem Imolæ & Cardin. opinionem aliàs Venetijs conſultus latius comprobaui, in cauſſa à Cæſare, oratori ſuo apud Rempubli. Venetam delegata, quæ inter condam. D. Elionoram Sanſeuerinam Roberti filiam, & hæredes condam. D. Barnabæ Adornij vertebatur: pro cuius Elionoræ hærede ipſe reſpondi. Verùm diſſidentes has opiniones fœdere diſtinctionis Franc. à Ripa concordat in l. 4. §. condemnatum, numero 15. ff. de re iudic. vt Imolæ, & Card. op. procedat, quãdo aliter, quàm per acta, nullitas probari offertur, tunc enim excipiens audiendus eſt minimè: ſeu verò ſi eiſdem ex actis nullitatem ſe probaturũ ille promittat

mittat, audiendus namque hac facti specie erit, ex Old. Baldique sententia. Quæ quidem conciliatio, veluti iuri æquitatique satis consentanea ab omnibus constanter (mea quidem sententia) teneri debet. pro qua non parum facit, quòd nullitatis exceptio altiorē requirens indaginem, sententiæ exequutionem minimè impedit. Doct. omnes in d. l. si se non obtulit, §. cōdemnatum, ff. de re iu. nisi nullitatis probatio promptuaria esset, veluti eisdem ex actis, cùm nulla tunc calumnia pro sententiæ exequutione impedienda considerari possit, & hanc opi. communem esse commemorant Soc. consi. 78. licet libro 3. Niconit. alleg. 38. nu. 14. & Ias. in dict. §. condemnatum, nu. 5. Quæ quidem communis opinio, nedum ordinarijs in caussis, sed in summarijs, veluti in iudicijs possessorijs locum sibi vendicat, & si in illis exceptiones altiorem requirentes indaginē non admittātur, ita pulchrè Cum. consi. 108. nu. 14. qui communem hāc esse opinionem scribit. Et licet pugna sit inter interpretes quando promptuaria, siue incontinenti (vt nostrates aiunt) probatio dicatur, cumque visum Bartholo fuerit in l. aufertur, §. qui compens. ff. de iure fisci, quòd illa infra duos menses dicatur, Baldo verò intra decendium, vt ipse prodidit in cap. cùm in iure, de offic. deleg. cui consentit Soc. cons. 21. colum. pen. libro 4. attamen frequentiore calculo receptum est à scribentibus hoc arbitrio iudicis relinquendum esse, teste eodem Soc. consi. 59. in casu. lib. 3. atque Nicomit. præcato loco, num. 15. Cæterùm & si controuertatur, vtrum nullitas ad impediendum triū sententiarum conformium exequutionem admittenda sit; tamen restitutionem in integrum admitti debere, etiamsi altiorem requirat indaginem Ripa eò loci, numer. 21. prodidit. qui hanc opin. communem esse affirmat. Quā dere omninò legas Ioachi. Mynsingerum in suis singu. obseruat. in Centuria 3. obser. 84. vbi in Camera imperiali non semel Baldi opinio in l. 1. C. ne lic. tert. prouoc. obseruata fuit, qui contrariū voluit, scilicet restitutionem contra res cōformes sententias

Com. opi.

Com. opi.

Com. opi.

29

Com. opi.

tias minimè concedendam esse, nisi earum prius ad plenũ facta exequutione: ea nẽpe ratione, vt aliquãdo litium esset finis. Interdum testatur Mynsing. ab eadem Camera opinionem, Salic. in dict. l. 1. Baldo aduersantis amplexam fuisse, iuxta tamen casuum varietatem, quando præsumptio malitiæ cessabat, qua facti specie restitutionem concedendam, & per eam, trium conformium sententiarum exequutionem impediri, iuxta Salic. pronunciatum DD. dictæ imperialis Cameræ sæpè iudicauêre. Quam Salic. sententiam intrepidè seruandam esse ibidem Mynsing. ait, quando ex actis aliquid apparet, quod calumniæ præsumptionem silere faciat. Ad quam rem videatur Milis in repert. in verbo exequutorium sententiarum, & Cassad. decis. 1. de restitut. in integ. qui hæc omnia in hac Bald. Salicetique pugna ante Mynsing. scriptum reliquit, licet prudens ipse Mynsing. Cassadori locum citare non prætermiserit. Nicolaus Anton. Grauatius.

Et in proposito.) Quæ sint euidentes siue promptuariæ nullitates. Afflict. legas. decis. 283. numero 2. & Doctores in allega. clemen. 1. de re iudica. & in dicta l. 4. §. condemnatum, atque in dicta l. 2. Nicolaus Antonius Grauatius. k

Verùm hic.) Vera est conclusio, quòd * vsque ad 30. annos de nullitate dici potest, quando tamen per modum agendi directè ac principaliter deduceretur, vt cõsulti Alex. & Dec. respõderunt, ille consi. 59. libro 4. hic cons. 8. colũ. pen. quod quidem sanè intelligas, vbi animæ periculum non verteretur, aliter perpetuò agi posse, Card. docuit in dict. clemen. 1. quæst. 14. & tradunt Salic. in l. si præs. 5. C. quomo. & quan. iud. & Franc. in cap. dilecto, in 5. quæstione de appell. Item & intelligas, nisi ipso iure actus gestus, nullius esset roboris. nam tunc perpetuò etiam nullitas ipsa durat, per reg. quòd ea, quæ ab initio inualida sunt, tractu temporis non conualescunt, l. quæ ab initio, ff. de regu. iur. capit. non firmatur extra eo. Rursus si per exceptionis modum nullitas proponeretur, similiter nec temporis cursus præfinitus esset, 1 30

vt auctor hic, & Alexand. consi. 82. colum. 4. libro vnic. & Vant. de null. sent. quoti. & int. quod temp. numero 1. Nico. Ant. Grauatius.

m 31 Introducta.) Nullitatis * cognitione pendente, principale appellationis negocium conquiescit, l. contra maiores, C. de inoff. testa. limitatamen, vt per Bald. ibi, nisi tempori nullitas deducta fuisset, neque calumnia careret, quod & Alexandro placuit consi. 68. colum. vltim. lib. 7. Mosting. 152. & Vant. vbi suprà, numer. 12. cum seq. Nicol. Ant. Grauatius.

n 32 Sed adhuc.) Qui nam sit in caussa nullitatis procedendi modus, dictum fuit suprà. Cæterùm. * si tu libelli formulam in caussa nullitatis scire cupis, Vant. non te legere pigeat, in sæpè citato tract. de null. sent. quoti. & quibus mod. null. propo. numero 10. cum sequen. & num. 107. & gloss. in cap. hæc quippe, in prima gloss. in fin. tertia quæstio. 6. Bald. in l. cùm Papinianus, colum. tertia, C. de sentent. ex quibus facilè libellum componere disces. Verùm hac in re silentia non 33 inuoluam, quod * proponens sententiæ nullitatem ex vna caussa, poterit etiam aliam omnem nullitatis caussam prosequi, ne sententia confirmetur, & vt per Abb. consi. 97. libro primo, & Alexand. consi. 147. libro 6. Attamen si libellus nullitatis, ipsæque caussæ prosequutio generalis fuisset, & sententia demũ generalis subsequuta, obstaret in hoc themate volenti nullitatem non specificatam in iudicio deducere, vt Fran. docet in c. dilecto, in q. 14. de appell. Grauatius.

o 34 Illam reformando.) Iudex * nullitatis sententiam super principali negocio, ac si ad eum remedio appellationis caussa deuoluta fuisset, corrigere atq; reformare potest. Barthol. in l. prima, colum. vltim. C. quando pron. non est necess. & in l. si expressim, colum. pen. ff. de appell. Alexand. consil. 164. libro 6. & Felin. in cap. inter monasterium, colum. 11. 35 versi. limit: sexto, de re iudica. Qui * quidem iudex non solùm super nullitate, quinimo etiam super iustitia, vel iniu-

stitia

stitia sententiæ pronunciare potest, Aegid. conclus. 295. in caussa, & Doctores citatis in locis, cùm ad duo appellationis iudex teneatur, factum scilicet à primo iudice corrigere, necnon & illud agere, quod primus facere debuerat, vt idem Aegid. ait, conclu. 523. conclusio. & decis. 481. Et cùm nullam iudex sententiam declarat, in expensis aduersarium condemnare potest, ac etiam in eadem sententia illum, qui in nullitatis articulo obtinuit, condemnare in negocio principali iuxta prioris sententiæ tenorem, quæ nulla declarata fuit, veluti Aegid. in dictis conclus. quod quidem aliàs per auctoritates Van; comprobat præcitato loco, numero 112. Sed precium operæ est, videre, quomodo iudex appellationis suam interponit sententiam. Et breuibus dicendum erit, quòd si iudex priorem sententiam confirmare velit, pronunciando hoc modo satis esset. Benè iudicatum, & malè appellatum. Si verò illam infirmare velit, tunc si condemnatoria fuerit, sufficit dicere, Pronunciamus malè iudicatum, & benè appellatum. Sin autem absolutoria fuerit, non satis est dicere, Proferimus malè iudicatum, & benè appellatum, sed addere oportet, & dictum Meuium, (vt puta) conuentum condemnamus, &c. adeò, quod hac facti specie vlterius procedere, necesse est, ita pulchrè Bar. adnotat in l. eos, C. de appel. qui communem etiam opinionem esse affirmat, quod sufficit pronunciare benè appellatum, si præcesserit absolutoria, vt reus intelligatur condemnatus, quod quidem ante eum Accursio visum fuit in l. præses, C. de sent. & interloqu. Quorũ consectatores sunt Abb. & Felin. (quicquid Ant. Butr. è regione dixerit,) in cap. Cùm caussam, columna secunda, de re iudic. vbi tamen hanc communem opinionem duobus modis temperandam esse, docent, tu eos legito. Qua de re videndus est etiam Lanfr. in cap. quoniam contra, in verbo Interloquutiones & appellationes, numero 90. de probat. qui præterea admonet post Accurs. in dict. l. eos, in princip. quòd si prior iudex ex probationibus coram eo factis, æquam pro-

Com. opi.

tulerit sententiam, si postmodum in caussa appellationis nouæ probationes factæ fuerint, ex quibus prior sententia infirmanda est, quòd hoc themate iudex appellationis pronunciare debet malè iudicatum ex nouis probationibus, & sic honori iudicis, à quo consultum videri possit. Nic. An. Gra.

De secunda, ac tertia sententijs, earumq; prolatione, ac fructuum & expensarum condemnatione.

CAP. II.

SVMMARIVM.

1 Acta omnia ad iudicem ad quem transportanda sunt, vt super appellatione iudicium suum proferre queat, & quis ea mittere teneatur.

2 Appellatio est, quæ iurisdictionis exercitium iudici ad quem tribuit, ideoq; de ea prius constare debet, fallit tamen, vt num. 4. & vide num. 12.

3 Iudex appellationis pronunciat se iudicem competentem.

5 Iudex appellationis confirmat, vel infirmat sententiam his verbis, benè, vel malè iudicatum.

6 Expensarum condemnatio fit in caussa appellationis, etiam ab interloquutoria, & nu. 24.

7 Iudex an teneatur condemnare victum in expensis, quæ in libello petitæ non fuerint, & nu. 17.

8 Expensarum condēnatione omissa in diffinitiua, non potest amplius de expensis tractari, fallit tamen in duobus casibus, & num. seq.

9 Iudex suam sententiam potest eadem die supplere, vt puta super expensis.

10 Caussa iusta excusat ab expensarū cōdemnatione, & quid in sacro palatio obseruetur, & n. 22.

11 Expen-

11 Expensarum in condemnatione, quæ veniant, & quid hac in re Palatium obseruet.
13 Beneficium, quempiam acceptasse, probare non sufficit, nisi infra mensem acceptasse probetur.
14 Iurisdictio expressè siue tacitè prorogata iudicium reddit validum.
15 Prorogatio iurisdictionis vt valeat, necessariò requiritur, quòd iudex sit illius capax.
16 Iudex appellationis cùm iudicis appellati sententiam reuocat, causas exprimere tenetur.
18 Expensarum condemnatio nedum in diffinitiua, sed in interloquutoria fieri debet.
19 Expensarum condemnatio fit in causis criminalibus.
20 Expensarum à condemnatione excusatur, qui habuit iustam litigandi causam.
21 Iudex, quando ex iusta causa victum ab expensis absoluit, debet illam in sententia declarare.
22 Causæ iustæ litigandi quæ sint, vt ab expensis quis excusetur.
23 Iudex post sententiam de expensis cognoscere nō potest, quamuis earum condemnatio reseruata fuerit.
25 Expensæ quæ sint, quæ in lite resarciri debeant.
26 Expensæ ratione contumaciæ, quæ veniant.

VBi de appositione & iustitia primæ sententiæ, eiusque validitate satis disputatum sit, ad sequiores sententias procedi solet, datis tamen in vnaquaque instantia dilationibus, seu seruatis substantialibus terminis, ex natura causæ, ac ordine instantiæ dari, atque ser-

uari solitis, de quibus suprà titulo de terminorum obseruatione ad saturitatem diximus non repeto, & quia hæ sequiores sententiæ debent priorem confirmare, vel infirmare, nec iudex ad quem potest pro confirmatione, vel infirmatione sententiæ deliberare, nisi ipsam sententiã, & acta prioris instantiæ videat, lex iubet, vt iudex à quo infra 30. dies à die, à qua appellatum fuerit non solum appellantem dimittat, & literas dimissorias (quas apostolos vocamus) appel
1 lanti concedat, sed * etiam omnia acta coram ipso gesta, vt gestorum meritis bene consideratis possit Iudex ad quem pro singulorũ fortuna sequiorem sententiam proferre, l. eos, §. superijs, in finalibus verbis, l. iudicibus, & l. præcipimus,
2 §. in his autem, C. de appellatio. more introductum est, vt is litigatorum, qui emissam appellationem prosequi intendit, sit ipse appellans, vel appellatus pro transportatione actorum prioris instantiæ ad iudicem ad quem inter, & licet lex præscriptam dilationem iudici à quo præfigat, & non notario, sed iudici hanc actorũ transportationem præcipiat, non solemus aliàs, prout lege dictante possemus, iudicem ad transportationem actorum compellere, sed eius duntaxat notarium, qui fuit in caussa actuarius, idque vt cum iudicibus vrbanius agamus, ac etiam, quia iudices satis videntur, quò ad se acta concedere, vbi appellationi deferunt, & sic res videtur cum notario duntaxat agenda, contra quem solemus, vbi pro actorum transportatione instamus, monitorium à iudice ad quem obtinere, quo sub excommunicationibus, ac etiam pecuniarijs pœnis monetur, vt vniuersa acta apud se gesta

gesta ad iudicem aliquem, ac eius notarium in causſa deputatum infra tres dies transportasse debeat, & nisi monitorio huiusmodi paruerit iudex ad quem, nobis instantibus seruatis solitis terminis ad videndum se excommunicari, quia non paruit monitorio, & successiuè ad videndũ se declarari, ad declaratoriam censurarũ, & pœnarum in monitorio contentarum sententiam procedit, & excommunicatus denunciatur, & vbi in excommunicatione indurato adhuc corde perseueraret prævia aggrauatoria, & reaggrauatoria, ac alijs solitis terminis, ad brachium seculare deuenitur, quo manu militari acta, si reperiantur transportationi disposita, sin autem eius persona, donec monitorio paruisset retinẽda caperentur, rarò tamen notarij hanc brachij sæcularis inuocationem expectant, etsi quas, vel exceptiones, vel excusationes suæ cessationis habeãt, solent illas allegare, & controuersias, si quæ sint in hac specie, quæ artem ipsam notariatus cõcernant, generalis notariorum mensarius dirimit.

Dixi autem eum, qui pro expeditione instaret solere pro transportatione actorum instare, siue fuerit appellans, siue appellatus, & iudicem ad quem non posse causſam expedire, nisi acta prioris instantiæ coram ipso producantur, quia si iurisdictionem respicimus, & *b* nisi * sibi b
prius constet de appellatione, quæ regulariter 2
est, & esse debet de actis iudicis à quo, non habet iudex ad quem iurisdictionis exercitium, & causſa non censetur ad ipsum deuoluta, cap. Romana, §. si verò de appellatio. in 6. Francus in capit. cùm in Ecclesia vlti. notab. vbi etiam Dec. in princip. de appell. Rota decisio. 199. in antiquis,

nota,

nota, quòd vbi in cauſſa prophana, in finalibus verbis de appell. & deciſ. 11. Innocen. Fuit obtatum in principio, eodem tit. idque non ſolum ad effectũ cognoſcendi de iuſtitia vel iniuſtia cauſſæ, & ſic de meritis ipſius appellationis, ſed nec etiam ad effectum procedendi in cauſſa nullitatis cum appellatione cumulata, cap. exhibita, verbo conſtiterit de iud. vbi Abb. Io. de Gradibus in addit. ad Decium in dicto cap. cum in eccleſiam, in verbo non probetur ſub littera, prout nec in cauſſa attentatorum. Rota deciſion. 190. in no. quoad reuocationem de attentatis, & de appella. Eſtque hoc intantum verum, vt adiſtos effectus non diceretur ſatis de appellatione conſtare, ſi pars appellata obtinuiſſet cauſſam appellationis aduerſarij committi, vel aliàs emiſſam appellationem fateretur. Rota dict. deciſ. 190. Aegid. concluſ. 684. quanquam de appel. verſicu. ſed non placuit alijs, & ratio eſt, quia is, qui fatetur appellatum fuiſſe, non fatetur alias qualitates in appellatione neceſſarias etiá quoad effectum deuolutiuum, vtpotè, quòd infra decem dies fuerit interpoſita, Aegid. dict. concluſ. 684. quandoquidem habet appellans, docereno ſolùm appellaſſe, ſed etiam infra decem dies, vel aliàs legitima tempora appellaſſe, eſtq; hæc temporis qualitas eſſentialis ipſius appellationis etiam quoad effectum deuolutiuum. Aegid. ibidem Franc. vbi ſuprà, Decius ibidem in principio, quamobrem traditum eſt, eum tenere non ſolùm appellationem, ſed etiam iſtam ſententiam, à qua appellatum eſſet, procedere: ex cuius die licebit dignoſcere, an appellatio fuerit infra decem dies interpoſita. Io. And. in d. c. Romana,

§. ſi

§. si verò in 6 quem refert & sequitur Fran. in dicto c. cum in ecclesia vlti. no. quæ tamen intelligas vera esse, appellato postmodum contradicente, & allegante confessionem suam esse de appellatione in genere, non autem de qualitate tẽporis ad eam necessaria, quia ipso non contradicente, iudex non debet de hoc, neque dubitare, neque discutere, Aegid. conclu. 505. conclu. quòd si ambæ partes de re iudicata.

Rursus limitabis prædicta de necessitate productionis appellationis procedere, nisi c iudicis iurisdictio prorogata fuisset, vel iudex * pronũciasset se iudicem competentem, neque ab ea interloquutione fuisset appellatum, firmaretur enim eius iurisdictio, & licet de appellatione nõ constaret, immò si nunquam fuisset appellatum, valeret eius processus. Franc. in dict. cap. Romana, §. si verò in fin. Aegi. conclu. 84. exequutoria, versic. responde de rescriptis, prout alibi etiam vidisti partium consensu causam deuolui, quæ aliàs non erat deuoluta. Rota decis. 539. in antiq. A grauamine de appell. 242. in antiq. nota, quod causa prophana, eod. tit.

Idem * dixero, si pars appellata esset, quæ pro expeditione instaret, & pro ea pronunciandum esset, quia isto casu licet appellans non produxisset appellationem suam, cùm tamen quoad ipsum, & eius præiudicium, firma sit iudicis iurisdictio, posset iudex suæ appellationis ad confirmationem sententiæ contra ipsum latæ procedere pronunciando bene iudicatum, & malè appellatum, quatenus appellatum. Bal. in l. 2. C. vt lite penden. veluti etiam posset pronunciare in fauorem appellantis contra sentẽtiam, etiam si non

si non fuisset producta. Franc. in cap. ex tenore, colum. 12. versicu. 3. quæritur de appellatio. licet secundum ipsum non possit isto casu in fauorem appellantis, & in odium appellati non prodecentis sententiam procedi ad infirmatoriam sententiæ non productæ, sed tantùm ad imponendum silentij ipsi appellanti, & erit potius punitiua, & contumacialis, quàm diffinitiua sententia. Francus ibidem, quia cùm non constet de sententia, & de eius continentia, non potest apparere iudici appellationis de eisdem sententia iustitia, vel iniustitia, si ergo illam infirmaret, vtique iniquè faceret, cùm illa iusta esse potuisset, & per consequens ad huiusmodi infirmatoriam procedere non potest, nisi fortè aliam viam tentares, qua ego simili casu partes appellantis sustinens, vti consueui ad habendam diffinitiuam impetrando similiter commissionem, in qua narrato, quòd appellatus non prætensam sententiá, neque eius processum producere, & appellans non valet commodè habere, signatura solet rescribere, quòd prefixo termino ipsi appellato ad docendum de prætensis sententia, atque processu, & ad illa transportanda, quo elapso & non docto, neque transportato, iudex, cui prius causa negocij vnacum appellatione fuerat commissa procedat in negotio, prout in prima instantia, & signatura solet isto casu rescribere non aliàs præcisè, sed iudicis arbitrio, & per istam viam non solùm excludimus sententiam appellati, vt in superiore casu, sed amplius reportamus definitiuam in negocio principali.

Generaliter non transportatis actis à priore iudice, dum pro secunda, vel tertia sententia in-

stamus

ſtamus in vnaquaque inſtantia ſuos iuxta naturam cauſſæ, & ordinem inſtantiæ obſeruamus terminos, de quibus ſuprà, vbi de terminorum ſubſtantialium obſeruatione fuſius diximus, non repeto amplius, non probata probamus, & non allegata allegamus, idque iura, & ſcripturas exhibendo, teſtes inducendo, & vbi opus ſit literas compulſoriales, gratiales, vel ſpeciales necnon remiſſorias pro exigentia cauſſæ obtinemus, & alia facimus, quæ nobis ad victoriam conferre videntur, de quibus omnibus ſuprà ſuis titulis tractauimus, & vbi cauſſa fuerit proferenda vlteriori ſententia inſtructa, continentia ſententiæ eſſe ſolet, vt priorem ſententiam confirmet, vel infirmet *d* his verbis. Benè appellatum, & malè iudicatum, dictamque ſententiam, & eius proceſſum per viam iniquitatis infirmandos eſſe, ſi infirmatoria futura eſſet ſententia, ſin autem confirmatoria, dicere ſolemus malè appellatum, & benè iudicatum, dictamque ſententiam confirmandam fore, & eſſe, prout confirmamus, & quia fructus lite pendente non debentur victori iure actionis, lex pro illis iudicis officium indulget, quo ſolent iudices Roman. Cur. in iſtis ſuccedaneis ſententijs condemnare victum in fructibus, in vnaquaque à die præcedentis latæ ſententiæ, vtpote in ſecunda à die latæ primæ, & in tertia à die latæ ſecundæ ſententiarum, eadem * quoque ratione, ex quo expenſæ iudiciales poſt litem conteſtatam non debentur iure actionis, neque via actionis exigendæ veniunt, lex ſimili modo iudicis officium victori indulſit pro iſtis expenſis, l. ædiles, §. ſciendum, ff. de edilit. edict. & not. per Innocen-

d

6

nocentium in cap. fin. de dolo & contum. & in c.
sæpè, de appellat. per Specul. titu. de expensis, §.
nunc de expensis, versic. hoc quoque notandum,
Rota decis. 353. in not. si Auditor de appel. et li-
e cet * in libello non peterentur, ex quo iudicis
7 officio debentur, poterit iudex vltra contentam
petitione victoris ex officio suo victum in ex-
pensis condemnare, & nisi fecerit, non defuerũt,
qui voluere iudicem facere litem suam, & tene-
ri de suo refundere, gloss. in l. omnem honorem,
cap. quando prouoc. non est necesse, idque ea, (vt
f opinor) ratione, f quia * si omissa expensarum
8 condemnatione sentẽtia proferatur diffinitiua,
lex prohibet amplius de expensis tractari, l. ter-
minato, C. de fructib. & expensis litium, quam
sententiam glo. in d. l. omnem honorem indiscre-
tè non admitto, sed duntaxat concedo, quòd iu-
dex possit ex officio in expensis non petitis victũ
condemnare si velit, quod si prætermiserit, opi-
nor, eum non facere litem suam, neque de suo
teneri, vbi non fuerint petitæ, gloss. est singularis
in c. fin. de rescriptis, quam sequuntur ibi Doct.
& Barth. in l. 4. §. hoc autem iudicium, ff. de dam-
no infecto, Franc. in cap. sæpè, col. penul. vers. 16.
quæro de appell.

Et quamuis suprà dixerim, lata diffinitiua sen-
tentia iudicem non posse amplius de expensis
cognoscere, neque iudicare, l. terminato, C. de
fructibus & litium expensis, hoc tamen perpe-
tuum non est. g Finge, * quod iudex post latam
g diffinitiuam, eadem tamen die vellet sententiã
9 super expensis supplere, & posset veluti eadem
die omnes alias accessiones ipsius sententiæ ex-
pedire, l. Paulus, ff. de re iudi. c. cum appellatio-
nibus,

nibus,de appell.in 6.ibi. eadem die expensarum condemnationem faciens. *h* rursus finge iudicē in ipsa prolatione definitiuæ sententiæ reseruasse sibi hanc expensarum cognitionem & decisionem,& beneficio istius reseruationis posset etiam post latam sententiam de expensis cognoscere,& iudicare,tex.in d.l.terminato,vbi etiam Bar.& alij.finge *i* denique,quòd iudex non aliàs diffinitiuè negotium terminasset, sed super aliquo duntaxat incidenti pronunciasset,& isto casu posset iudex post latam huiusmodi sententiā quandocunque vsque ad finem causæ in expensis condemnare,Inno.in c.sæpè de appel.& ratio est in promptu,quia licet iudex super aliquo incidenti pronunciauerit, remanet adhuc iudex, & durat eius officium vsque ad diffinitiuam, imò etiam post diffinitiuam per totum illum diē d.l.Paulus sequitur Bart. in d.l.terminato, Abb. d.c.sæpè,vbi etiam Fran.col.14.& seq.de appell. versi.8.quæritur,quæ & si vera sint,vbi iudex nō diffinitiuam,sed interloquutoriam profert sententiam,nihilominus *k* soleamus in Rom. Cu.in formula sententiæ interloquutoriæ ex abundanti expensarum condemnationem vsque ad finem litis reseruare,quæ reseruatio secundum prædicta,est potius abundans,quàm necessaria.

h i k

Generaliter verò lex iubet eum,qui temerè litigasset,in expensis condemnari,l. eum quem, ff. de iudic.l.properandum,§.fin autem,C.eo. quāobrem cùm lex de eo,qui temerè litigasset, duntaxat loquatur, excusaret, *l* ab hac expensarum condemnatione (quæ pęna est temeritatis ipsius litigatoris) vbicunque victus iustam habuisset litigandi causam,l. qui solidum,§. etiam, ff.de

10 l

l.2.& c.1.in fi.de elect.in 6.& vtrobique notatur Rarò tamen consueuit Rom. Cur. & præsertim sacrum palatium hãc excusationem admittere, nec reperio alio casu fuisse admissam, nisi pro eo, qui modò succumbens, prius in eius fauorẽ aliam sententiam reportasset, si modò ex nouo ter deductis reuocaretur, *m* secus verò si ex eidem Rot.decis.251.in no. Licet sententia, de sententia,& re iudi.contra Specu.in loco ibi allegg. qui volebat quamlibet sententiam ab expensarũ condemnatione excusare, & extra præscriptum casum consueuit Ro.Cur.præsertim sacrum palatium ferè semper victum victori in expensis condemnare, Cassa.decis.13.de rescrip.qua in re, & si videatur Rom.Cur. durè cum litigatoribus agere, hanc nihilominus duritiem in alio litigatoribus rependit, quia * & si lex iubeat victum, non solùm in expensis iudicialibus d.l.properandum,§. autem, C. de iudi.sed etiam in viaticis & alijs condemnari, dict.l.eum quem,ff.de iudi. mitigatur tamen iste rigor in Ro.Cur.in qua etiã propter frequentiores forensium ex vniuersi orbis regionibus causas, grauissimæ fiant viaticorum impensæ, nihilominus non consueuerunt iudices Rom.Cu.de similibus viaticis, neque de expensis victus aliquam in ipsa expensarum taxatione rationem habere, sed de iudicialibus tantùm,& de his,quæ ex actis liquent, vtpote de expensis regesti, examinis testium, notulæ sententiæ, & similium, quas vulgò expensas minas vocant, supra quarum summam solẽt iudices paulò plus pro aduocato, procuratore, sollicitatore quoque concedere, prout inferius suo de expensarum taxatione loco docemus.

m

n

ANNO

ANNOTATIONES.

More introductum.) *Huc accedant, quæ suprà hoc eodem lib. c. præcedenti in prin. diximus.* a

Et nisi sibi prius.) *Iure quidem hoc fieri debet cum * appellatio iurisdictionis iudicis ad quem fundamentum sit, ideoque prius de ea sibi constare oportet, c. Romana, vbi glo. in ver. præsumat, & cap. non solùm, §. illa verò de appell. in 6. Rot. decis. 391. nota, quòd auditor in antiq. & decis. 11. Fuit dubitatum in prin. in no. & Aegid. conclu. 21. & 18. & 100. & saltem ipsa de appellatione, vt negocium deuolueretur per confessionem appellati constare debet, vt puta, si appellationis causam committi petijsset, idem Aegid. conclusi. 683. quanquam. Cæterùm in causa reuocationis attentatorum hoc non procedit, vt sola sufficiat confessio, quia tunc magis concludenter probanda est. Rot. decis. 190. quoad, in no. Quinimò hac facti specie, nec de ipsa appellatione prius constare satis esset, nisi etiam infra decem dies appellatum fuisse, probetur. vt apertissimè volunt Ioan. Andr. in d. c. Romana, & Spec. tit. de app. §. de off. ver. pen. & Rot. dec. 94. nota, quòd vbi in antiq. & eò loci ex hoc dicit, quòd * non sufficit probare, quempiam beneficium acceptasse, nisi infra mensem acceptasse probetur. Qua de re legitur in clem 1. de concessio. præbendarum, & iterum hoc proditum est in decis. 125. Sufficit appellanti in no. & per Compost. qui dicit sic obtinuisse in c. cùm dilecti, vbi Butr. in fin. & per Felin. in cap. quod ad consultationem, colum. antepen. ver. secunda conclusio de re iudicata. Nico. Anto. Grauat.* b 12 13

Nisi iud.) *Iudicis * tam ordinarij, quàm delegati iurisdictio expressè, siue tacitè prorogata, quantæ ad Validandum iudicium sit efficaciæ, vt Iurisconsulti sententia habetur, in l. 2. §. sed si iudex, vbi Barto. & alij hanc materiam accuratè pertractant, Innoc. & Felin. in cap. de causis, de offic. deleg. Rota decis. 280. si iudex, in no. Guid. Pap. decis. 285.* c 14

Afflict. decis. 117. numero 4. & decis. 227. Capic. decis. 3. & iterum Felin. in cap. 1. numero 10. de iudic. vbi post mult.

Com. opi. *communem opinionem esse testatur, quòd ex aliqua alia causa litis contestationem tacita prorogatio inducitur. Certum si prorogationis materiam tam de tempore ad tempus, quàm de re ad rem, quàm de persona ad personam sive capax, & citatos locos conuolabis. Verùm hoc vnum non omittam,*

15 *quòd* * *in causis, in quibus de proroganda iurisdictione agitur, necessariò requiritur, vt illius iudex sit capax, alioquin sententia non eueniet, vt per Innocen. in cap. postulasti de re iudica. Docto. in c. vltim. de iudic. & Afflict. qui satis elegantèr explicat decis. 354. num. 14. cum seqq. Nicolaum Anton. Grauat.*

d His verbis.) *Adde libellorum architectum illum Io. Petr. Ferr. in forma sent. in causa appell. Bar. & reliquos*

16 *l. eos, C. de appell. Verùm* * *iudex appellationis, cùm iudex appellati sententiam impugnat, siue reuocat, causas exprimere tenetur, quare priorem sententiam iniquam fuisse arbitretur, vt not. in cap sicut nobis, de re iudicat. & tradit idem Ioan. Petr. in forma libell. appell. propè fi. in verò benè appellatum, secus verò si illam confirmares, nam tunc minimè causam exprimere necesse est. Nicolaus Antonius Grauatius.*

e Ex licet.) *Super hac re controuersantur Docto. Numquid*

17 * *iudex victum in expensis non petitis condemnare teneatur, multis enim visum fuit, non teneri: verùm si voluerit illum ex officio condemnare, vtique posset, vt tradunt Cyn. Bart. Ang. & plerique alij in l. properandum, §. siue autem alterutra, C. de iudic. Paris. à Put. in tract. synd. in verb. expensæ, §. potestas, numero 4. & Felin. in cap. significauerunt de excep. Sed id nonnulli in expensis ante litem contestatam factis intelligunt, secus verò post, in quibus etiam si ille petitæ non fuerint, iudex tamen in eis victum condemnare obstringitur, inter quos est Salicet. in d. l. properandum, § siue*

autem

autem alterutra, & Ang. secum pugnans in l. Paulus 1. de re iudicata, quorum opinioni vbi se Imola subscribit. Attamen prior opinio, quòd non teneatur, nisi ipse condemnare voluerit, communi calculo à Doctoribus recipitur, vt Iason in dicta l. properandum, §. siue autem alterutra, numero 31. qui in practica ita etiam seruari testatur. At Ant. Trem. in addit. ad Praxim Bonacc. tit. de recus. numero quarto, in versic. ratificare, posteriorem opinionem communem esse affirmat, idcirco ad euitandas opiniones vtile erit semper in libello de expensis protestari, illasque petere, nam hoc casu iudex victum victori necessariò ad expensas (quando tamen iure debentur) condemnare tenetur, aliter æs ære suo resarcire obstringitur, vt Doctores omnes præcitatis locis in hoc conueniunt. Quas quidem expensas tacitè etiam petere sufficit, vtpote si sententiam pro se ferri postulet, vt communiter in libellis fieri solet, nam intelligitur omnibus cum accessorijs, vt perbellè Bald. scriptum reliquit in dicta l. properandum, §. siue autem alterutra, cui Paul. Castren. Alexand. & Ias. ibi, numero 32. consentiunt, & memoriæ commendandum esse admonent. Et * expensarum condemnatio nedum in diffinitiua sententia. sed etiam in interloquutoria facienda est, per Ias. post cæteros eò loci numero 19. qui hanc opinionem communem esse ait, & tam in principali causa, quàm appellationis. Paul. Castrens. in l. destitisse, ff. de iudic. & latius per Gram. decisio. 83. Quæ * expensæ etiam criminalibus in causis vendicant sibi locum, vt succumbens illas resarcire teneatur. Ias. sæpè citato loco, numero 21. Gram. decisi. 39. & est communis opinio teste Franc. Mar. decis. Delphi. 276. Prædicta intelligas, nisi * victus iustam litigandi causam habuisset, ea enim à dictis expensis excusationem præstat, vt Ias. ibi, numero tertio, Mil. in reper. in ver. expensæ, & tradit Hieron. Cagno. in l. in alterius, numero 25. ff. de reg. iur. vbi hanc opinionem communibus suffragijs receptam esse prodidit, veluti si doctissimus vir alicui litigare consuluerit,

Com. opi.

18

Com. opi.

19

Com. opi.

20

Com. opi.

luerit, nam excusaretur ab expensis, si in caussa succubuerit,
Com.opi. & licet ab hac opinione nonnulli dissentiant, attamen com-
muni calculo à Doctoribus recipitur, teste Curt. consi. 9. nu-
mero 14. intelligas tamen vt per Ias. allegat. loco citato nu-
mero 8. Cæterùm quod diximus, iustam scilicet litigandi
caussam ab expensis victum excusare, pluribus modis limi-
ta, veluti per Ias. vbi suprà numero 3. vsque ad 11. Sed ad-
21 uertendum esse admonet ibi numero 10. quòd* quando iu-
dex iusta ex caussa victum ab expensis absoluit, vt illam in
sententia exprimat, cùm declarare teneatur, vide eum mul-
22 tas adducentem auctoritates. Et quando* litigatorem ha-
buisse iustam caussam litigandi dici possit, vide Lanfranc. in
cap. quoniam in ver. expensa, numero 5. cum sequen. de pro-
bat. vbi latius pertractat, ponendo quinque casus, & latissi-
mè Rebuff. in commen. in const. Galliæ in tract. de expens. in
prin. numer. 30. lib. 3. Bern. Diaz. in suis regu. in ver. expen-
sarum. regu. 274. & Guid. Pap. decis. 436. num. 65. Nicol.
Anto. Grauatius.

f Quia omissa.) Adde Afflict. decis. 42. nu. 2. intellige
tamen, vt in subsequenti add. rursus dicemus.

g Finge quod.) Vide Abb. in c. sæpè in fin. de appell. ibi-
que etiam Franc. col. 14. versi. 8. quæritur, & quæ suprà di-
ximus lib. 3. cap. 10. sub litera E.

h Rursus.) Iudicem* non posse post sententiam vlterius
23 de expensis cognoscere, quamuis earum condemnatio reser-
uata fuerit, pro comperto habetur, per l. terminato hic alleg.
vbi Bald. colum. penult. ver. quæro, & in authen. generali-
ter, numero 11. C. de episc. & cler. & tradit Ias. in l. prope-
randum, §. siue autem alterutra, numero 27. C. de iudic. Fal-
lit tamen vbi statutum vigeret (prout in Regno Neap.) quòd
victus victori ad expensas condemnetur, nam tunc expensæ
peti possunt, & de eis iudex cognoscet, etiam si illarum con-
demnatio omissa fuerit, nedum reseruata, & ab ea minimè
quoque prouocatum, ita pulchrè Barto. in l. tertia, §. rem, ff.
de leg.

de leg. 3. & in l. non solùm, ff. de rei vend. Alexand. in l. Paulus, numero 8. ff. de re iudic. & Afflict. in constitu. reg. Neap. duorum, numero 2. & hæc est communis opinio, quicquid Mathæfil. è regione dixerit sing. 80. teste Prosp. Carau. in comment. super ritibus magnæ Curiæ Vica. Reg. Neap. in ritu 297. num. 5. versicu. secundo casu, & sic d. l. terminato, recipit limitationem, locum non habere, vbi municipali lege (vt suprà diximus,) cauetur, expensas vincenti à victo resarciendas esse. Nico. Anto. Grauatius. Com. opi.

Finge denique.) *Huc accedant, quæ diximus libr. 3. cap. 10 sub lit. E.* i

Nihilominus.) *Adde Afflict. decis. 42. vbi decisum fuisse testatur, quòd * appellans ab interloquutoria debet in expensis condemnari, si benè appellatum & malè iudicatum fuisse pronuncietur, nec debent de iure dictæ expensæ in fine causæ reseruari. Grauatius.* k 24

Excusaret.) *Huc spectant, quæ suprà diximus sub lit. E.* l

Secus verò.) *Adde Butr. & Abb. in c. finem litibus, de dol. & contu. Ang. in l. negociorum pen. col. de app. Ias. in l. properandum, §. siue autem alterutra. num. 24. C. de iudic. & Afflict. decis. 42. Grauat.* m

Sed etiam in viaticis.) *Si expensas, * quæ in lite reficiendæ sunt, scire cupis, magistram glo. consulas in dict. cap. finem litibus, vbi expensas necessarias, vtiles, & moderatas resarciendas tantum esse censet. Et quoniam horum triũ super verborum declaratione longa commentaria interpretes egerunt: si tibi satisfactum velis, eos legere non te pigeat. Cæterùm illud hac in materia non prætermittam, quòd in expensarum condemnatione, damna in rebus illata non veniunt, sed quæ duntaxat personæ illata fuêre, exempli gratia, Si artifex diu litigauerit, vt traditum est à Specul. & Ioan. Andr. in addit. ad eum, titul. de expens. §. vltim. versicu. quid si victor artifex. Butr. dicto cap. finem litibus, & Ias. in l. properandum, §. sin autem alterutra. numero 13.* n 25

de iudic. vbi etiam ad præsens institutum multas quæstio. decidit, & nu. 15. quando reus partim obtinuit, partim verò succubuit, quonam pacto expensarum condemnatio facienda erit. Sed quoniam expensæ aliquando ratione contumaciæ aliquando victoriæ debentur, & nonnulla in his casibus sint discrimina quomodo refici debeant, & quæ nam veniant expensæ, idcirco Bart. & Ias. declarantes legas in l. sancimus, nume. 8. C. de iudic. Rebuf. in tract. de expens. in commen. consti. Gall. art. 5. nu. 55. & iterum art. 8. nu. 14. cum seq. lib. 3. Lanfr. in capit. quoniam contra, in verb. expensæ, nume. 24. de probat & Prosp. Carau. in commen. ritus mag. Cur. vic. Neapo. 298. numero 9. cum sequen. vbi post. Ias. & Rebuff. citatis in locis septem enumerat differentias, ibique
26 inter cæteras, quòd * in expensis, ratione contumaciæ debitis, nedum, quæ in iudicio circa aduocatos, procuratores, & notarios erogatæ fuerint, debentur, sed quæ in itinere, necnon & damna in persona, rebusque etiam illata, secundum Accurs. & Bartol. in l. prima, ff. de iudic. mut. caussa fac. & in dicta l. sancimus, vbi Ias. numero 8. secus verò in expensis ob caussæ victoriam debitis, cumque in illis, damna rebus illata non includuntur. Extat & alia differentia, quia in expensis ratione contumaciæ non computãtur illæ, quas domi facturus fuisset, sed in expensis victoriæ caussa vtique sic. Ias. in l. 1. §. vlti. nume. 25. ff. si quis ius dic. non obtemp. vbi latius etiam hanc explicat. Cæteras autem differentias citatis in locis, (si lubet) legere poteris, quas breuitatis caussa consultò omittimus.

De restitutione in integrum.

CAP. III.

SVMMARIVM.

1 Restitutio in integrum peti potest, vbi appellatio denegatur.

2 Re-

2 Remedium extraordinarium cessat, donec ordinarium habet locum.

3 Restitutio in integrum officio iudicis petitur.

4 Restitutio in integrum multis de causis petitur, & concedi solet, & quæ sint.

5 Præscriptiones temporales an currant contra minorem

6 Restitutionis in materia plura inter minorem et maiorem sunt discrimina.

7 Minor respub. vel ecclesia quando lesionem probare teneantur, & quando non.

8 Restitutio aduersus tres sentẽtias an cõcedenda.

9 Restitutionis impetrandæ forma.

10 Clausula, parito iudicato, quid referat.

11 Contumax fictus an egeat beneficio restitutionis in integrum in caussa appellationis.

12 Pauper restituitur aduersus sententiam.

13 Restituito in prophanis an detur.

14 Restitutionis petendæ tempora, quæ & quanta sint.

15 Restitutio in integrum an exequutionem differat.

16 Intellectus ad cap suscitata de rest. in integ.

17 Carceratio infert ignominiam.

18 Restitutio ad appellãdum vbi concederetur, debet restitutus infrà decem dies à die concessæ restitutionis appellare.

19 Restitutionis petendæ multiplex modus, & quomodo in ea procedatur.

20 Absens ex caussa Reipub. restituitur ad appellandum.

21 *Priuilegiatus contra priuilegiatum, an utatur suo priuilegio.*

22 *Restitutio in integrum competit nedum Reipub. & ciuitati, sed etiam villæ, siue pago.*

23 *Tempus quadriennij ad petendum restitutionem est vniforme, tam Ecclesiæ, quàm Reipub. & minoribus.*

24 *Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ post 40. annos, infra quadriennium tantùm competit Ecclesiæ, & non vltra.*

25 *Restitutio in integrum impedit exequutionem.*

NOnnunquam euenit, vt quis non valeat aliàs via appellationis ordinaria audiri, vel quia lapsa sint tempora ad appellandum, vel emissam appellationem prosequendum, vel quia bis appellatum, denique quia natura caussæ non appellabilis appellationē non admittat, & istis casibus lex * grauatis restitutionis remedium indulget, vbi appellatio denegaretur. Glo. l. vnica, C. si de momen. poss. appel. fuer. idque etiam, vbi appellatio ex natura caussæ non appellabilis prohiberetur. Veluti si sententia possessoris esset in terris, vbi ius ciuile seruaretur, hoc etiam hodie in terris Ecclesiæ vigore constitutionis Aegidianæ sub titul. qui co. appe. non valeat Bald. in d. l. vnica, col. 3. num. 15. ver. quæro nunquid Eccles.

Imò * non daret lex hoc restitutionis remedium, vtpotè extraordinarium, donec quis via appellationis, vel alia ordinaria audiri posset, regula enim iuris est, quamdiu superest ordinarium remedium, non est recurrendum ad extraordinarium, l. in caussæ, ff. de mino. cap. 2. de offic. iudi.

fic. iudic. Specul. titul. nostro, §. quis autem & quando possit in integr. restit. num. 27. versicul. Et scias, quod hoc beneficium, Rot. decis. 224. in no. si contra absentem de resti. in integ. & de appellatio.

Non * tamen concedit eam lex actionis nomine, sed rem omnem iudicis officio committit, quamobrem non petitur aliàs restitutio iuris actionis, sed iudicis officiũ ad hoc implorari debet, l. quòd si minor, §. fi. l. 1. §. illud, l. quòd si speciali, ff. de mino. Spec. titul. qualiter autem restitutio in integrum petatur in fi. Abb. in c. tũ ex literis col. 7. numero 19. versicu. quæro. Attingendo ibi vnde conclude eodem titul. & iuxta * casus exigentiam plurifariam peti & concedi solet restitutio, quandoque a enim ad omissam appellationem, & hæc dicitur restitutio ad appellandum, quandoque ad omissam prosequutionem iam propositæ appellationis, & hæc dicitur aduersus desertionem, seu lapsum fataliũ, & per istas restitutiones non retractantur aliàs sententiæ, neque processus, sed restituitur quis simpliciter ad facultatem appellãdi, vel appellationem prosequendi, quam ob lapsa tempora amiserat, nisi fortè antequam, vel interim donec quis restitutionem ad prosequendam appellationem, & aduersus fataliũ lapsus obtineret, lata esset aliqua sententia super desertione, quæ per istam restitutionem aduersus lapsum fatalium retractaretur, & resolueretur virtualiter, etiam absque eo, quod restitutio aduersus similem sententiam fuisset petita, cuius petitio contra consilium Innocen. in cap. coram, in fin. de restitu. in integ. non est necessaria, Rota decis. 11. in vlti-

3

4

a

in vltimis, an lata sententia, de restit. in integr. in fin. & rationem affert, quia similis sententia super desertione, non est iuris noui inductoria, sed prioris potius declaratoria.

Quandoque etiam restitutio peti, & concedi solet aduersus iudiciorum processus, ac etiam ipsam sententiam seu sententias, & per similem restitutionem solet retractari processus, vel sententiæ, aduersus quos seu quas concederetur restitutio, Specul. de restit. in integ. §. quis autem nu. 5. versi. Item super eodem non auditur ibi. vbi autem datur restitutio ad appellationem, nō cassantur acta prius habita, secus si detur contra sententiam, & inferius num. 35. versic. Illud quoque prætermittendum non est, prope finem, ibi, vbi autem fit restitutio, totus processus reuocatur, qua ratione dicitur quis isto casu implorare iudicis officium rescindens. Abb. in dicto cap. cū ex literis, col. 6. cum seq. num. 19. vers. quæro attingendo, &c.

5 Verùm * & si lex dixerit contra minorē temporales præscriptiones non currere, l. fin. C. in quibus cau. restitu. in integr. non est necesse, & idem videatur dicendum in æquiparatis, vtpote in rustico vel Ecclesia, quæ minorum exemplo per eorum administratores reguntur, non tamē procedit hæc legis indulgentia in temporalibus præscriptionibus iudicialibus, quæ contra omnes suos pariformiter habent cursus, licet eisdem beneficio restitutionis iure speciali succurratur, Bar. in l. 1. C. si sæpius in integ. restitutio fue. postul. Host. in c. fin. de resti. in integ. vbi etiam Abb. col. 1. num. 2. & 3. & notatur in c. auditis eo. titul.

Et quam-

Et quamuis quoad temporalium præscriptionum huiusmodi cursum non referat in hac restitutionis specie, an quis sit maior, vel minor, Respubli. vel Ecclesia, quo tamen ad alia, plura 6
sunt in materia restitutionis discrimina inter maiorem vel minorem & æquiparatos, quandoquidem si minor, Respub. vel Ecclesia restitutionem petant, sola læsio satis erit pro caussa concedendæ restitutionis, & sic res videtur potius pendere à iudicis officio, quàm à petentis instantia. Quod si à maiore peteretur hæc magis à iure communi pendet, vnde non sufficit probare læsionem, nisi iusta quoque excusationis causa, vtpote impedimenti, vel alia probetur, l. 1. ff. ex quibus cau. maio. Abbas in c. ex literis, colum. 3. nu. 2. versi. sed contradictum Innocen. ibi restitutio verò in integrum conceditur, quandoque minori siue Ecclesiæ, &c. de rest. in integ.

Imò * à minore Repub. vel Ecclesia, præscripta læsionis probatio tantùm desideratur, vbi 7
aduersus sententiam restitutionem peterent, secus verò vbi non aduersus sententiam. Sed eadem taxat, quæ sententiam præcedere solent, b
vtpote *b* ad omissas exceptiones & allegationes, in his enim restitueretur minor, non probata aliàs læsione, quia ex ipso temporis lapsu ac negligentia sufficiens læsio, in fauorẽ minoris resultat, Specu. tit. nostro, §. Quis autem, numero 25. versicu. quoque prætermittendum non est, quod tamen intelligas de exceptionib. peremptorijs, secus verò in declinatorijs, vel dilatorijs, quia in his vltra negligentiam læsionis probatio desiderari solet, Spec. ibidem per text. in cap. constitutus eodem titu. & læsio solet isto

casu

nis, an minorē releuaret nec ne, & præcedere ista cognitione eo ipso, quò minor non proposuit eam in termino, apparet læsio, Specul. ibidem.

Addo pro breuiori causarum expedition, non consueuit palatium restitutionem concedere propter solam subsistentiam iustæ executionis causæ, nisi etiam de iure suo doceret, Rota decis. 384. in no. fuit dubitatum, vtrum appellans de appellatio. Aegid. conclu. 38. Ecclesia eodem titu. ibi tunc enim dicendum, & si aduersus tres diffinitiuas sententias peteretur, non concederetur restitutio, nisi doceretur de iniustitia ipsarum, vel aliquarum ex eis, Innoc. in c. ex literis de resti. in integ. Rota decisio. 464. in antiqu. Nota, quòd aduersus tres sententias diffinitiuas de in integrum rest. imò non audiretur isto casu is, qui restitutionem peteret, nisi prius summariè doceret de aliqua noua causa, propter quam verisimiliter credatur, ipsum per huiusmodi sententias fuisse læsum, quem rigorem seruat palatium, non solùm vbi aduersus tres diffinitiuas, verùm etiam aduersus tres interlocutorias restitutio peteretur, Rota decis. 2. in no. Aduersus tres sententias eodem titu. & licet ista ex iuris dispositione & obseruantia sacri palatij à petente restitutionem exigantur, cùm tamen veniant omnia post restitutionem concessam iteratò discutiēda in decisione causæ principalis, nō desiderat palatium in isto restitutionis articulo de præmissis plenas, sed quales quales & summarias duntaxat probationes. Inno. & alij in dicto cap. ex literis eodem titu. Aegid. dicta conclus. 38. ibi, sed quia de hoc interesse plenius est postea discutiendum.

In hac

In hac* restitutionis specie consueuit Signatura variis modis rescribere, nam si in caussa beneficiali simpliciter peteretur. prætextu boni iuris, non autem alicuius excusationis & signatura consueuit, non aliàs restitutionis causlam committere, sed ipsam restitutionem concedere gratiosè, Staph. car. 163. 1. facie vers. si verò ibi ex gratia, non tamen simpliciter, sed cum magno temperamento, videlicet cum clausula, parito iudicato & constito de bono iure, Staph. ibidem & superius car. 162. 1. facie, versi. quando est lata vna sententia, ibi quę restitutio conceditur, sed cum magno moderamine, per quã clausulam constito de bono iure, non grauabitur pars plena probatione, Aegid. d. concluf. 38. Staph. d. car. 163. verficul. si verò narratur ibi, quo casu docendum est in aliquo licet non plenè de iustitia volentis se restitui, etiam, quo ad negocium principale, & allegat Aegid. vt suprà. 9

Alia * verò clausula, parito iudicato importabit, vt orator dimittat possessionem, restituat fructus, & soluat expensas, capit. final. de restitut spolia. Clemen. vt calumnijs de re iudica. vbi Docto. Staph. car. 162. verficu. quando est lata vna sententia in fin. Mitigatur tamen iste rigor. Finge, quòd lata esset vnica sententia, quę in rẽ transiuisset iudicatã, non tamen in contradictorio, sed per audientiã contradictarum, & isto casu, ex quo parte absente caussa non fuit plenè discussa, cuius merita non nisi partiũ assertione panditur, l. fi. C. si per vim vel alio modo, nõ cogeretur is, qui restitutionẽ peteret, possessionẽ dimittere, neq; fructus perceptos 10

ptos restituere, sed concederetur restitutio refectis duntaxat expensis, in quibus non comparendo aduersarium suum fatigauit, argum.c. exceptionem de exceptio. Staph.d.car.162.tergo versi. Sed hoc habet locum, idque si condemnatus fuisset à principio personaliter in executione citationis apprehensus,& sic verus contumax,nam * si fictus duntaxat, vtpote domi, vel per edictum citatus,ex quo verisimiliter potuit non habuisse citationis notitiam, non indigeret restitutionis extraordinario remedio, sed via ordinaria appellationis audiri posset simpliciter appellans à die habitæ notitiæ,& signatura in caussa similis appellationis commissionem daret,Rota decis. 364. in no. cũ iura de appellatio. Staph. ibidem in fin. verbis. II

Et prædicta de restitutione refectis duntaxat expensis procedunt,si per audientiam contradictarum lata esset vnica duntaxat sententia, non autem duæ vel plures,quia isto casu non admissa præscripta mitigatione seruaretur rigor,& non daretur restitutio,nisi cum clausula,parito iudicato, prout etiam in restitutione aduersus sententias in contradictorio iudicio latas, idq; propter nimiam cõtumaciam condemnari, qui tantùm in contumacia perseuerauit, vt plures ferrentur sententiæ,argum.tex.in l.Fulcinius,§. fin.ibi propter nimiam contumaciam,ff.ex quibus causs.maio.Staph.d.car.162. à tergo vers.sed per contradictas, qua ratione, idem proximis diebus respondi contra quendam,qui personaliter apprehensus vnicam duntaxat sententiam per Audientiam contradictarum contra se reportauerat,& post sententiam passus fuit ad literas

teras exequutoriales, ad censuras, & vsq; ad brachium sæculare procedi, & in contumacia perseuerans censuras & brachium sæculare huiusmodi per plures annos passus fuerat, imò ratione insurdescentiæ, à iure, si quod habebat, cecidisset, prout inferius suo dicemus loco.

Quòd si is, * qui restitutionem peteret, allegaret paupertatem, consueuit signatura à præscripto rigore clausulæ parito iudicato recedere, & mitius rescribere, videlicet cum clausula dimissa possessione tantùm, & reseruatis fructibus & expensis in fine litis constito de oratoris paupertate, & sic paupertas excusat à fructuum restitutione & expensarũ refectione, & sola relaxatione possessionis dabitur pauperi restitutio in integrũ, & signatura propter paupertatem non admittit excusationẽ à relaxatione possessionis, quia licet paupertas impediat facultatẽ restituendi fructus & expensas reficiendi, non tamen impedit, quin possessor possit possessionem relaxare. Aegid. concluſſio. 44. Allegatio de dolo & contum. &c. Staph. dict. car. 162. à tergo cum sequenti versic. sed si per contradictas, & si nõ allegaretur paupertas, sed aliqua alia causſa, propter quam orator prætenderet sententias nõ mereri exequutionẽ, vtpote, quòd miserit procuratorem, qui non comparuit, vel aliàs decipit dominum suum, quo casu malitia procuratoris non debet domino imputari secundum Rotam decisio. 155. in no. si certus terminus de appella. in fin. per l. qui mittuntur, ff. ex quibus causſ. maio. cõsueuit signatura dare restitutionem etiam in beneficialibus cum clausula, prout de iure, Staph. d. car. 163. 1. facie ver. si verò. 12.

13 Quòd * si non beneficiali, sed prophana in causſa peteretur reſtitutio, & in iſtis nos conſueuit ſignatura concedere reſtitutionem, ſed duntaxat cauſſam reſtitutionis iudicibus committere, per hæc verba. Placet de reſtitutione prout de iure, Staph.d.car 163.1.facie ver.in profanis, idque modò iudici à quo, modò iudici ad a quem ſecundũ factorum contingentias, nã ſi peteretur reſtitutio in caſu, vbi nullo modo fuiſſet appellatum, eſſet de iure petenda coram iudice à quo, & non coram iudice ad quem, quia ſi nullo modo fuit appellatum, cauſſa non fuit ad eum deuoluta, quòd ſi appellatum extitiſſet, appellans tamen ob non legitimam infra termini prosequutionẽ ad reſtitutionis remediũ conuolaret, cùm ſemel per appellationẽ fuerit cauſſa deuoluta, nõ eſſet aliàs iſto caſu petẽda reſtitutio coram iudice à quo, ſed corã iudice ad quẽ l. præſes, C. de appel. & ita Cyn. Bart. & Bald. ibidem. Franc. in capit. ex ratione colum. 13. in fin. ver. circa primum ibi, & ideo dicas de appellat. Quam diſtinctionem admittit ſignatura cum temperamento tamen, vt ſola appell. non ſufficiat ad committendam reſtitutionem iudici ad quem, niſi appellationis in cauſſa reperiatur iã ſibi commiſſa.

14 Sed dices, quæ * & quanta erunt reſtitutionis tempora? qua in re, aut quæris de tempore petendæ reſtitutionis, & hæc tempora olim ad an-
d num vtilem, quo hodiè d ſublato ad quadriennium nouo iure præfinita ſunt, l. fin. C. de temp. reſtitu. in integ. & c. 1. eod. titul. in 6. & vtrobique notatur, & computatur hoc quadriennium, vbi plures ſunt latę ſententiæ, à die vlti-

mæ

mæ ſententiæ, quæ lædit & ſuccedit loco primæ, Rota deciſio. 165. in no. latis tribus ſententijs de reſtitu. in integr. niſi fortè contra minorem latæ fuiſſent, vel ſi contra minorem eum tamen, qui iuſta & rationabili cauſſa impeditus fuiſſet, nam in minore deduceretur tempus minoris ætatis, ita, quod non curreret hoc quadrienniũ, niſi ab anno ſuæ ætatis, 25. completo, & in maiore tempora legitimi impedimenti excipirentur dict. l. fina. C. de tem. reſti. in integr. c. 1. de reſtit. in integrum, in 6. & notatur vtrobique. Aut quæris de tempore finiendæ cauſſæ reſtitutionis, & licet in hac ſpecie reſtitutionis Hoſtienſ. in capit. tum ex literis extra titulo noſtro fuerit in iſta ſententia, quòd ſola cauſſa reſtitutionis, quæ petebatur iure minoris, eſſet infra quadriennium & petenda, & obtinenda, ſecus verò in reſtitutione, quæ petitur iure maioris, cum dicit nullum eſſe tempus præfixum, ea ratione, quia reſtitutio, quæ iure maioris conceditur, pendet à mero iudicis officio, quæ à mero iudicis officio expediuntur, non clauduntur tempore ſecundũ ipſum in loco ſuprà allegato, cum qua opinione recitantes eam tranſeunt Ioan. Andr. & Butr. ibidem. Nihilominus verior eſt contraria ſententia, & omnis reſtitutio ſiue iure maioris petatur, infrà quadriennium petenda & obtinenda eſt, & pro ea ſunt text. aperti in dict. l. fina. C. de temp. reſti. in integ. ibi memorata continuatio temporis obſeruetur ad interponendam conteſtationem finiendamque litem, vbi gloſſ. & omnes, vbi ex hoc notant, quòd reſtitutio in integrum litis conteſtatione non perpetuatur, & allegant, l. petendæ, C. eodem, & hodiè magis

gis clarum habemus text. in clemen. vnica eo-
dem, quam sententiam sequitur Barthol. in l. fin.
C. ex quibus causs. maio. vbi contra rationē Ho-
stiens. notat, quod officiū iudicis rescindēs cla-
ditur quadriennio, & allegat dict. l. fina. sequun-
tur etiam Cardinalis & Abbas in dicto capit.
tum ex literis, qui refert opiniones & confutata
sententia Hostiens. firmat istam sententiam pro
vera, immò si post lapsa quadriennij tempora
concederetur restitutio, sententia esset ipso iure
nulla, nec defenderetur, quia videatur cōtra ius
litigatoris, & non constitutionis, gloss. in dict.
clemen. vnica verbo finiri ibi. sed quid si post fi-
nitum quadriennium? quæ tamen intelligas re-
stitutionis scilicet instantiam vltra quadrien-
nium non extendi, neque retardari reo inuito,
secus verò ipso volente, gloss. in dict. l. final. ver-
bo finiendam ibi, nam hoc fauore rei constitui-
tur, vnde si non staret per actorem, quin restitu-
tionis caussa expediretur, sed per aduersarium,
qui caussam sua appellatione, vel aliàs differret,
vel staret per iudicem non præiudicaret reo hu-
ius quadriennij lapsus gloss. in d. clemen. vnica
verbo finiri Abb. in d. capit. tum ex literis col. 4.
nume. 13. ver. secunda solutio sua ibi ex hoc no-
ta, quòd istud quadriennium, prout non obesset
etiam, vbi actor non solùm facto iudicis, vel ad-
uersarij, sed etiam alia iusta caussa impeditus
fuisset, text. in d. l. final. C. de tem. in integ. restit.
& in c. 1. de rest. in integ. & notatur vtrobiq; Cas.
decis. 2. de resti. in integr.

e Et visis temporibus restitutionis in integrū,
15 ac eius instantiæ, adhuc dubitabis, an * interim
retardetur exequutio & restitutionis petitio o-

peretur

peretur effectum suspensiuum, vt interim nihil fit innouãdum, qua in re, etsi antiquiores patres sacri palatij fuerint varij, prout facile admonent decisiones quasi contrariæ, 379. si committatur causa restitutionis, & alia, 446. si lata vna diffinitiua de restitu. in integ. in no. Nihilominus crediderim in hac specie constituendam esse regulam affirmatiuam, vt restitutionis petitio regulariter effectum suspensiuum & exequutionem impediat, l. vnica, C. in integrum restitutio. postul. nihil inno. fit, Abb. & alij in capit. suscitata de restitut. in integr. Cassad. decis. 5. in fin. de appella. Idque etiam si non iure communi, sed speciali, vtpote iure minoris peteretur restitutio, Sal. in l. vnica, C. ne liceat tertiò prouo. in fin. Tametsi Bal. fuerit in contraria sententia, quam Salic. ibidem confutat, in qua opinionũ dissidentia. Cass. deci. 1. de rest. in integ. refert sacrum palatium suo tempore consueuisse modò vnam, modò alteram amplecti sententiam, prout iuxta factorum cõtingentias visa fuit calumniæ suspicio cessare & vrgere, & vbi cessaret Salicet. vbi verò subesset calumniæ suspicio, Baldi sententiæ adhærerem, cui Cassiadoro in hoc non consentio, quoniam ex obseruantia sacri palatij per ipsum relata potius videntur patres regulariter opinionem Salice. sequutos fuisse, & quamuis subsistente suspicione calumniæ ab eius sententia quandoque recesserint, non crediderim recessum, vt adhærerent contrariæ sententiæ Baldi, quæ vera non est, sed communi potius limitationi, quam tradunt Doctor. ad præscriptam conclusionem, quæ est, vt non procedat conclusio, vbi calumniæ suspicio seu

seu præsumptio subesset, de qua in capitu. suscitata, vbi glo. verbo pensate. Abb. columna quarta, & alij de restitu. in integrum, vbi etiam habes, quòd istis casibus, quibus sententia in integrũ restitutione postulata exequutioni demandaretur, cogeretur is, qui pro exequutione instaret, præstare cautionem de restituendo omnia ei, qui restitutionem peteret, si postea in causa obtinuisset, text. gloss. & Docto. in d. c. suscitata, quod tamen ego intelligerem parte petente, alias crediderim iudicem exequi posse etiam cautione non aliàs præstita, argumento notatorũ per gloss. & alios in l. vniuersa, C. de precib. imperat. offe. imò non consueuit palatium præscripto casu cogere eum, qui pro exequutione instaret ad præstandam cautionem, nisi quando is, qui exequutionem peteret, non esset soluendo, vel de dilapidatione suspectus foret, ita quòd petenti restitutionem verisimiliter nõ esset futurum satis cautum in casum victoriæ, vt is, qui exequutionẽ reportasset, posset restituere quę habuisset Rota decis. 435. in no. fuit dubitatum, vtrum auditor de re iudi. & de appell. imò consueuit etiam hanc theoricam non admittere, neque simili cautione eum grauare, qui pro expensis iudicialibus tantùm exequutionem peteret, Rota ibidem, cuius rei rationẽ affert ibidem Collect. quia istæ expensæ non soluuntur ratione iudicati, sed ratione temerariæ vexationis, capit. calumniam de pœnis, & c. fin. de dolo & contu.

16 Addo,* quòd limitatio text. in d. c. suscitata de restit. in integ. aduersus reg. iuris communis, vt in integrum restitu. postulata exequutio fiat, quando contra petentem restitutionem de calũ-

nia

nia probabilis suspicio seu præsumptio subesset, non est generaliter recepta, sed certis casibus etiam subsistente suspicione maliciæ seu calumniæ retardaretur exequutio, vt pote si exequutio non esset recuperabilis præiudicij, & præiudicium quod per exequutionem fieret, non posset per cautionem præseruari, Abb. in d.c. suscitata in gloss. verbo pensata, ibi adde tamen vnum dictum Baldi, in l. vnica, C. ne in integ. rest. postu. nil inno. sit, vbi suggerit exemplum. Finge, quòd condemnatus in modo exequutionis ad carceres ducendus esset, retardaretur enim exequutio prætextu restitutionis petitæ etiam subsistente suspicione malitiæ, & hoc quia licet carceratio possit per liberationem de futuro reuocari, non tamen potest reuocari de præterito respectu præiudicij ratione ignominiæ, quæ * honesto viro per carcerationem inferretur, refert & sequitur Abb. in dict. cap. suscitata, vbi suprà, & extra istum casum, & generaliter etiam omnib. casibus, quibus aliàs restitutione postulata exequutio fieri posset retardaretur, nequid aliquid innouandum esset, vbi iudex restitutionis iudici exequutionis iam inhibuisset, & si quid interim innouaretur, veniret veluti attentatum reuocandum, Rota d. decis. 379. in no. Quamobrem solemus nos vbi prenderemus restitutione postulata nihilominus exequi posse, & iudex restitutionis inhibuisset, impetrare commissionem iudici restitutionis directam, vt præfixo petenti restitutionem aliquo breui & peremptorio termino ad probandū, & docendū quicquid vult, & potest cur exequutio impediri debet, & nihil ? impediat, seu releuet docto inhibitio-

17

nem suam moderetur, quæ exequutionem obstabat, & remoto eius obstaculo, iudex exequutionis exequi solet, imò in casibus, in quibus restitutio retardaret exequutionem, vt lites abbr. uientur in restitutionis articulo rarò, vel nunquam pronunciari solet, quia si contra restitutionem iudex iudicaret, similis commissione prefixionis termini dari solet ad docendū quicquid vult. & potest cur restitui debeat, quo elapso, & nihil quod releuet docto inhibitionem moderetur, & causſam exequendam ad iudicem exequutionis remittat, vel si nō interſit exequutionem transferre, idemmet iudex restitutionis exequatur. Quod si pro restitutione inclinaret, & restitutio ad appellandum vel prosequēdum peteretur, solent eadem ratione patres omissa restitutoria sententia loco sententiæ admittere eum, qui pro restitutione instaret ad appellandum vel prosequendum, & in causſa appellationis suo tempore pronūciare, qua in re memor eris, quòd * vbi concederetur restitutio ad 18
appellandum, debet restituendus infra decem dies à die restitutionis habito appellare, Rot. decis. 446. in no. si lata vna diffinitiua de rest. in integ. & vt lite pend.

Cæterùm * vbi in integrum restitutio postulata fuerit, multiplex erit procedendi modus, 19
veluti & petendi, quandoquidem restitutionem petimus quandoq; via exceptionis, & tunc semper incidenter, quandoque etiam via actionis, Bar. & Eald. in l. nam postea, §. si minor, ff. de iureiuran. & probatur in l. Pap. §. si filius, ff. de inoffi. testam. Aegi. conclu. 502 eod. tit. Rursus vbi via actionis peteretur restitutio, vt suprà vidimus,

mus,aliquando petimus eam principaliter vnà cum officio reſciſſorio ad effectum reſcindendi ſententias, proceſſus, vel alium actum iudicialem vel conuentionalem, quandoque etiam non ad effectum reſcindendi, ſed vt duntaxat via audientiæ ob lapſum temporis nobis præcluſa aperiatur, & ſic aduerſus lapſa tempora ad appellandum,aliudve agendum, quo caſu (& ſi via actionis)incidenter tamen peti dicitur reſtitutio, Rota deciſ.11. in vltimis an lata ſententia, de reſtitut. in integrum,& deciſ.471. in antiq. nota ſi petatur reſtitutio eodem titulo,& quoad modũ procedendi ſummaria eſt, quod vbicunque non principaliter, ſed incidenter petatur reſtitutio, nec libellus, neque litis conteſtatio, neque alia terminorum obſeruatio deſiderantur,idque ſiue via exceptionis, ſeu replicationis. Aegid. dicta conclu.501.eod.titu.ſiue via actionis incidenter tamen, vtpote, quando aduerſus lapſa tempora ad appellandum,aliudve faciendum,Rota dicta deciſ.471.in antiq.& 495.etiam in antiqu. Nota, quòd in reſtitutione de litis conteſta. & extra iſtos caſus,quibus incidenter peti dicitur reſtitutio, vbi principaliter & ad reſciſſionem ſententiæ, proceſſus, vel alterius actus iudicialis, vel conuentionalis peteretur,libellus, litis conteſtatio, ac plena terminorum obſeruatio iuxta naturam cauſſæ,neceſſaria erunt. Barto.in l.diuus, ff.de in integrum reſtitutio. Franc.in cap. ex ratione colum.14. verſicu.de ſecundo autem dicas de appellatio. Milis verbo reſtitutio,verſicu.reſtitutio quando petatur,duntaxat, vt pars audiatur in fin.Rota deciſ. 91. in no. per litis conteſtationem eod.tit.vbi etiam voluit Rota, quòd petens

petens restitutionem, qui habet docere de læsione, seu iniustitia sententiarum, seu aliquarum ex ipsis prout suprà diximus, teneatur id ante litis contestationem docere tanquam necessarium præambulum, quod si non fiat, & lis nihilominus contestetur, quòd per istam litis contestationem præcludatur petēti restitutionis via istius præambulæ cognitionis, Rota ibidem.

ANNOTATIONES.

a Quandoque.) *Adde Cardin. in clemen. 1. de restitu. in integr. Afflict. decis. 175. & Aretin. cons. 160. numero 7. vbi* 20 * *absens ex caussa Reipubl. ad appellandum restituitur, &* Com.opi. *hanc opinionem communem esse affirmat. Quæ de re vide etiam per Accurs. Barto. & Bald. in l. 1. §. vltim. ff. quando appellat. & Ias. in l. 1. §. si procurator. numer. 13. ff. si quis ius dic. non obi. qui regulam cum limit. tradit. Nicol. Anto. Grauatius.*

b Vtpote.) *Vide Abb. in c. auditis in 8. not. de restit. in integr. Docto. in c. eod. titu. in 6. & Cardin. in clemen. 1. eo. &* 21 *adeò verum est, quòd * auctor hic ait, vt ecclesia contra ecclesiam restitutione vtatur, sicque priuilegiatus contra priuilegiatum, veluti Abb. scribit in dict. c. auditis, colum. 2. Et* 22 *restituitur * nedum respub. sed ciuitas etiam, quinimo pagus, vt Bart. Bald. & cæteri scriptum reliquêre in l. respubl. C. ex quib. cau. maio. Alexan. cons. 1. lib. 4. Afflict. in prælud.* Com.opi. *Const. reg. Neap. in 5. quæst. principali, & est communis opinio, vt Dec. attestatur cons. 42. in fin. Nam ciuitas, municipia atque rura reipub. appellatione continentur, per Ias. in l. domus, §. si fundus, num. 19. ff. de leg. 1. & in l. inter ciuitatem, num. 15. C. de sacrosan. eccl. Quod tamen cum temperamento intelligas, nisi in rure pauci, puta sex vel octo commorentur homines, vt Afflict. præcitato loco docet post alios in d. l. respub. Nicolaus Antonius Grauatius.*

Et si

Et si aduersus.) *Huc accedant, quæ in huius libri cap.* c
1. diximus sub lit. H.

Quo hodie.) *Tempus* quadriennij ad petendum in* d
integrum restitutionem à iure præfinitum, tam in eccle- 23
sia locum habet, quàm minore, & republ. & in omnibus secundum veram opinionem vniforme est, licet inter Docto. magna sit altercatio, nam hoc quadriennij tempus ecclesiæ tantum conuenire, nonnullis visum fuit, at minoribus reipub. in tempore læsis, non quadriennii. sed solum illud tempus competere, quod læsionem induxit, vtputa, si infra decendium non fuerit appellatum, aut infra præscripta tempora appellatio non prosequuta, vt infra aliud decendium, aut biennii, & non vltra, restitutionem haberent. attamen communis Com.opi.
*est opinio, vt quadriennium hoc ex æquo omnibus competat, auctore Affl. in decis. 175. vbi post quam diutius super huiusmodi re disputatum fuit, sic decisum fuisse testatur. Quod quidem quadriennium à principio vtile est, quia à die scientiæ labitur siue currere incipit, vt per Dec. consil. 42. in fin. Boer. decis. 39. num. 7. & Bello. cons. 46. nume. 15. verùm** 24
hanc restitutionem ex capite ignorantiæ, post 40. annos infra quadriennium tantùm ecclesiæ & pauperibus competere affirmant, explosa Alexand. nonnullorumque opinione, qui post centum annos dictam restitutionem peti etiam posse existimauêre, dictoq; quadriennio potiri posse. Et hæc quidem prior opinio communibus suffragijs approbatur, vt Dec. Com.opi.
Bell. & Boer. vbi suprà testantur. Sed ad rem, hoc vnum silentio non inuoluam, quòd quadriennium ad petendum in integrum restitutionem aduersus tres sententias, vel omissas probationes à die vltimæ sententiæ computari debet, vt prodium est à Cassad. decis. 2. de rest. in integr. & habetur decis. Capel. Thol. 54. & 55. Nico. Ant. Grauatius.

At vtis.) *Quòd* restitutio in integrum exequutionem* e
impediat, vt ea pendente nihil innouandum sit, vocabuli ety- 25
mologia demonstrat. Nã restitutio nihil aliud est, quã in pri-

stinum

stinũ statum repositio l. quod si minor. § restitutio, vbi Bart. ff. de minor. Card. in Clem. 1. in 3. no. de rest. in integ. & Ias. in l. interdum, num. 4. ff. de cond. indeb. & quod per dictum in integrum restitutionem petitam, ipsa impediatur executio, est communis opinio, vt idem Ias. testatur in l. qui se intulit § condemnatum, nu. 27. ff de re iudic. vbi & per eum hanc materiam etiam pertractatam videbis, & per Ias. in decis. 356 qui tamen nonnullas tradit limitationes per Abbat. & reliquos in cap. suscitata, de in integrum restitu. Nicol. Anton. Grauat.

Vt lite pend. Et de attentatis.

CAP. IIII.

SVMMARIVM.

1 Appellatione pendente, nil nouandum est, sed tamen, vt nume. 2. cum sequentibus, & nume. 37. & 40.

2 Attentata pendente nullitatis caussa non reuocantur.

3 Iudex potest innouare in his, quæ tendunt ad eius sæ faciliorem exitum, & qui sint isti exitus.

4 Iudex potest partibus interdicere, ne nuberent, etiam posiquam ab ipso appellatum fuisset super matrimonio, de quo controuersabatur.

5 Appellans petens coram iudice à quo attentata reuocari, non censetur appellationi renunciare.

6 Iudex reuocat grauamen per repositionem, & frequens est iste vsus in Rom. Cur.

7 Iudex appellatus in quibus casibus post inhibitionem iudicis, ad quem procedere possit.

8 Attentata reuocare, ad quem spectet.

9 Attentata plurima sunt, quæ non veniunt in primis

mis & ante omnia reuocanda, & quæ sint, & vide num. 16

10 Inhibitio siue iusta, siue iniusta, timenda est.

11 Iudices non satis benè faciunt, qui statim inhibẽt, non cognita prius appellationis qualitate.

12 Attentatorum ad reuocationem duplici via agere possumus, & num. 39.

13 Iudicis officium ad attentata reuocanda implorare quis non prohibetur, etiam si via ordinaria agere cœpisset.

14 Attentatorum reuocatio vsque ad conclusionem peti potest.

15 Conclusio in caussa operatur, vt negocium finitum esse censeatur.

16 Attentata in quibus casibus per officium iudicis non reuocantur.

17 Attentatorum in caussa, qualis erit procedendi formula.

18 Terminorum obseruatio, non est necessaria in attentatorum reuocatione.

19 Possessio an debeat colorari in iudicio attentatorum.

20 Literæ remissoriæ non dantur actori in caussa attentatorum.

21 Testium repulsa siue reprobatio, an concedenda in caussa attentatorum.

22 Sententia super attentatis est interloquutoria, fallit tamen.

23 Citatio inducit litis pendentiam.

24 Lis super beneficio & sic super iure, an afficiat non solùm super proprietate, sed etiam super-possessio-

sessione.

25 Instantia causa perpetua est de iure communi, fallit tamen.

26 Cessio litis & causa operatur etiam cessionario iuris.

28 Attentata reuocantur via ordinaria nullitatis.

29 Attentata, vt reuocari possint, necesse est appellationem iudici, & parti notificatam fuisse.

30 Attentata reuocari petenti, non obstat excommunicationis exceptio in eum opposita.

31 Attentatorum causa pendente, non potest procedi in causa principali.

32 Attentatorum priuilegia quæ sint.

33 Debitor suspectus de fuga, pendente lite capi potest.

34 Marito pendente lite potest inhiberi, ne ad vxorem ipse accedat, non obstante possessione matrimoniali, si tamen matrimonium iure non valeat.

35 Appellatione pendente iudex potest prouidere, ne possessor turbetur in sua possessione, & non dicitur innouare.

36 Attentatorum remedium non habet locum contra tertium, fall. tamen.

37 Iudex appellationis ab interloquutoria inhibere non debet, nisi causa cognita, & num seq.

40 Attentata in quibus casibus non reuocantur.

41 Attentatorum iudicium est summarium.

42 Attentata, an prius diluenda, quàm negotium principale.

43 Attentans appellatione pendente tenetur fructus restituere.

PRO-

PRohibet a lex* ciuilis appellatione interposita innouari, toto titu. ff. nil no. appella. a 1
pend, cui consentiunt canones videlicet. c. non solum de appellat. in 6. ratio prohibitionis multiplex est, præcipuè quia postquam iudex semel, siue malè, siue bene pronunciauit, functus est suo officio, l. iudex postquam, ff. de re iudicata, & eò ipso quòd quis superiorem iudicem appellat iudicis inferioris iurisdictio suspenditur, cap. venientes de iureiurand. Hæc prohibitio ad casum pendentis restitutionis in integr. eo. iure extenditur, l. vnica, C. in integr. resti. post hu. nihil inno. fit, non tamen indiscretè, sed cum pluribus sectionibus, de quibus suprà titul. proximo satis diximus. Item ad casum pendentis nullitatis propositæ Innocent. & Imol. in capit. ex insinuatione, extra de procurato. quos tamen intelligit Franc. in capit. dilecto, de appellat. colum. 12. versicul. ex quibus omnibus tene menti, & cap. vt attentata* pendente nullitatis caussa non a 2
reuocentur aliàs in primis, & ante omnia iuxta priuilegium attentati, sed postquam is, qui de nullitate diceret in caussa nullitatis obtinuisset, & sic beneficio iniustitiæ, per not. per Bald. in authent. quæ supplicatio. C. de prec. imp. offer. & in l. tale pactum, §. qui prouocabit, ff. de pactis. Amplius & per sacros canones extenditur hæc prohibitio generaliter, ne lite in quouis statu pendente aliquid innouetur toto titul. vt lit. pendent. extra & in 6. & notatur vtrobique.

Verùm hæc prohibitio & iurisdictionis suspensio, quatenus attinet ad iudicem à quo, indiscreta non est, sed in his duntaxat, in quibus innouatio

appel-

b 3 appellationi præiudicaret, *b* secus * verò in his, quæ tendunt ad faciliorem exitum cauſſæ ipſius appellationis, quia in iſtis non remanet ſuſpenſa iuriſdictio iudicis à quo, cap. cùm teneamur, vbi Abb. Imol. Franc. & Dec. de appella. in pri. & erit limitatio ad regulam iuris communis, quòd appellatione pendente nihil innouetur, & ad tex. & materiam in dict. cap. venientes de iureiuran. In hac enim ſpecie iudex à quo non diceretur innouare & attentare, ſed potius ſe conformare cum præſcripta iuris communis regula, vt appellatione interpoſita nihil nouetur, & appellationi fauere, ac faciliorem exitum præ-

c ſtare, *c* veluti ſi appellanti terminum ad proſequendam appellationem ſtatueret, vt in c. perſonas, & c. cùm ſit Romana extra de appella. vel ſi vbi timor interim dilapidationis ſubeſſet, ſequeſtrum, Specu. tit. de appella. §. Nouiſſimè, & vbi timor fugæ debitoris appellatis ſuperueniret, capturam decerneret. Angel. in l. nemo carcerē in fi. C. de exactio. tribu. lib. 10. in reper. arg.

e l. vt prætor, §. ſi debitorē, ff. de his quæ in fraud. credito. Specul. vbi ſuprà Abb. & Decius in dict. cap. cùm teneamur de appella. vbi etiam Franc.

d colum. 3. verſi. ſed limita omnia, vel ſi lata *d* ſen-

4 tentia in cauſſa matrimonij iudex * à quo poſt quam ab ipſo appellatum extitiſſet, partibus, ne interim appellatione pendente aliter nuberent, interdiceret, gloſſ. verbo diſtrictius in cap. 2. extra de matri. contra interdic. Eccleſ. contracto, vel ſi appellatione interpoſita prouideret, ne poſſeſſor interim in ſua turbaretur poſſeſſione d. c. cùm teneamur, vbi omnes, vel ſi in præiudicium poſſeſſoris appellatione interpoſita ſuiſ-

ſet

set innouatum, id omne vtpote attentatum re-
uocaret. Imol. ibidem, vbi etiam Fran. colum. 4.
versic. secundus intellectui ibi, quia certè prop-
ter hoc non prohibetur, Dec. in princ. versic. sed
tamen tex. hic in finalibus verbis, vbi etiam ha-
bes, quòd * appellans petens coram iudice à quo 5
ista attentata reuocari, non censetur suæ appel-
lationi renunciare, quibus consentit palatium,
Rota decis. 287. in no. licet appellationi de re-
nuncia. & appella. vel denique si * iudex à cuius 6
grauamine appellatum fuisset, illatum grauа-
men reuocaret, prout frequens est iudicum Ro.
Cur. vsus per repositiones, quibus quotidie in
similium grauaminum reuocatione vtuntur,
quo casu potest iudex à quo citare ad hoc grauа-
tum appellantem, & non solùm reuocare gra-
uamen, sed etiam reuocato grauamine, ad vl-
teriora in caussa principali procedere, ac si nun-
quam fuisset appellatum, cap. si à iudice de ap-
pellat. in 6. capit. cum cessante extra eodem, &
notatur vtrobique, Imol. Franc. & Dec. in dict.
cap. cùm teneamur, vbi etiam tradunt, quòd ista
procedunt non solùm in iudice ordinario, sed
etiam in delegato, præsertim Franc. colum. fin.
in princ. ibi ex prædictis concludit hic Panorm.
His enim casibus ac plerisque alijs, quos enume-
rant Specu. d. §. nouissimè titu. de appell. in prin-
cip. & suprà citati Docto. in d. c. cùm teneamur,
eod. titu. non videtur iudex à quo attentare, ne-
que appellationi aliquod præiudicium inferre,
sed potius expeditioni caussæ appellationis fa-
ciliorem exitum præstare.

Nec * eò minus licebunt ista iudici à quo, 7
quia sibi forsan inhibitum fuisset, subsequens e-

nim inhibitio in fauorem appellantis non impedit, quin iudex in præmissis, in quibus non remansit eius iurisdictio suspensa, possit prædicta alia tendentia ad faciliorem exitum causæ appellationis facere. Abb. & alij in dict. c. cùm teneamur, Franc. præsertim ver. secundus intellectu, colum. fin. in prin. ibi & haberent locum prædicta etiam, si iudex ad quem canonicè inhibuisset iudici à quo, qua in re plurimos nouimus errare, & contra impugnantes similia gesta per iudicem à quo in articulo attentatorum obtinui, quæ tamẽ in delegato intelliges, vbi iudex appellationi non detulisset, quia per delationẽ appellationis à delegato causam in totum, & omnis iurisdictio ad superiorem delata fuit, c. de appellationibus de appellat. in 6. licet secus sit in ordinario, qui ex generali iurisdictione, quam habet, potest se intromittere etiam in habentibus orrũ de no. Abb. in d. c. cùm teneamur de appel. refert & sequitur Fran. ibidem col. fi. in fi. ver. & aduerte, quia omnia prædicta intelligit hîc Panormit.

8 Generaliter * verò vbi attentatum fuisset, solet dari commissio super reuocatione attentatorum, & regulariter committitur ei iudici, cuius maiestas fuisset attentando offensa, & sic iudici ipsius appellationis cap. sollicitudinem circa medium ibi, nam ad officium eius extra de appellatio. & licet in commissione peteremus iudici committi, vt in primis & ante omnia attentata reuocaret. Mos signaturæ est illa verba, in primis & ante omnia delere, quoniam * plura

9 sunt attentata, quæ non veniunt aliàs in primis & ante omnia, sed postquam is, qui attentatum diceret in causa, in qua fuisset, attentatum obtinuisset,

nuisset, prout suprà vidimus in attentatis, pendente caussa nullitatis, Bald. in auth. quæ supplicatio. C. de precibus Imp. off. & in l. tale pactum § qui prouocauit, ff. de pactis, Franc. in cap. dilecto. colum. 12. versicul. ex quibus omnibus tenementi de appell. Idem vbi post desertionem appellationis, quæuis attentata quantumuis priuilegiata peterentur reuocari, Rota decis. 1. in no. Attentata de appell. & attenta. & 463. in antiqu. Nota de attenta. quo casu si reuocarentur, sententia tanquam à non suo iudice lata, esset nulla, iuxta l. 1. C. si à non compet. & cap. at si clerici, de iudi. quod tamen restringit Rota, vt procedat vbi desertio ex actis constaret, secus verò vbi tantum allegaretur, nec constaret ex actis, sed veniret per exteriores probationes probanda, Rota decisio. 1. in no. Idem si lata sententia contra fictum contumacem, à qua non fuit aliàs infra decem dies, sed post à die tamen habitæ notitiæ appellatum, peterentur reuocari omnia gesta post decem dies à die latæ sententiæ, vsque ad diem emissæ appellationis à die habitæ notitiæ, Rota decis. 187. in no. sicut contumax de dolo & contum. & de attenta. Idem si peterentur reuocari omnia gesta post decem dies à die latæ sententiæ vsque ad diem postulatæ restitutionis in integrum, Abb. in dict. c. suscitata, colum. penult. in gloss. verbo pensata, circa finem, ibi secus dic vbi exequtio fuisset facta ante postulatam restitutionem. Idem e si peterentur reuocari attentata per tertium lite pendente inter te & me, Rota Fastoli caussa, 5. nume. 5. versicul. quintum dubium. Idem si post appellationem duntaxat extra iudicialem attentatũ diceretur, Rot. Fastoli ibi-

e

dem,& decis. 309. in no. attentata de appell. vel post appellationem non à diffinitiua, in qua loquitur c.non solùm de appel.in 6.sed ab exequutione,Geminia. in d.c.non solùm,col.4.num.10. versi.quæro an quòd dicitur de reuoca. attent. vel etiam post appellationem ab exequutione, vel denique si diceretur attentatum *in quouis* alio casu prohibito de iure appellari, Geminia. ibidem in gloss. verbo casibus. His enim casibus attentata non solùm non reuocantur in primis & ante omnia, sed tantùm expectato euentu causæ, in qua fuit attentatum, verùm nec via attentati sed beneficio iniustitiæ reuocari dicuntur,Rota in locis, de quibus suprà, & magis expressè in dicta decis. 187. in no. Quamobrem consueui ego reprehendere aliquos causarum patronos,qui in commissione, qua petunt committi reuocationem attentatorum, *solent dicere*,Placeat.S.V.eidem iudici committere & mãdare vt gesta, quæ prætenduntur attentata reuocet per viam attentati, nam si talia postmodum reperirentur attentata,quæ non venirent via attentati,sed via & beneficio iniustitiæ reuocandi succumberet in hoc iudicio specialiter intentato, vt per viam attentati reuocarentur, vel saltim non inseruiret præcedens formula commissionis, neque processus eius vigore habitus, sed alia impetranda esset,qua simpliciter daretur de reuocatione attentatum, & sic pinguior est in proposita specie commissio,quæ simpliciter daret de reuocatione attentatorum, quàm ea, quæ daret per viam attentati, cùm nihilominus consueuit semper signatura addere hæc verba, prout iuris fuerit. Admoneo tamen,quòd præscriptis

ptis omnibus casibus, quibus attentata sunt talia, quę non veniunt in primis, & ante omnia via attentati reuocanda, sed expectato euentu caussæ principalis, & beneficio iniustitiæ, si tamen iudicis inhibitio præcessisset, virtute similis inhibitionis venirent ante omnia reuocanda, Geminia, in dict. cap. non solùm, §. illa verò, colum. 1. & 2. à num. 6. vsque ad 9. & versic, Quæro an iudex ad quem, vsque ad versiculum sed an attentata, inhibitio * enim siue iusta, siue iniusta timenda est, l. 1. §. 1 ff. de operis non. nunci. cap. significantibus de appella. Rota decis. 306. in antiq. Nota, quòd ibi de commis. & attentata. *f* Quamobrem non satis iustè faciunt iudices, * qui statim, non cognita qualitate appellationis inhibent, etiam vbi ex inspectione appellationis apparet fuisse interpositam in casu à iure prohibito, quod facere non debēt nec possunt, nisi præcedat summaria cognitio, an appellatio veniret recipienda, nec ne, cap Rom. §. si autem post sententiam. Geminia, in dict. cap. non solùm de appella. colum. fin. in gloss. vero casibus de appel. in 6 Cassad. decis. 10. de rescrip. numer. 4. Ex his, quæ suprà diximus facilè dignoscere potuisti, quòd * ad reuocationem attentatorum *g* duplici via agere possumus, vna videlicet directæ petitionis & ordinarij iudicij simul cum causa principali, qua expectato euentu caussæ principalis beneficio iniustitiæ possunt per sententiam in caussa principali reuocari. Altera extra ordinē per officium iudicis mercenarium eius officiū implorantes, qua magis properantes petimus attentata imprimis, & ante omnia reuocari, & per hanc viam pendentia caussæ attentatorum operatur

10

f

11

12

g

ratur effectũ ſuſpenſiuum, vt interim ſileat cauſa principalis, c. non ſolùm de appellat. in 6. vbi Docto. & non ſolùm faceret ſilere cauſſam principalem, verùm etiam cauſſam nullitatis, quæ penderet. Ita, quòd eſſet prius prouidendum ſuper attentatis, quàm ſuper nullitate, conſ. Neap. deciſ. 98. in antiq. num. 4.

83 Adeoque * hæ viæ agendi ad reuocationem ſe inuicem compatiuntur, vt licet quis poſt attentationem cœperit ſimul cum principali cauſa via ordinaria agere, non prohiberetur ad extraordinariam reuerti, & iudicis officium implorare, vt in primis & ante omnia reuocentur attentata, Geminia. in dicto cap. non ſolùm in princip. de appella. in 6. colum. 2. numero 8. verſicu. Quid ſi appellans, & ſequenti verſic. in hac materia. Idque etiam ſi eadem via vſque ad litis conteſtationem proceſſum extitiſſet, licet fuerint in hoc opiniones, quas Geminia. ibidem verſicu. in hac materia, refert, Franc. in cap. dilecti, colum. 2. verſicu. 2. quæritur, de appellat. in quorum varietate Rota ſeruat iſtam partem, vt litis conteſtatio in ordinario iudicio, facta non impediat, quin paſſus attentata poſſit reuerti ad viam extraordinariam, implorando iudicis officium, vt in primis, & ante omnia attentata reuocet. Rota deciſione 185. in no. ſi pars rea de appella. & ratio eſt ſecundum Patres ibi, quia * iuſta reuocatio peti poteſt in quacunque parte iudicij, dicto cap. non ſolùm de appellat. in 6. vbi Doctor. quod tamen alibi limitant in quacunque parte, id eſt, ante concluſionem *b* in cauſſa. Rota deciſio. 57. in no. attentata, vt lite pendente, & deciſio. 306. in antiqu. Nota, quòd ibi audientia

tia de commissio. & attenta. & ratio est secundum patres ibidem, quia * per conclusionem in causa negocium videtur esse finitum, & propterea non admittitur mutatio modi agend. argu. tex. in cap. pastoralis, de causs. poss. & proprie. & clem. 2. vt lit. pen. vbi post conclusionem in causa non admittitur petitorij suspensio, prout etiam suprà titu. de petitorij suspensione diximus quam limitationem sequitur cons. Neap. decisi. 312. in antiq. Quidam de attenta. post concluſ. in c. reuo. cum temperamento tamen, vt intelligamus de attentatis ante ipsam conclusionem in causa, & quia si post factam conclusionem fuisset attentatum, quia de istis attentatis conclusionem superuenientibus, posset etiam post conclusionem ipsam, de veluti re nouiter emergenti reuocatio peti, & allegat Vitalem in clausula nil nouari lite pend. col. 6. 15

Et quãuis qui attentata passus fuit, possit pro libito suæ voluntatis audiri in causa attentatorum extra ordinem seorsum à causa principali per modum implorandi officium iudicis, dicto c. non solum de appellat. in 6. vbi Docto. Non tamen semper obtinebit data veritate attentati, quia plerique sunt casus, * quibus attentata non venirent officio iudicis, si imprimis & ante omnia, sed tantùm simul cum decisione causæ principalis beneficio iniustitiæ reuocanda, vtpote, i si de non iure petentis reuocari attentata notoriè constaret. Inno. in c. constitutis de filijs presby. in c. significasti de diuortio. Rota decis. 14. in no. Fuit dubitatum vtrum petenti, de restit. spolia. & vt lite pend. & decis. 55. in no. ad instantiam vt lite pen. & de attent. & 347. in antiq. 16 i

Nota, quod si constat de restit. spoliato, & ratio videtur esse in promptu, nam si de non iuretenentis constaret, non interesset sua ista attentata reuocari, cap. cùm inter de elect. c. veniens de restitutionibus, nec videtur satis dignum, quòd iudex auctorizet agentem sine iure, & sic in temeritate & delicto suis Rota d. decis. 347. in antiq. Cassa. decis. 3 num. 4. de restitu. spolia. Quod eò magis procederet, si talis instaret pro reuocatione attentati circa possessionem beneficij, & reuocatio tenderet ad restitutionem possessionis beneficij, ne fortè vitiosus cuiquam daretur ingressus, argumen. cap. eum qui de eo, qui mitti in possess. cap. rei seruan. in 6. Rota dict. decis. 55. in no. Cassad. decis. 3. de restitu. spoliato. in princip. vel similia attentatorum rruocatio peteretur, vbi de nullitate appellationis eius, contra quem diceretur attentatum, constaret, dict. cap. non solùm verbo canonicè de appellat. Idque etiam si iudicia inhibitio attentata præcessisset, Rota decis. 356. in antiq. Nota, quòd attentata de attenta. & de appella. Aegid. conclu. 239. in causa domini Guil. de appella. vel attentata. pro quorum reuocatione instaretur, talia essent, quæ ex sui natura non possent reuocari, nisi per diffinitiuam sententiá in causa principali beneficio iniustitiæ, vt in casu l. chirographis, §. fin. ff. de admi. tut. quem refert Bald. in l. appellatione, colum. 51. versi. quæro an super officio, C. de appellat. & in pluribus alijs locis, quos suprà titu. nostro, §. generaliter verò enumerauimus. Vel denique talia essent attentata, quæ ex sui natura iuris possibilitate possent non expectato aliàs euentu causæ principalis, imprimis & ante omnia reuocari, difficilis tamen

tamen esset possibilitate facti eorum reuocatio Geminia.in d.cap.non solum, §. illa verò,colũ. fin.in fi.de appella.in 6. Franc. in capit. dilecti, colum.3.versicu.2.limita de appell. Rota decis. 30.nume.seu dubio.5.in vltimis de appella.& vbique suggeritur exemplum.Finge,quòd in cœmiterio vnius Ecclesiæ sepultum esset funus, & alia prætextu iuris suæ parochiæ iudicialiter agens ad funeris vindicationem,lite sic pendente exhumasset funus, & illud in cœmiterio suo sic de facto sepelisset,& propterea Ecclesia conuẽta via attentati ageret, vt in primis & ante omnia funus in pristinum statum restitueretur,fuit enim concluſum in palatio, quòd isto casu non reuocarentur attentata in primis & ante omnia,ex quadam æquitate aduersus iuris rigorem propter difficultatem facti in transportando funus tot vicibus de loco ad locum per nota. per Innoc. Hostiens. Abb. & alios in cap. cùm liberum de sepulch.

Verùm *k* introducta attentatorum caussa,videamus qualis * erit procedendi formula, & quæ hoc iudicio actori incumbant,pro quorum declaratione tu distingues,ant agitur ad reuocationem attentatorum vna cum caussa principali,prout suprà docuimus,agi posse, & quandoq; etiam oportere,& cum isto casu cognitio attentatorum,& illorum reuocatio non aliàs principaliter & de per se,sed in sequelam caussæ principalis tractetur. Idem erit eius processus,qui& caussæ principalis,veluti & eadem probationis incumbentia & vltra ea, quæ incumberent pro victoria in causa principali, si vis gestorum reuocatio fiat etiam ex capite attentati,haberet a- k 17

ctor etiam probare propria incumbentia in articulo attentatorum, quæ duo sunt videlicet innouatio, & litis pendentia tempore ipsius innouationis, Ioan. Mona. in cap. cupientes in magna gloss. sua de electio. in 6. Bald. in l. appellatione, col. 2. ver. quæro vtrum attentata, C. de appell. vbi etiam Sali. col. 3. num. 7. versicu. quæro an innouata.

Quòd si agatur ad reuocationem attentatorum seorsum à causa principali, vt in primis & ante omnia reuocentur, prout suprà diximus posse per tex. cum materia in cap non solum de appellatio. in 6. & cum isto casu reuocatio attentatorum petatur non iure actionis, sed iudicis officio mercenario, in quo non requiritur libellus neque litis contestatio, gloss. in clemen. 2. in prin. vt lite pend. & in rub. ff. de integ. restit. Ioan And. in cap. cùm teneamur de appell. Bald. colum. 1. vers. Vtrum attentata, & Salic. col. 3. versicu. quæro innouata in l. appellatione, C. de appell. Franc. in cap. dilecti, colum. 2. cum principio sequentis versic. secundo quæritur vbi Nâ
* in reuocatione attentatorum, ex obseruantia 18
sacri palatij, nulla erit terminorum obseruatio necessaria siue in spirituali, siue in prophana causa contingant hæc attentata, Rota decisio. 14. in no. Fuit dubitatum, vtrum petenti de restitut. spol. & vt lite pen. & decisio. 764. Sciendum est, quòd si aliqua causa de attentatis, & decis. 473. in antiqu. Nota si attentata de offic. iudicis. Et isto casu quando attentata petuntur reuocari in dicis officio, in primis & ante omnia habet actor tantùm probare innouationem & litispendentiam tempore, quo fuit innouatum, prout suprà diximus

diximus,per nota. per Io. Mo.in dicto capit.cupientes de electio. in 6.& per Bald.& Sali.in dicta l.appellatione,C.de appell.& vbi quis diceretur per alium attentasse, non obtineret actor, nisi doceret de mandato in personam illius, qui attentasset,& non sufficeret in hac specie,vtpote in materia delicti docere de generali mandato, Rota decisione 81. in no. quod ad reuocationem vt lite penden. Lap.in c.eum qui,de præben. in 6.verficul.attentata lite pend. per procuratorē,non grauaretur tamen hoc iudicio actor probatione suæ possessionis in re,circa cuius possessionem diceretur attentatum. Inno.in cap.dilecto de maio.& obed. Nisi fortè is,pui diceretur attentasse, præsumeretur de iure, vel ex aliqua verisimili causa possidere. Quia isto casu satis non esset ei,qui attentatum diceret, probare attentationem, nisi probaret veram possessionem suam tempore attentationis. Innoc.in cap.benè de appella. & ratio est in promptu, quia si reus præsumeretur possidere tempore, quo dicit attentatum,probatio circa possessionem lite penden.non infert vitium attentati, nec dicitur attentare is,qui lite pendente sua vtitur possessione, sed possessionem suam potius continuare, nisi actor istam prę sumptionem possessionis rei contraria probatione dilueret,probando possessionem suam tempore innouationis, Rota deci. 89.in antiqu. Nota vbi de appella. & attentata. & satis esset in proposito.iam si non probaret actor possessionem suam, sed alterius innouationis tempore,quoniam attentata etiam cum tertio,dummodo per vnum ex litigatoribus reuocantur tanquam attentata.Rota decis.30.nume. 4.versi.

4. versicu. vtrum innouata de appellat. in vltimis.

19 Addo,* quòd minus grauaretur actor hoc iudicio colorare possessionem suam etiam vbi re-uocatio attentatorum tẽderet ad restitutionem possessionis beneficij, licet secus si in mero iudicio spolij, prout suprà vidimus. Quæ in re & si sacrum palatium tempore Aegid. in contraria fuit sententia, Aegid. conclus. 286. in materia vt lit. penden. posteriori tamen tempore fuit seruatum, vt non grauaretur actor hoc iudicio docere de aliquo tit. Rota decis. 14. in no. fuit dubitatum, vtrum peten. de resti. spol. & vt lite penden. & de ista obseruantia attestatur etiam Cassad. suo tempore, decis. 3. de restit. in prin. & vbi obtineret, condemnaretur reus ad fructus non solùm perceptos, sed & quos percipi potuisset, si modò pars petat, Rota decisio. 481. Nota attentans de condem. expen. in antiqu. Milis verbo attentata, numero 17. versic. attentans lite penden.

Et licet in hoc videatur grauari reus, in pluribus tamen alijs sibi actori repensum est. Non
30 *dabitur actori remissoria pro probandis attentatis, sed probatio erit sibi in Roman. Cur. omninò facienda, Rota decis. 89. in antiq. Quæ ad hoc alias concordantes allegat, & decis. 119. in antiq. not. seruat audientia de attentatis, & remissio. & nihilominus daretur reo ad defensam & excusandum se ab obiectis attentatis, Cassad. decis. 4. de caussa poss. & proprie. Idque etiam ad repellandum testes ex aduerso per actorem examinatos, qua* in re an esset hæc facultas re-
31 pellandi testes, ac pro ea dilatio cõcedenda reo in hoc attentatorũ iudicio dubitauit aliàs Cog-

fil. Nea-

sil. Neapo. & consuluit Rotam Romanam à qua habito pro affirmatiua responso, ita determinauit Afflict. decis 351. fuit bis dubitatum de testiũ obiectione in cauſ. attenta. reci. Item ne cogatur reus hoc iudicio, vbi sibi deberetur absolutoria ab obiectis attentatis, (quæ plerunq; calumniosè ad effectum tan ùm differendi expeditionem cauſſæ principalis allegaretur) per viam sententiæ se eximere, & ire per tres conformes, solet signatura succurrere reo, & concedere commissionem, qua datur, quòd præfixo actori aliquo breui & peremptorio termino ad docendum de præmissis attentatis, quo elapso & nihil quod releuet docto, reiectis attentatis ad expeditionem cauſſæ principalis procedat, prout solet etiam, vbi pendente cauſſa petitorij daretur de simplici spolio ad effectum suspendendi processum in principcli cauſſa, idque præsertim, vbi aliquæ feriæ instarent, vt citius cauſſa principalis expediri possit. Cassa. decis. 4. de cauſſa poss. & proprie. num. 5.

Imò istis temporibus, quando imminerent aliquæ magnæ feriæ, vtpote Natalis Domini, carnis priuij, Paschatis, vel messium, consueuit signatura non solùm arctare simili præfixione terminieos, qui iam commissiones super attentatis obtinuissent, sed etiam petentibus tunc commissiones super attentatis, vel etiam nullitatib. ac similibus (quibus solent rei cauſſarum expeditionem differre,) vsque ad nouas audientias denegare, idque ad cohibendam litigantium malitiam.

Generaliter verò vbi * sententia super attentatis ferretur, ex sui natura diffinitiua non est, sed

sed interloquutoria, Rota decis. 214. Nota, quòd sententia de sententia & re iud. & decis. 43. nota si attentata de officio iudicis in fi. omnibus in antiq. Quæ vera sunt, vbi attentata essentialia, quæ non concernerent possessionem, neque illius restitutionem, quo casu diffinitiua potius reputabitur sententia Aegid. 286. in materia vt lit. pen. qui tamen loquitur in casu, quo attentatorum reuocatio tenderet ad totalem possessionis restitutionem, nõ autem ad aliquem statum dubium, vel aliàs æreum, prout, in similibus fieri consueuit, & Milis verb. sententia, nu. 10. versi. sententia reuocationis attentatorum loquitur simpliciter, quando attentata sunt circa possessionem, sed dicit, quòd similis sententia reputabitur diffinitiua, quoad dispositionem, c. consti. de appel. lib. 6. Habet tamen omni casu vim diffinitiuæ, & pro ea de stylo Ro. Cur. consueuerũt taxari expensæ pro registro, pro procuratore, sollicitatore, aduocato, & alijs, prout diffinitiua, & pro notula sententię notario quãtum pro diffinitiua, Milis verbo attentata versic. fi. incip. attentatorum sententia. Rota decis. 99. in no. fiat condemnatio de sententia, fructibus, & expensis.

Et cùm suprà dixerimus actorem hoc iudicio debere probare non solùm innouationem, sed etiam litispendentiam innouationis tempore, nõ ignorabis, quòd & si aliàs lis ob eius duntaxat contestationem initium habeat, capit. ex parte
13 el. 2. extra de verb. signi. quo * tamen ad hunc effectum, vt lite pendente nihil in nouetur, speciàliter cautum est, litem ab ipsa citatione inchoari, si modò talis sit, per quam reus plenè instrui

potuerit

potuerit de his, super quibus ab actore conuenitur, clem. fin. vt lite penden. Quæ tamen qualitas vt citatio sit talis, per quam citatus possit instrui de his, super quibus ab actore conuenitur, dispensante stylo non desideratur, vbi quis apprehenderetur præsens in Rom. Cur. quia tunc sola citatio per cursorem per cędulam, prout fieri solet, inducit quoad omnes effectus veram litis pendentiam, Rota decisi. 29. in no. clem. 2. vt lite pen. & quod dixi ab ipsa citatione quatenus attinet ad partem rei, intelligas à die, qua citatio ad eum peruenisset. i. vel stetisset per eum quo minus perueniret, tex. in d. clem. fin. vt notatur, & sic ab exequutione citationis erit litis pendentia quo ad reum, qui tamen exequutionis euentus non expectabitur in actore, quia quoad ipsum, cùm primùm decretum citationis obtinet, introducitur litis pendentia, quoad effectum nostrum, vt lite pendente nihil innouetur. Aegid. conclus. 545. si pendente inquisitione vt lite pendente in finialibus verbis, Staph. car. 44. prima facie & à tergo, Rot. decis. 425. in antiq. Nota, vt lite pendente de citatio. & decis. 459. in eisdem. Nota clem. 2. de citatio. & decis. 75. in no. dicitur vt lite penden. & de attenta. & rationem diuersitatis ibi affert Collector, quia actor est certus de commissione impetrata, & de citatione decreta, & qui certus est, non est amplius certiorandus, cap. ab excommunicato de rescript. & capit. eum qui, de reg. iu. in 6. & quia plerunque lis per alios inchoata ad alios non citatos extenditur, vtpote se liti offerentes, & ad eam pro eorum interesse venientes, in istis solam admissio ad prosequutionem causæ idem

19

operatur,

operatur, quòd citatio exequuta in alijs, idque siue hæc admissio fiat à papa absque alio iudicis ministerio, per viam gratiosæ surrogationis, etiam quoad litem in statu & terminis, in quibus defunctus reperiebatur, Cassad. decis. 1. vt lis penden. nisi fortè Papa in gratia non aliàs surrogaret, sed mandaret surrogari, quia isto casu iudicis ministerium ad litis introductionem, quo ad surrogatam desideraretur. Cassa. ibid. num. 5. vel nisi fortè surrogatio etiam quo ad litem esset, non ad surrogati instantiam, sed motu proprio Papæ facta, quia similis admissio non facta ad instantiam partis non argueret notitiam litis in surrogato, prout non argueret etiam in surrogatione gratiosa vt suprà, ad instantiam partis si modò surrogatio quoad litē nō simpliciter nec purè, sed euētualiter in euentū litis fieret, qua ratione solent cauti curiales, quādo similes surrogationes impetrant, non facere mentionem, nisi euentualiter, vt suprà Cassa. deci. ij. vt lite pend.

Cæterùm * vbi lis fuisset super beneficio introducta, faceret litem non solùm super titulo & proprietate beneficij, sed etiam super possessione, Cassad. decis. 9. num. 3. de cau. poss. & proprie. & sic respectu vtriusque. Quod procedit etiam si causa fuisset super iactationibus & molestationibus introducta, si modò molestationes narrētur super beneficio, secus verò si super possessione tantùm, quia isto casu sola possessio esset litigiosa, prout esse consueuit, quando causa simpliciter super possessione introduceretur, nec aliàs istis casibus lis ad proprietatem beneficij extenderetur, Cassad. d. decisio. 9. de caus. poss. & proprie. numer. 8. 10. & decis. 4. numero

1. vt

extenderet, vtpote ad possessionem tantùm, tũc effectus essent, vtpotè quòd non impediretur ordinarius conferre beneficium occurrente illius vacatione, nec obstaret dispositio, capi. 2. vt lite pend. in 6. Cassad. decis. 4. vt lite pend. etsi beneficium de iure patronatus esset, non prohiberẽtur patroni præsentare, qui aliàs lite pend. super beneficio, ac illius proprietate præsentare non possent, Cassad. decis. 3. numero 2. eodem titu. & vbi lis fuerit semel introducta, quia* secundum canones, qui in Rom. Cur. attenduntur, nullum est ad litem finiendam tempus præfixum, c. penultim. de iudi. non finiretur tempore, nisi fortè tantùm esset, quod de iure satis esset ad præsumendam litem habitam prò derelicta, qua in re variauit Rota secundum casuum & hominum qualitates, Cassa. decis. 5 vt lite pend. vsq; ad fin. & vbi lis de possessione tantũ esset, quæ solo prætendentis animo pẽdet, facilius præsumeremus litem pro derelicta, vbi per tot annos actor nihil fecisset, quæ de iure satis essent ad præsumendam obliuionem possessionis iuxta text. in l peregre, ff. de acq poss. Cass. d. decis. 5. nume. 4. versic. secus in amissione possessionis, & extra istum casum lis plurifariã finiretur, & sic etiam legis prohibitio, ne quid ea pendente innouaretur, vtpote per sententiam, quæ res esset iudicata, l. causas, C. de transact. c. 1. de litis contesta. in 6. vbi etiam glo. Rota decisio. 411. in no. si lite penden. an curia vt lite pend. versi. si authoritate id haberet, &c. Milis verbo lite pend. versic. lite penden. quod litigantem non finitur lis. Cassad. decis. 5. nu. 2. vt lit. pen. Staph. car. 164. à tergo, vbi etiam vult, quòd lis semel, vt præmitteretur,

25

rem iudicatam finita, per restitutionem in integrum sùscitaretur, quod tamen intelligas post obtentam restitutionem & non prius. Item finiretur per renunciationem seu cessionem litis &
26 caussæ, l. postquam liti. C. de pactis, imò * per similem cessionem non solùm summoueretur lis de medio, sed etiam abdicaretur ius à parte, etiam quòd cesserit liti & caussæ tantùm, & nihil expresserit quoad cessionē iuris, idque siue profana, siue spiritualis caussa esset, Rota decis. 677. in antiq. Dic quòd de cessione lit. & caussæ. Denique finiretur etiam per mortem ciuilem, vel naturalem litigantis. Cassa. decis. 3. nu. 6. vt lite pend. Quod tamen intelligo quoad reum possessorem, qui pro fine litis non indiget, nisi quòd molestia actoris cesset, secus verò quoad actorem agentem contra alium possessorem, quia isto casu non esset lis finita quoad ipsum, ideò debet litem prosequi contra interesse putantes vsque ad finem, Cassad. decisio. 1. de sententia &
l re solet sibi l dari processus per audientiam contradictarum contra eos, Cassad. qui alios concordantes allegat decis. 6. vt lite penden. in princip. & si omisso simili processu iret ad possessionem beneficij etiam vacuam reuocaretur ab eo veluti attentata non ad instantiam eius, qui in ius & locum defuncti successisset, sed ex mero iudicis officio, Rota dicta decisio. 411. in no. vbi etiam habes, quòd licet ab ipso reuocaretur possessio veluti attentata, non tamen daretur simili surrogato, sed Rota retineret eam apud se vsque ad finem litis, reddit rationem, quare fieret hæc reuocatio, ex quo ille qui fuit, surrogatus, nullū habere potest interesse in iure possessionis,

sessionis, quam nunquam habuit, & respondens tacitæ obiectioni dicit satis sua interesse, vt iste actor, qui lite pendente se in possessionem intrusit, remoueatur à possessione, & sibi de fructibus non respondeatur, vt in euentum victoriæ in causa principali reperiat rem vacuam & fructus inesse ab aliquo non occupatos, quæ tamen reuocatio possessionis remedio attentati non daretur, vbi non actor, neque alius collitigans se in possessionem defuncti, sed tertius se intrusisset, contra quem esset via ordinaria procedendum, & aliàs succurreretur sibi prout Rota ibidem in fin. docet, & vbi post sententias se intruderet, sententiæ huiusmodi contra alium possent cõtra ipsum exequutioni demandari, prout infrà proximo titulo de exequutione rei iudicatæ dicemus.

ANNOTATIONES.

Prohibet.) *Notissima est iuris regula, quod * appellatione pendente nihil innouandum sit. vt ff. nil nou. appell. pen. & secus si factum fuerit, remedio attentatorum, quàm primum reuocandum est, cap. non solùm de appella. in 6. l. appellatione, C. eod. tradit Rot. decis. 185. si pars, in no. quod tamen cum moderamine intelligendum erit. si appellatio legitima fuisset, aliter enim esset, si ea inualida declaretur: quia tunc attentata neutiquam reuocantur. Rota decisio. 357. Nota, quòd attentata in antiq. & Aegid. concluf. 239. in causa, d. Gulielmi. Item nec attentata reuocantur, quando deserta est appellatio. Rot. decis. 1. in no. & Aegid. concl. 420. Sed quoniam hæc regu. plures patitur exceptiones quas longum esset recensere, videbis eas apud Soc. in suis fall. in reg. 21. qui septem recenset, & Corset. in singu. Appellatio, vbi alias septem, quarum quinque diuersæ sunt ab illis Soc. quas omnes & alias etiam Roman. in sing. 161. egregiè* 2 27

prosequitur. Catel. Cot. in memorab. in verbo Appellatione, & latius Auctor hic, & Franc. Nicon. in rep. capit. quoniam contra in gl. vlt. nu. 12. cum seq. Affl. in c. fin. numer. 35. quo temp. mil. in vsib. feud. Paris. consi. 28. nu. 22. & seq. lib. 2. & Petr. Due. in reg. 42. vbi 23. fall. ponit, & latius Mar. in praxi, in 6. par. in ver. appellatio, num. 163. cum seq. * sed
28 & si huiusmodi attentata, de quibus suprà, per viam attentatorum reuocari minimè queant, attamen via ordinaria nullitatis reuocari possunt, vt à Franco docetur in c. consuluit, 2. & c. sæpè, col. 10. de appell. & Gomes. in reg. de triennali. q. 54. Insuper & iudicis officio reuocari possunt, Rota decis. 14. in no. & Aegid. concl. 623. Processus cum seq. Sed
29 illud non omittam, quòd * necesse est, vt attentata reuocentur appellationem iudici atque aduersario notificatam fuisse aliàs iudex si innouet, innouata non reuocantur, Butr. atque Imo. in cap. vlt. colum, item vlt. vbi quoque Fran. de appel. Quod tamen limitat idem Franc. in c. bonæ, col. 13 in 9. con. clus. eo. tit. cui consentit Maran. in praxi, in 6. par. vers. Appellatio, num. 392. locum habere in appellatione iudiciali, non autem extraiudiciali, in qua attentata reuocantur, etiam si appellatio notificata fuerit minimè. Sed hoc sanè intelligas, vt in extraiudiciali, attentata solum ea reuocentur, quæ sunt contra appellationem, secus in attentatis post ap-
Com. opi. pellationem iudicialem, quæ simpliciter reuocantur, & ea communis opinio, quicquid nonnulli contrà dixerint, vt Dec. testatur in c. bonæ, nu. 15. in 12. diff. de appell. Et vsq; adeo *
30 hoc attentatorum remedium priuilegiatum est, quòd contra agentem reuocari attentata, excommunicatione exceptio opponi non potest, ita dixit Dec. cons. 200. col. vlt. cuius est consectator Maran. præcitato loco nu. 393. Nec etiam excep-
t o proprietatis, Card. in d. c. bonæ, col. 3. Nec quoque spolij exceptio, vt per Affl. decis. 98. nu. 4. & ibi nu. 3. dicit quòd
31 * donec attentatorum causa pendet, procedi in negocio principali non potest. Cæterùm * si attentatorum priuilegia, quæ
32 quàm

quàm plura sunt scire cupis, Francum consulas in d.c.bonæ. Sed aduertendum est, quòd & si multa extent priuilegia, attentata tamen (nisi parte citata) reuocari non possunt, vt Fran.eò loci.quē sequitur Dec.d.cons.200. Nic.Ant.Grau.

Secus verò.) *Adde tex.in c.ex literis,& Abb.ibi,nu.* b
4.de matri.contr. interd.eccl.cont. & in c.cùm teneamur in 1.not.appell.& Felin.cons.13.nu.3.

Veluti.) *Vide omninò Fran.in c.personas,de appel.&* c
Maran. citato superius loco,nu.194.vbi multa congerit,& post Francum octo modos dandi dilationē tradit prosequere vt ibi.Vide Rot.decis.94.in no. Et vbi * *debitor fugæ effe-* 33
ctus est suspectus, quod pendente etiam lite capi possit,& sic innouari.Adde Marc. Bauer.in tract. de mora.in 3. par. §.condescendo,nu.13 & Rip.in ca.1.num.88.de iudic.apud quem regulam cum 11. ampliat. & octo limit. declaratam videbis.Nicolaus Anton.Grauatius.

Vel si lata sententia.) *Idem est, in marito,qui* * *in* d
possessione,siue quasi matrimonij esset, quod iure non vale- 34
bat, non pendente lite prohiberi potest, ne cum vxore rem agat,tex.est sing.secundum Batr.ibi,nu.5.in cap. laudabilē, vt lit.pend.& Rom.sing. 411. Ad id verò, * *quod dicitur,* 35
appellatione pendente iudicem prouidere posse, ne possessor in sua turbetur possessione. Adde pulchrè Staphi.de grat. & expect.§ citatio personalis,numero 15. & 16. vbi quid iudex si pendente lite possessionem reformet,attentare non dicitur,& Socin.cons.45 colum.3.in fin.lib.1.

Idem si peterentur.) *Adde Affl.decis.354. nu.20.* e
declarantem,quòd * *& si remedium attentatorum contra* 36
tertium minimè locum habeat,tamen si tertius ipse innouās à parte contradicente causam habuerit, attentata per ipsum reuocantur,idemque etiam Afflict.censet,si non à parte,sed à iudice causam habuisset,quod & Franc.voluit in c.bonæ, col.3.de appel.Nic.Ant.Grauat. f

Quamobrem.) *Huic illud affine est, quòd* * *iudex* 37

37 appellationis ab interloquutoria inhibere non debet, nisi prius super appellationis iustitia caussæ cognitionem adhibuerit, aliàs inhibitio nullius erit efficaciæ, vt proditum est à Specu. in titu. de appell. §. de officio, versi. sed quæritur, pro est tex. in c. Romana, §. si verò, & §. si autem vbi Gem. de appell. in 6. & Felin. in c. dilectus, 2. pen. col. de rescrip. In-
38 super * dicta inhibitio, vt valida sit, parte citata fieri debet, vt consultus Are. respondit consi. 20. colum. pen. vers. circa secundum, & cons. 34. colum. 3. & Alexand. 91. colum. pen. libe. 2. & iterum consi. 9 lib. 4. idemque in l. Titia in fin. ff.
Com. opi. solu. matrim. vbi hanc opinionem à Doct. crebriore calculo receptam esse affirmat, & in l. 4 §. condemnatum, ff. de re iudic. & Ias. in l. si opus, num. 6. ff. de nou. oper. nun. & de cōmuni etiam opinione meminerunt Bernar. à Luco in reg. 365. & Ias. in l. nec quiquam, num. 31. ff. de offi. procons. Nicol. Anto. Grauatius.

g Duplici via? Duobus * modis attentata reuocari posse,
39 Cardi. docuit in c. dilecti, 3. de appell. vno scilicet iudicis officium principaliter implorando, altero verò accessoriè appellationem prosequendo. Qua de re vide Affl. decis. 351. Nicol. Ant. Grauat.

h Ante conclus.) Adde Franc. in c. dilecto, 3. col. 2. de
40 appel. & ibi * nonnullas tradit limit. quando attentata, non reuocantur, vnde etiam Rot. decis. 518. nota, quod in antiq.

i Vtpote.) Vide Afflict. decis. 98. in fin. & Franc. in ca. bonæ de app. & si non sint, qui hac in re contrarium velint, vt Afflict. ibi testatur.

k Verum.) Adde Abb. in c. tua in fin. & in d. c. bonæ, de appell. volentem, quòd attentata reuocantur absque ordine iudiciario, ex cuius aliorumque interpretum dictis, formulam procedendi in attentatis habebis, & eundem etiā Abb. legas in c. ex parte colum pen. de rescript. Franc. in c. consuluit, 2. de appellat. Rot. decisio. 765. sciendum est, quòd si in
41 antiq. & Afflict. decis. 351. nu. 2. vbi ait, quòd * attentatorum

rum iudicium est summarium, quæ * attentata an prius diluenda sint, quàm negocium principale, idem Affict. tradit, deci. 98. numero 3. & latius decisio 131. vbi concludit, quòd attentatorum caussa non impedit, quò minus in caussa principali procedi non possit, cui decisio. DD. cameræ Imperialis subscripsère, teste Ioachi. Mynsig. in singu. observ. in cent. 3. observ. 33. quicquid Aretin. & Ias. aliter sentientes dixerint in l. naturaliter, § nihil commune, ff. de acquir. possess. De quorum attentatorum materia, vide Guid. Pap. decis 212. cum seq. & decis. 436. num. 12. & 90. & 111. Et illud quoque notabis, quod Cardin. scribit in d. c. bonæ, colum. 3. ver. not. ex textu, quòd is, qui * appellatione pendente attentauit, tenetur fructus restituere, etiam medio tempore perceptos à die interpositæ appellationis. Nicolaus Anton. Grauatius. 42 43

Solet sibi.) Vide Rot. decis. 129. in al sentia, in antiqu. & 144. & in caussa in no. & Aegid. conclus. 310. & 615. quibus in locis praxis Romæ Curiæ habetur, quòd lite pendente, controuertentium aliquo à curia recedente, vel decedente, contra illum (prius tamen hoc summariè constito) processus per audientiam contradictarum decernitur. Nicolaus Grauatius. 1

De exequutione rei iudicatæ, expensarum taxatione, ac fructuum liquidatione.

CAP. VLI.

SVMMARIVM.

1 Actio iudicati, vel in factum ex re iudicata conceditur.

2 Iudicis officium in exequutione rei iudicatæ potius postulandum, quàm via actionis agendum, & num. 24.

3 Exequutio rei iudicatæ summatim facienda

nulla q3 iudiciorum obseruatione adhibita.

4 Iudices delegati in citatione rescriptum suum iurisdictionis inserere debent.

5 Debitores, quib pœnis olim affligebãtur, & quomodo aduersus eos hodie procedatur, & nu. 21.

6 Debitoribus actione personali cõdemnatis datur quadrimestre tempus ad soluendum.

7 Executio trium sententiarum conformium, vbi peteretur, quid Signatura seruare solet.

8 Termini in caussa appellationis quatuor sunt.

9 Executio sententiæ ad quem iudicem spectet, & quid regulariter Signatura rescribere soleat.

10 Sententiæ executio fit ex sententia confirmante, non autem confirmata, & nu 31.

11 Iudex executionis expensas taxat, sequestrum (si quod esset) relaxare facit, fructus liquidat, & alia de quibus hic.

12 Rescriptum siue cõmissio, non firmat iurisdictionem, neq; probat, nisi parte ad opponendum citata.

13 Verbum constituo, importat partis citationem.

14 Citatio fit ad videndum taxari expensas, & de ipsius formula limit vt nu 35.

15 Iuramentum parti defertur post expensarum taxationem à iudice factam.

16 Literarum executorialium formula.

17 Fructuum ad restitutionem condemnatus potest negare eos recepisse, vel opponere, se in Ecclesiæ vtilitatem conuertisse.

18 Excommunicationis formula contra eum, qui rei iudicatæ non paruit.

19 Tur-

19 Termini, contra non parentem rei iudicatæ, qui seruari soleant.

20 Brachij secularis auxilium petitur, quinimò & præcipitur ab ecclesiastico, vt sibi præstetur, & num. 40.

21 Excommunicationem contemnentes, qua pœna plectendi sint.

22 Excommunicationem negligens per annum de hæresi non mediocriter suspectus est, & nu. 42.

23 Sententia nulla exequutionem non meretur.

24 Sententiæ exequutionem petere officio iudicis, est melius quàm via actionis.

25 Sententiæ exequutionem petens, an teneatur omnia acta producere?

26 Citatio partis an requiritur in exequutione sententiæ?

27 Exequutio, nõ facta seruata forma, l. à diuo Pio, §. in venditione quando valeat.

29 Appellatione deserta, iudex à quo potest sententiam exequi, absque alia pronunciatione iudicis ad quem.

30 Appellationem esse desertam, quis iudex pronunciabit, à quo, vel ad quem.

31 Sententia ex confirmante, an ex confirmata agere debeamus.

32 Iudex ex officio debet pronũciare appellationem esse desertam.

33 Sententia super desertione appellationis, vel causa, vel quòd non liceat tertiò prouocare, licet sit interloquutoria. habet tamen vim diffinitiua.

34 Citatio per edictum est exorbitans, & ideo non

conceditur, nisi quando tutus non est locus.

36 *Expensarum taxatio, quo casu non est facienda, sed condemnatio in omnibus expensis?*

37 *Fructus quomodo extimentur.*

38 *Fructuum appellatione, qui veniant.*

39 *Fructus intelliguntur deductis expensis.*

40 *Iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem secularem ad praestandum sibi auxilium.*

41 *Iudex secularis, an teneatur stare processui facto per ecclesiasticum, & quid è contra.*

43 *Excommunicatus perdurans per annum in excommunicatione, beneficio priuari potest.*

44 *Haeresis caussa, si quis excommunicatus fuerit, elapso anno pro conuicto habetur.*

a NON prodesset a in causis iusdici, inter partes & sententias ferri, nisi is, qui sententiam obtinuisset, valeret ius dictum in sua caussa, ac sententiæ exequutionem consequi, argum. cap. cum aliquibus extra de sentent. & re iud. Proinde lex omnibus, pro quibus lata

b esset sententia, b quæ valida sit, & quæ per appellationis vel restitutionis remedium non sit suspensa, exequutionis auxilium impartitur, l. 1. & l. fin. C. de exequutione rei iudic. & l. si cum nulla, ff. de re iud.

1 Et quamuis * lex nobis ad hoc actionem iudicati, seu in factum, (quę ex re iudicata descendit) concedat, ea ratione, quòd litigatores iudicio quasi contrahere dicantur, & is, cum quo lis fuit, propter condemnationem sententiæ ex quasi contractu conueniri possit, l. licet, §. antep. ff. de peculio, cuius ex iudicato actionis pluribus in

locis lex meminit, præcipuè in l. in iudicati. ff. de re iudica. l. fin. C. de vsuris rei iudica. l. actori. C. de rebus creditis. Admonet * tamen nos Specul. a
vt exequutionem rei iudicatæ non aliàs via actionis, c sed iudicis potius officio postulemus tit. c
nostro de exequutio. sent. §. 5. incip. breuiter in *princip.*

Quamobrem * in exequutionis petitione no- §
uo non erit opus processu, quasi iam ante cognitum sit, id quod petitur, debitum esse, & licet de rebus, in quibus exequi deberet, esset controuersia, de ea summatim cognosceret nullo admisso libello, nullaque iudiciorum obseruatione adhibitis, l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudica. Specul. vbi suprà, etenim ex litibus lites ferendæ non sunt, l. quidam, ff. si cer. peta. Imò voluit sacrum palatium quòd exequutor *d* sententiæ, non teneatur citare partem ad exequutionem faciendam, nisi velit, per c. de cætero de re iudi. & not. in cap. pastoralis de offic. delegat. & citationes, quæ fiunt, sint potius abundantes, quàm necessariæ, & quasi extraiudiciales pro summaria informatione habenda de fructib. & alijs in articulo exequutiuo cognoscendis, vt in l. à diuo Pio, §. si super rebus, ff. de re iudica. & ista ratione in citationibus similis exequutionis non solet desiderari tanta solennitas & expressio, & præsertim quòd inferat rescriptum suæ facultatis & iurisdictionis, prout * in alijs delegatis requireretur, iuxta cap. præterea de dilatio. & clemen. 2. vt lite pend. Rota decisio. 355. in no. si exequutor trium conformium, de sententia & re iudica. d

Quæ tamen intelligo, vbi exequutio contra eũ qui

qui condemnatus esset in sententia, peteretur, e secus, si contra alium in casibus, in quibus de iure fieri posset, aduersus regulam iuris communis. Res inter alios acta, alteri obesse non debet, l. sæpè, ff. de re iudic. c. quamuis, cap. cùm super eodem titulo, vtpote, quòd possessio de qua ageretur, lite pendente, vel finita per sententias ad eum peruenissent, quo casu lex etiam contra istiu tertium sententias cum alio latas exequeretur, imò solet dari commissio, vt intruso lite pend. possint exequutoriales literæ intimari non aliàs cognito, an sit intrusus lite pendente, Staph. literis car 169. à tergo in principio, versic. datur talis commissio, esset enim hæc qualitas intrusoris lite pendente, vel finita post sententias intentio eius, qui pro exequutione instaret, & ad illius probationem arctaretur, aliàs non obtineret, Rota decis. 477. in no. supposito de probatio. & de re iudi. & super hoc plena causæ cognitio definderabitur, l. fin. C. si per vim vel alio modo, cap. licet de præbend. el. 2. & propter istam personæ mutationem, erit hæc quasi nouæ litis inchoatio, l. cùm quæritur, ff. de exequutione rei iudic. quæ tamen intelligas parte opponente & contradicente, nam si peteretur ex priori processu contra ipsum exequi, validè procederetur, & exequutio fieret contra eũ per l. 1. ff. de feriis, & not. ibidem, & in c. fin. extra eod. tit. & in clem. sæpè, de verb. signifi. Rota decis. 479. in no. Si sententia de senten. & re iud. & decis. 19. in vltimis primus in data, num. 4. versi. nunquid.

f Et licet f Gellius lib. 20. c. 1. testetur, confessis
s * & conuictis de debito datos esse triginta dies ad qræ rendam pecuniam, intra quos si non fece-

rint

rint solutionem contracti æris alieni, facta est manuum iniectio, & neruo ac compedibus vincti sunt, legibus tamen Romanis nusquam comperi, hunc vinciendorum debitorum morem satis receptum & expressè permissum, nisi fortè huic arrideret tex. in l. 1. §. generaliter, ff. de pœnis, vbi lex iubet eum, qui constitutam pœnam pecuniariam non soluisset, affligendum esse corpore, vel huius rei argumentum sumeremus ex l. 1. C. qui bo. ce. poss. vbi lex inquit, effugi carcerem per bonorum cessionem, immò quia inhumanus quidam mos creditorum inualuerat, quo duri creditores consueuerant debitores suos in priuatis domibus tenere, & non minus, quàm iumenta in eorum ergastulis eos laboribus exercere, cùm nec humanitatis ratio, neque publica tranquillitas exigerent hoc permitti, l. non est singulis, ff. de regu. iur. non solùm prohibuerunt leges inhumanum hunc morem, l. ob æs, C. de actio. & oblig. verùm etiam nouissimo auth. iure constitutum fuit, vt creditor, qui hoc facere ausus fuisset, ius crediti amitteret, & insuper tantundem debitori suo pendere cogeretur, auth. vt nulli iu. &c. §. quia verò.

Amplius lex debitoribus compatiens expressè prohibuit, ne quis ob publica debita in carcerem conijceretur, l. nemo, C. de exactio. tribu. lib. 10. & alibi vt debitores, qui soluendo non essent, aduersus creditorum duritiem atque sæuitiam aliquo pacto posset esse succursum, cessionis bonorum, vel quinquennalem induciarum alternatiuum remedium indulsit toto tit. C. qui bo. ce. poss.

Quòd si tanta fuit profanæ legis pietas, vt quan-

quantum audisti, voluerit debitori, vt carterem effugeret esse occursum, mirum non est si Rom. Cur, quæ Ecclesiastica est, vbi quis pro exequutione rei iudicatæ instaret, condemnatum primoneat, & censuris Ecclesiasticis compellat, vt pareat sententiæ, antequam ad manuum iniectionem, quam vocant inuocationem auxilij brachij sæcularis, procedat, quia secundum canones, vltimum & subsidiarium est remedium, capit. cùm non ab homine de iudi. cap. 2. de malefi. Oldrad. consil. 89. Episcopus inuocat, cuius rei ratio duplex esse potest, nempe pietatis (de qua suprà diximus) alia verò à rei denominatione & vocabulo deprehẽdi potest, nam si vbi manuum iniectio necessaria est, Ecclesia auxilium brachij sæcularis inuocat, alienum quippe auxilium & opem inuocare videtur, vt indignum videretur, vt Ecclesia alienum auxilium inuocaret, nisi prius iure suo & censuris ecclesiasticis, quæ militantis Ecclesiæ fulmina sunt, vsa fuisset. Qua ratione videmus, quòd vbi in patrimonio Ecclesiæ temporalis, & inter subditos eiusdem patrimonij ageretur, si is, qui exequutionem peteret, paupertatem allegaret, Signatura consueuit quandoque petentem exequutionem à via censurarum longiori, & magis dispendiosa dispensare, & dare quòd loco literarum exequutorialium, quæ sunt duntaxat monitoriæ, vt inferius dicemus. Iudex mandatum exequutiuum, quo ad manuum iniectionem peruenitur, decernat ea ratione, quòd hoc casu Ecclesia pro manuum iniectione alieno non indigeat auxilio, quod tamen non passim concedit Signatura, sed duntaxat vbi de re prophana, & non graui, vel etiam vbi

vbi de re spiritua li actum fuisset, de expensis tamen esset duntaxat exequendum', prout semper euenit in exequutione sentẽtiæ absolutoriæ pro reo, & vtroque casu is, qui exequutionem peteret, paupertatem allegaret, redditque se in hoc semper signatura difficilem.

Imò hac monitione canonica, quæ continetur in literis exequutorialibus, ac censuraria compulsione huiusmodi vtitur Rom. Cur. non solùm, vbi actione personali quis cõdemnatus esset, quo casu lex ciuilis non statim exequitur iudicatum, sed *quadrimestrem dilationem sibi indulget ad 6
soluendum, aut præstandum id, quod per sententiam solueret, aut præstare iussus esset, l. a. C. de vsu rei iudic. verùm etiam vbi reali actione quis condemnatus extitisset, quo casu lex regulariter condemnato nullam dilationem concedit, neque pro re, quam tradere iussus esset, neque pro fructibus, in quibus condemnatus fuisset, §. & si in rem instit. de offi iud. & circumscripto hoc legis discrimine inter condemnatum actione personali, & actione reali, solet sacrum palatium quemlibet ipsorum, antequam exequatur, prius per literas exequutoriales monere, cum dilatione triginta dierum ad parendum sententiæ sub censuris & pœnis, & aliàs prout in formula literarum exequutorialium inferius videbis.

Solemus igitur in palatio, multò magis coram alijs iudicibus delegatis Roma. Cur. vbi pro exequutione rei iudicatæ instamus, commissionẽ obtinere, qua signatura de exequutione rescribit, & quidem variè iuxta factorum contingen-

tias,

tias. Nam si res iudicata prætenderetur, quia sententia appellabilis non esset, vtpote si in propria no possessorio iudicatum fuisse vigore Aegidianæ constitutionis, de qua suprà titu. de appell. Amplius loquuti fuimus, consueuit signatura rescribere de exequutione, non aliàs precisè, sed cum clausula conditionali, quatenus Aegidianæ constitutioni locus sit, vel alijs casibus, quatenus exequutioni locus fiat.

Quòd si appellabilis esset sententia, victor tamen rem prætenderet iudicatam, & solet distinguí, aut quia nullo modo adpellatum, & signatura isto casu rescribit simpliciter, vt iudex exequutionis exequatur, nisi fortè exequutio non eidem iudici, qui pronunciasset, sed alteri etiam eius in officio successori demandetur, dum tamè persona mutaretur, quo casu non aliàs præcisè de exequutione rescriberet signatura, sed cum clausula conditionali, constito de re iudicata, & ratio subesse videtur, cum maiore studio explicetur exequutionis petitio apud alium iudicem, quàm apud eum, qui iudicauit, nimirum ignorantia rei ab alio in iudicio gestæ.

7 Qua ratione idem fermè seruari solet, vbi exequutio vigore trium cõformium petereretur, cùm enim hic petitor exequutionem velit, non solùm vigore sententiæ à iudice exequutionis latæ nempè vltimæ, verùm etiam aliarum præcedentium, quæ ab alijs latæ sunt, nec propterea possit iudex vltimæ sententiæ & exequutionis de existentia ac etiam de conformitate triũ sententiarum se informare, nisi aliqua causæ cognitio adhibeatur, solet signatura hoc casu rescribere, sub alia conditionali clausula, constito de

tribus

tribus cõformibus, cui consueui ego addere hæc verba, vel aliàs de re iudicata, vt pinguior sit cõmissionis continentia, contingere enim posset, quod tres essent sententiæ, non tamen omnes exequibiles, sed altera tantùm. Finge, quòd reus, contra quem exequutio trium conformium peteretur, allegaret, & comprobaret aliquam ex eis nullam esse, nullitas tamen inferret non solũ nullitatem illius sententiæ, quæ nulla diceretur, sed etiam appellationis aduersarij à præcedente sententia, quæ propterea remaneret res iudicata, veluti si nullitas sententiæ proueniret à defectu mandati eiusdem procuratoris, qui à præcedente sententia appellasset, vel appellationem fuisset prosequutus, vel si succedanea sententia nulliter lata fit, appellans tamen à præcedente sententia non custodisset tempora instantiæ appellationis suæ à dicta præcedente sententia, etenim sententia nulla non facit perire instantiam Barto. in l. si quis in conscribendo, columna fin. in C. de pactis, & si appellans à prima prætendit sequiorem nullam, debet custodire tempora appellationis à prima, aliàs ob non legitimam infra tempora appellationis prosequutionem, prima res iudicata remaneret.

Verùm si vigore alicuius sententiæ, à qua aliquo modo fuisset appellatum, exequutio peteretur, quia victor prætenderet, vel appellationem non fuisse validè interpositam, vel si validè, non tamen infra legitima tempora prosequutam, & cum istis casibus de veritate vtriusque præsuppositis aliqua causæ cognitio sit necessaria, an videlicet appellatio validè fuerit interposita, vel infra legitima tempora prosequuta,

appellans audiri possit, & si iustam habuisset impedimenti caussam, illam afferre consueuit signatura alio modo rescribere videlicet, quòd seruatis terminis in articulo exequutiuo huiusmodi de stylo ac obseruantia sacri palatij seruari in litis, iudex ad exequutionem procedat, termini

8 * autem solent esse quatuor, ad docendum scilicet de appellatione ac eius legitima prosequutione primò pro prima, item pro secunda, item pro tertia, denique etiam pro quarta dilationibus, quorum locum quandoque etiam signatura dare consueuit, vt præfixo vnico breui & peremptorio termino ad docendum de appellatione ac eius legitima prosequutione, quo elapso & nihil quod releuet docto, iudex exequatur, prout suprà diximus titu. de terminorum obseruatione in articulo exequutiuo versi. *Quandoque* etiam euenit, vt latis vna vel duabus *sententijs*, antequam tertia feratur, vsque ad finem, quæ

8 practica hanc vtilitatem affert, g quia per eam euitat is, qui pro exequutione instat excapite desertionis necessitatem pronunciationis iudicis super desertione, à qua de iure daretur appellatio, & sic res in infinitum iret, & lites breuiori via amputatur.

9 Sed dices * ad quem iudicem exequutio rei iudicatæ pertinebit, qua in re cõmunis est Theorica relata per Barto. in l. præcipimus, §. *officijs*, C. de appellat. quam sequuntur omnes in l. eos, C. eodem titul. & canonistæ præsertim Io. Monach. Archid. & Gemin. in cap. Romana, §. fin. de appella. in 6. & Franc. in cap. ex ratione, colum. antepenult. versicu. sexto quæritur extra eodem titul. quod si sententia confirmatur tempore, vt

quia

quia infra legitima tempora non appelletur, vel emissa appellatio non prosequatur, tunc exequetur idem iudex, qui sententiam promulgauit, l. si contra minorem, & l. quoniam nonnulli, C. de appellat. authent. ei qui. & l. fin. §. illud etiam, C. de temp. appellat. & ista procedunt tam *in prima*, quàm in secunda sententijs, idque etiam si appellationis iudex pronunciasset causam non prosequutæ appellationis desertam, Archid. in dict. cap. Romana. §. fin. eodem titul. libr. 6. sequitur Bald. in authent. si quis litigantium, C. de episcop. audien. Geminia. in cap. Romana, §. fi. versicu. in fin. gloss. ibi versicu. si verò iudex de appellat. in 6. *b* quandoquidem sententia super desertione interloquutoria est, & ex ea nulla oritur actio vel obligatio ad dandum vel faciendum, sed mera lapsi temporis est declaratio, gloss. in cap. cùm dilectus circa fin. suprà de electio. Bald. in l. eos, C. de appellat. colum. 3. Bart. in l. diuo Pio circa finem principij, ff. de re iudica. Franc. in capit. ex ratione, colum. antepenult. versicu. sexto, quæritur extra de appell. si verò non tempore, sed expresso partium consensu confirmaretur sententia, vtpote quia litigatores ab appellatione recederent, & isto casu appellationis iudex exequetur, l. tale pactum, §. qui prouocauit, ff. de pactis, vel saltim vterque iudex exequi poterit, Bart. in d l. præcipimus, §. officijs. Quod si non tempore neq; partium consensu, sed alia iudicis appellationis cõfirmatoria prima confirmetur sententia, & idẽ iudex, qui confirmauit, exequetur. Geminia. in dict. capit. Romana, columna antepenultima in fin. gloss. ex quo quando prima sententia fuit

per secundam confirmata, agitur ex sententia confirmante, & non ex confirmata, d.l. præcipimus, C. de appellat. Bald. in dict. l. eos, colum. 3. num. 19. versi. porrò illa quæstio in prin. ibi, sed quæ est ratio, C. eodem titu. nisi fortè confirmaretur à iudicis appellationis, vbi iam esset à iure confirmata, vtpote ob lapsa tempora, iuxta d. l. si contra maiorem, l. quoniam nonnulli, C. de appellat. authent. ei qui, colum. fin. §. illud, C. de temp. appell. esset enim hoc casu confirmatoria iudicis appellationis potius abundans, quàm necessaria, & ex superflua pronunciatione iudicis ad quem, non deuoluitur ad eum exequutio, Bald. in l. pen. in fin. C. quorum appellatio, Fran. in d. c. ex ratione, colum. antepenult. versicu. sed dubitatur, pone, extra de appellat. Idem si non confirmaretur temporis lapsu, nec partium consensu, nec denique iudicis confirmatoria, sed per infirmationem secundæ sententiæ, quæ eam reuocabat, si nullo addito, vel mutato, si verò aliquo addito vel mutato vterque iudex, scilicet, qui primam protulit, & qui secundam eius reuocatoriam infirmauit exequi poterit, Geminia. in d. c. Romana, §. fin. col. fin.

In hac varia iuris communis dispositione, mos Ro. Cur. aliàs fuit, vt is, qui rem iudicatam prærenderet, habitis à iudicibus sententijs ac expensarum taxatione non adiret aliter *signaturâ* iustitiæ, neq; iudices, qui sententias *promulgarunt* pro illarum exequutione, sed in audientia Papæ contradictarum compareret, & productis sententiarum instrumentis, alter ex procuratoribus eiusdem audientiæ conducebat, qui reuisobus eiusdem audientiæ conducebat, qui reuiso processu causæ, vniuersam illius historiam in

audien-

audientia recenſebat, & pro exequutione intimabat. Audientia verò vbi omnia intellexiſſet, ſi proceſſum ac ſententias non probaſſet, vel rem iudicatam, prout prætendebatur, non comperiſſet, conſueuit litigatorem ad iudices, vt melius vel vlterius ageret, remittere. Quòd ſi proceſſus ac ſententias nouiſſet ritè ac rectè latas, ac rem iudicatam extare, ſolebat hæc audientia literas exequutoriales apoſtolicas victori ad partes decernere & concedere, ſub Pontif. nomine ac plumbo ſedis ſigillo, quibus mandabant exequutoribus in partibus, vt proceſſus & ſententias huiuſmodi debitæ exequutioni demandarent, cum clauſula contradictores & rebelles quoſcunque cenſuris, & alijs pœnis eccleſiaſticis cõpeſcendo, inuocato etiam ad hoc ſi opus fuerit auxilio brachij ſæcularis, quartum vigore exequutores in partibus, præuia monitione ad parendum ſententijs & rei iudicatæ, vbi parere recuſasent, vel negligerent, ad ſolitas cenſuras & pœnas, & denique ad inuocationem auxilij brachij ſæcularis procedebant.

Sed hodie / antiquato præſcripto vſu, ſolent litigatores, vbi rem iudicatam pertendant, omiſſa via Audientię contradictarum, adire ſignaturam iuſtitiæ, & petere, vt exequutio rei iudicatæ iudicibus, qui merita cauſſæ nouerunt, delegetur, vt ſententias, ac rem iudicatam exequantur, & literas exequutoriales decernant, prout inferius, & quoad perſonam exequutoris, ſi varia eſt, prout ſuprà audiſtis, iuris communis diſpoſitio in committendo exequutionis articulo, minus poteſt obſeruantia Signaturæ in hoc eſſe vniformis. Regulariter verò conſueuit Signatura exe-

exequutionem committere eidem iudici, qui eã sententiam promulgasset, cuius exequutio postulatur, iuxta tex. in dict. l. si contra maiorem, & in l. quoniam nulli, C. de appella. & ind. auct. ei qui, & in l. fi. §. illud etiam, C. de temp. appell. & in auth. de appel. & appella. & infra quæ tempora, §. 1. idque etiam si à sententia huiusmodi appellatum fuisset, dum tamen causa appellationis non reperiatur alteri iudici cõmissa, quia tunc signatura non consueuit de exequutione rescribere, nisi ad iudicem appellationis, idque ea ratione, quòd ex quo iurisdictio fuit semel ad eum per commissionem appellationis deuoluta, licet prætendatur desertio, & per eam iurisdictio reuertatur ad primum iudicem, vt notatur in l. eos. C. de appella. Articulus tamen desertionis est dubius, & ratione istius dubij iudex appellationis remanet iudex, & habet cognoscere de desertione, & an sua sit iurisdictio, cap. sua nobis extra de appell. & licet sententia super desertione ex stylo Rom. Cur. vt suprà diximus, prætermitti soleat, cùm tamen de ea per saltum cognoscatur & ratione istius cognitionis, iudex ad quem remaneat iudex, solet isto casu signatura articulum exequutionis iudici ad quem committere, cum clausula tamen seruatis quatuor terminis in similibus seruari solitis, vel præfixo illorum loco aliquo breui & peremptorio termino vt suprà.

Et si appellationis causa reperiretur iam alteri commissa, si modò expediret ei, qui pro exequutione instaret, petere exequutionem coram iudice à quo, daret Signatura aliam commissionem iudici ad quem directam, qua rescriberet, quòd

quòd seruatis dictis quatuor terminis, seu vnico illorum loco, vt suprà, præfixo inhibitionem suam, si modò inhibuisset, moderaretur, & causam ad iudicem à quo remitteret. Arridetq; hæc obseruantia Signaturæ iuri communi magis, quàm proxima, ex quo de iure, vbi desertio verificetur, iurisdictio reuertitur ad iudicẽ à quo, vt in d.l.eos, C. de appel.

Vbi non iudici ad quem committenda esset exequutio, sed iudici à quo, & plures essent veluti si duo latæ fuissent sententiæ, & prima fuisset per secundam confirmata, consueuit signatura committere exequutionis articulum non primo iudici, sed secundo, qui primam sententiam confirmauit, idque ea (vt opinor) ratione k quia *isto casu ageretur ad exequutionem non ex sententia confirmata, sed ex confirmante secundum veram opinionem, quam Bald. attestatur communem in d.l.eos, colum. 3. num. 2. ver. porrò illa quæst. in princ. ibi, sed quæ est ratio, C. de appell. Qua ratione idem seruatum est etiam, vt vbi exequutio trium conformium peteretur, vt videlicet committatur iudici, qui vltimam confirmatoriam sententiam promulgauit. k 10

Generalis veròac communis dispositio similis commissionis exequutoriæ, qua vtimur in hac specie, solet esse, qua iudex * exequutionis omnes & singulas expensas pro oratoris parte factas taxet & moderetur, sequestrum, si quod extaret relaxet, ac relaxationis instrumentum decernat, fructus liquidet, ac sententiam & omnia in ea contenta, tam contra victum aduersarium, quàm omnes alios & singulos intrusos & intrudendos debitæ exequutioni demandet, & p præ- 11

missis omnibus & singulis in sententia contentis literas exequutoriales ad partes etiam per edictum publicum constito summariè & extraiudicialiter de non tuto accessu, intimádas sub excommunicationis alijsque censuris & pœnis ecclesiasticis decernat, & in euentum non paritionis, censuras & pœnas huiusmodi eosdem incurrisse declaret, aggrauet, reaggrauet, & interdictum ponat, inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis, literasque desuper oportunas & necessarias suo sub sigillo decernat, quæ perinde arctent, ac si sub plumbo expeditæ forent, cõstitutionibusq; & ordinationibus apostolicis, cancellariæ regulis illa præsertim, qua caueri dicitur, vt similes literæ aliàs, quam sub plũbo expeditæ nullius sint roboris, vel momenti, cæterisq; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscunque. Ideoque dicere solemus omnes & singulas expẽsas taxet &c. per præscripta verba vniuersalia, non tamen indefinitè, per verba expensas tantùm, vt videatur magis expressum de taxatione expensarum, non solùm coram eodem iudice factarum, sed coram alijs præcedentibus iudicibus, quas aliàs sine simili speciali mandato taxare non posset, Rot. dec. 734 in antiq. Nota, quòd quando sit taxatio de taxatione expensarum. Item dicimus literasque desuper oportunas suo sub sigillo decernat, & superius enunciatæ regulę derogamus, quia officiales Cancellariæ apostolicæ, per quorum officium literæ exequutoriales, vt suprà, sub plũbo expediri solebant, vbi vidissent nouum hunc litigatorum vsum, euitando viam audientiæ contradictarum, pro exequutione habenda consueuerunt,

uerunt, vt ius solutionũ suarum eis saluum esset curare apud pontifices pro tempore, vt inter alias constitutiones & regulas cancellariæ suæ hanc quoque ediceret, vt literæ exequutoriales aliàs, quam sub plumbo expeditæ uullius essent roboris, vel momenti, & propterea litigatores oportuit adinuenire hoc derogationis remedium, vt obstaculum contrariæ regulæ summouerent, qua in re adeò se facilem præbuit & præbet Signatura vt illam supplices iure quasi præscripto obtinere soleant. Denique dicimus, etiam per edictum publicum intimandas, constito summariè, &c. de non tuto accessu, *l* quia hæc via intimationis per edictum publicum non permittitur, nisi in isto speciali casu, quando ad eum, cui intimatio fiẽda foret, tutus non daretur accessus ex indulto Bonifa. 8. in extrauag. vnica, Rem non nouam de dolo & contu. & requiritur summaria & extraiudicialis saltim iudicis informatio, per tex. in cle. 2. de iudicijs, Rot. decis. 252. Dic, quòd in c. dudum, 203. Dic, quòd citatio omnibus in antiq. titu. de cita. Staph. car. 158. quo casu, quid testes deponere habeant, vidimus suprà titulo de citatione extra cu. §. quod si & titu. de exequutione citationis ad partes decrete.

Addo, quòd si pro fructuum liquidatione nõ haberes fortè testes in promptu in Roman. Cur. præsentes, & expediret tibi eos in partibus recipi, & examinari, solet signatura in articulo exequutiuo & in eadem commissione, qua de exequutoriabibus rescribit, rescribere etiam vt exequutionis iudex vices suas aliquibus probis viris, in partibus in dignitate ecclesiastica nihilo-

minus constitutis, subdeleget, qui in articulo liquidationis huiusmodi testes & alias probationes recipiat, & receptos ad se remitat, instrumétumque subdelegationis huiusmodi suo subeodem sigillo decernat, non tamen præcisè, sed eius arbitrio, per quam subdelegationem subleuatur is, qui exequutionem peteret, ab impensa expeditionis remissoriæ, licet (vt opinor) posset iste probationes per super exequutores literarum exequutorialium in partibus recipi, & ad curiam transmitti per tradita in dec. 403. in no. fuit dubitatum de offi. deleg. versic. contra hanc meam opin.

Impetrata siquidem præscripta commissione exequutoria, & iudici, cui dirigitur præsentata,
m *m* ex quo * commissio nõ firmat iurisdictionem
12 neque probat, nisi parte citata ad opponendum, gloss. Barto. in extrauag. ad reprimen. super verbo de plano, quom. in crimin. læsæ maiest. proc. poss. Aegid. concluf. 38. Rom. cons. 519. Cassad. decis. 7. de appellat. in fin. verbis consueuimus in palatio citare aduersarium ad dicendum contra commissionem vltimo loco præsentatam, in qua citatione & si fortè fieret contra absentem à Roman. Cur. & non per nuncium siue cursorem, quo casu suprà titul. de introductione causæ in Rom. Cur. contra præsentem diximus, rescripti insertionem clem. 2. vt lite pen. non esse necessariam, minus erit similis commissionis exequutoriæ insertio necessaria, Rota decis. 355. in no. si exequutor trium cõformium de senten. & re iudi. reproducta hac citatione, si commissio non præcisè rescriberet, & sub aliqua ex his, quas suprà diximus conditionalibus clausulis, vtpote

vtpote constito de tribus conformibus, seu re iudicata, siue assertis, aliasúe simili, quia ista clausula »tanquam ablatiuus absolutus inducit conditionem, Bartol. in l. 1. col. fin. ff. de cond. & demon. consueuimus in primis purificare istam conditionem, & docere de re iudicata, seu tribus conformibus, vel denique de alijs assertis per repetitionem actorum, si ex eisdem actis posset constare, sin autē per alias exteriores probationes. idque parte citata, quoniam * verbum constito, præsertim in iudicialib. imporeat partis citationem, gloss. in clemen. præsenti verbo constiterit de censibus, Rota decis. 683. in antiqu. Dico, quòd si in aliqua commissione de commis. & citatio. & sequenti, vbi idem dicitur de verbo, si repererit, licet secus de verbo, si inuenerit Aegid. conclus. 179. Auditor de offic. delega. Staph. car. à tergo in fi. ver. secus fortè si in commissione cum seq.

Et si commissio daret, quòd seruatis quatuor terminis de stylo palatij in articulo exequutiuo seruari solitis, vel aliàs essemus in casu, in quo seruandi essent, vel eorum loco daretur termini præfixio, solet is, qui pro exequutione instaret, seruare hanc telam, vel quatuor terminorum ad docendum de appellatione, ac eius legitima prosequutione. primò pro prima, deinde secundò pro secunda, tertiò pro tertia, & deniq; quartò pro quarta dilationibus, prout suprà titul. de terminorum obseruatione docuimus, vel si commissio exequutoria dispensaret ab hac terminorum obseruatione, & daret, quod illorum loco vnicus terminus præfigeretur, vt supra, solet victor citare aduersarium, ad videndum

bi

bi præfigi terminum iuxta formam commiſſionis, & citationis hora adueniente, iudex terminum præfigere ſemper ad ſecundam, & mandare, vt intimetur aduerſario.

o Hiso peractis, vbi iuriſdictionẽ iudicis exequutionis, vt ſuprà firmauerimus, & ſeruata fuerit tela iuxta ſuos caſus (vt ſuprà diximus) neceſſaria, vſus palatij eſt, vt alia * citatio fiat, tenoris infraſcripti. Citetur N. ex aduerſo principalis, vel procurator, ſi cum procuratore lis tractetur, ad videndum taxari, & moderari omnes & ſingulas expenſas pro parte infraſcripti inſtantis in hniuſmodi cauſa habitas & factas, & literas exequutoriales iuxta formã eiuſdem commiſſionis decerni, & ſi fortè extaret ſequeſtrum, in eadem citatione addere ſolemus, ad videndum relaxari ſequeſtrum, & inſtrumentum relaxationis decerni. Quæ citatio poteſt fieri ad primam diẽ, ac etiam per totã, prout temporis neceſſitas vrgeat, & adueniente hora ſimilis citationes, patronus eius, qui pro exequutione inſtat, cedulam deſignationis omnium expenſarũ dictat, cuius formulã habes in ſæpius citato formulario procuratorum Ro. Cur. eis qui inſtat, data relatione curſoris, cedulam deſignationis expenſarum porrigit, & præuia partis petitione, iudex illas taxat & moderatur, & eodẽ contextu, ſequeſtrum, ſi extat, relaxat, ac relaxationis inſtrumentum, nec non literas exequutoriales pro omnibus in ſententia contentis ſub ſolitis cenſuris & pœnis eccleſiaſticis decernit, iuxta formam commiſſionis, p & quia * de iure poſt iudicis taxationem, defertur iuramentum parti, vel eius procuratori, quod tantum & vltra

14

p
15

fuerit

fuerit in cauſſa expenſum, glo. in cap. 1. de elect. in 6. verbo docuerit & expenſarum taxato, non ſubſequuto ſimili iuramento, eſſet de iure nulla, capit. cùm veniſſent, extra de eo, qui mit. in poſſ. de ſtylo ſacri palatij defertur hoc iuramentum in ipſa expenſarum taxatione petenti taxari expenſas, & licet non apparenter. Notarij tamen cauſſarum actuarij eiuſdem ſacri palatij in extenſione huius termini taxationis expenſarum, ſemper extendunt hoc iuramentum tanquam deferri & præſtari ſolitum, prout etiam faciunt in extenſione aliorum iuramentorum de more palatij deferri & præſtari ſolitorum, vtpote de calumnia in termino ſubſtantiali ad hoc ſeruari ſolito, vel in ſupplementum ſemiplenæ probationis in termino ſententiæ, ratò enim hæc iuramenta apparenter & ſolenniter deferuntur in palatio, quia Patres præſupponunt procuratores ſacri palatij viros eruditos & tales, qui benè ſciant, quòd in iſtis actibus, in quibus iuramentum præſtari ſolet, per ſolam traditionem cedulæ relationis curſoris, vbi de iuramento fit mentio, & noſtro caſu per exhibitionem cædulæ deſignationis expenſarum præſtatur iuramentum.

Formula * autem ſeu continentia literarum exequutorialium, quibus hodiè vtimur in palatio, eſt quòd exequutionis iudex per literas exequutoriales huiuſmodi ſcribit ad omnes iudices Principes ſæculares & perſonas Eccleſiaſticas & publicas, vtpote tabelliones necnon ad curiæ cauſſarum Cameræ apoſtolicæ generalem auditorem ſcribit, eiſdemq; ſub excommunicationis & alijs pœnis Eccleſiaſticis præcipit, vt quo- 16

quotieſcunq; pro inſtantis parte fuerint requiſiti, ſeu alter eorum requiſitus infra ſex dierum ſpatium, quorum duo pro primo, duo pro ſecũdo, & duo pro tertio peremptorio termino eis præfigit, debeant videlicet Eccleſiaſticæ perſonæ prędictæ condemnatum aliosque intruſos & intrudendos auctoritate apoſtolica monuiſſe, quatenus infra triginta dierum ſpacium poſt monitionem huiuſmodi, quorum decem pro primo, decem pro ſecundo, & decem pro tertio peremptorio termino, ac monitione canonica aſſignat eidem inſtanti, vel eius procuratori legitimo, omnibus & ſingulis in ſententia contentis parere, quæ per extenſum exprimuntur, idq; tam quoad rei poſſeſſionẽ & ad expenſas, quàm etiam quoad fructus, etſi vſq; in eam diem non fuerint liquidati, vſus enim palatij permitti, vt non ſolùm iudex generaliter condemnet victum in fructibus perceptis abſque alia quantitatis liquidatione. Sed etiam exequutor poſſit in exequutione ſic generaliter monere ad reſtitutionem fructuum, etſi adhuc non liquidatorum, Rota deciſione 183. in no. ſicut de ſententia & re iudicata. Quòd ſi ſic moniti infra præſcriptam triginta dierum dilationem ſententijs, vt præmittitur parere recuſauerint, vel ceſſauerint, eiſdem perſonis Eccleſiaſticis præcipit, vt eoſdem monitos publicè denuncient excommunicatos, etſi poſt denunciationem huiuſmodi excommunicationis ſententiam per ſpacium decem dierum ſuſtinuerint, eaſdem cenſuras aggrauent, i. reiterent & innouent, maiori tamen cum ſolennitate, vtpote pulſatis campanis, candelis accenſis, & poſtea extinctis, ac in maledictionis

ctionis signum in terram proiectis,& alijs,quas omnes recensere ociosum esset, quòd si ijsdem vt præmittitur,moniti,denunciati, & aggrauati præmissa omnia per alios decem dies sustinuerint,eosdem processus & censuras reaggrauent, i. reiterent & innouent, ac omnes Iesu Christi fidelibus etiam familiaribus, affinibus & seruientibus eorundem commercium cum præfatis excommunicatis eis sub eisdem censuris & pœnis interdicant,etsi excommunicationem, aggrauationem & reaggrauationem huiusmodi per alios decem dies sustinuerint, omnes & singulas Ciuitates,Castra, Oppida, Loca Villas, Ecclesiastica collegia, & parochiales aliasque Ecclesias,sub quibus, & ad quas præfati sic moniti degunt, & perueniunt, quamdiu ibi fuerint, Ecclesiastico supponant interdicto. Quòd si denique interdictum huiusmodi per alios decem dies passi fuerint,ex quo gladius spiritualis non suffragatur,auxilium brachij secularis inuocent & requirant,prout in formula literarum exequutorialiũ huiusmodi latius continetur,quàm apud vulgatum formularium instrumentorum legere licebit.

Et quamuis iudex exequutionis in præscripta literarum exequutorialium formula subdeleget vices suas exequutoribus in partibus, vt moneant condemnatum, aliosque intrusos ad restitutionem possessionis & fructuum ac expensarũm solutionem, verùm etiam ad declarandum & denunciandos eos excommunicatos in euentum non paritionis, & successiuè aggrauandum,reaggrauãdum, interdicendũ,& auxilium brachij secularis inuocandũ,nihilominus

mos

mos inoleuit in palatio, vt exequutores in partibus duntaxat literas exequutoriales condemnato ac intrusis intiment & primam partem ipsarum literarum duntaxat videlicet, & antedictæ monitionis canonicæ ad parendum rei indicatæ infra triginta dierum terminũ exequãtur, & vbi literæ exequutoriales fuerint legitimè intimatę non procedatur ad vlteriorem exequutionem coram dictis exequutoribus, sed habita relatione legitimæ intimationis earundem literarum, reproducantur literæ vnà cum relatione intimationis in curia coram auditore exequutionis iudice ad effectum procedẽdi ad vlteriorem exequutionẽ, Staph. car. 169. à tergo in prin.

17 Et licet * victus fuerit condemnatus in fructibus & pro eisdem quoque in literis exequutorialibus monitus, cùm tamen generaliter tãtum poterit, nihilominus ipse in hoc exequutionis articulo negare se fructus huiusmodi percepisse, vel opponere, quòd eos in vtilitatem beneficij conuertisset, si modò hoc infra terminum triginta dierum sibi datum, vel saltem antequã declaratoria sentẽtia contra ipsum proferatur, allegauerit, Rota decisione 183. in no. sicut Auditor de sententia & re iudica. & decisio. 158. licet reus de renun. in no. Bald. consilio 99. 5. volum. & propterea is, qui exequutionem etiam pro fructibus peteret, in hoc exequutionis articulo probare debet victum fructus percepisse & quot, nec posset pro fructibus, post antedictam exequutorialium intimationem, ad declaratoriam aliaque prædicta procedere, nisi habita à iudice de fructibus liquidatione, quam Auditor q debet facere taxando fructus non multi-

q plicatos

plicatos in vnica summa, sed fructus singulis annis tantum valuisse, prout docet Rota decisione 337. in no. Auditori de rescript. & de appella. sequitur Staph. car. 175. & à fructuum liquidatione condemnatus poterit etiam appellare, & signatura solet causſam appellationis huiusmodi committere. Crederem tamen hoc casu, quo liquidatio fit in exequutionem sententiæ, appellationem emitti debere, non ab ipsa liquidatione, sed ab eius excessu, & licet non defuerint, qui isto casu voluerint expressionem excessus, satis non esse in genere, nisi quantitas quoque exprimeretur. Abb. in capit. quoad consultationem column. final. de re iudica. receptior tamen est contraria sententia doctorum ibidem in præallegato capit. quoad consultationem, & alijs locis communibus & finito vel prętermisso liquidationis articulo, solet is, qui pro vlteriori exequutione, instaret reproductis literis exequutorialibus, & illarum exequutione, parte citata ad dicendum contra & videndum iurare testes super illorum recognitione, testes super recognitione inducere, & exinde seruatis quatuor terminis in simili argu. declaratoriæ de vsu sacri palatij seruari solitis, ac eisdem etiam ex abundanti, in vim innocentianæ, vel specialis commissionis ad hoc impetratę vnicis contextu & audientia reiteratis, sententiam declaratoriã excõmunicationis petere & obtinere, quæ semper in scriptis ferri consueuit & sub formula infrà scripta.

Per* hanc nostram declaratoriam sentẽtiam quam de dominorum Coauditorum & G. Ferimus. in his scriptis, pronunciamus, &c. quẽdam 18

Meuium assertum clericum aduersarium ob nõ paritionem literarum exequutorialium contra eum ad instantiam nobilis viri domini Sempronij de, & super certis, canonicatu & præbenda Ecclesię Segobiensis & illorum occasione decretarum excommunicationis ac alias sententias, censuras, & pœnas in eisdem literis exequutorialibus contentas incurrisse, eundemque excommunicatum publicè denunciandum, & ab omnibus euitandum fore, & esse, prout denunciamus, ac euitari mandamus, literasque declaratorias desuper oportunas decernendas fore, prout decernimus, dictumq; Meuium in expensis &c. condemnandum fore & esse, prout condemnamus, quarum taxationem nobis in posterum reseruamus.

87 Termini * autẽ in hoc articulo declaratoriæ ob nõ paritionem literarum exequutorialium de stylo sacri palatij seruari soliti sunt, qui sequuntur, videlicet:

Ad docendũ se paruisse literis exequutorialib.

Primò pro prima,
Secundò pro secunda. } Singuli ad primã diẽ.
Tertiò pro tertia,
Quartò pro quarta,

r Lata r denique declaratoria sententia, ac literis desuper oportunis relaxatis, dantur cursori, qui illas affigat, & publicet in locis solitis, & à die publicationis huiusmodi expectatur aduersarius sic excommunicatus per decem dies, quibus elapsis, si adhuc cesset rei iudicatæ & literis exequutorialibus parere, & excommunicationis sententiam indurato corde sustineat, ad vlteriora contra ipsum vsque ad brachij sæcularis inuo-

inuocationē, modo quo inferius dicemus, procedi tur cum interuallo decem dierum inter singulos infrascriptos terminos seu actus à singulorum publicatione.

Ad videndū se aggrauari, } Singuli ad primā,
Ad vidēdum se reaggrauari, } vel etiā per totā
Ad videndum interdici, } cū interuallo tamen decē dierum
Ad vidēdum brachium sæculare decerni. } inter vnū & alium à singulorū publicatione.

Exinde ſſuper * inuocatione auxilij brachij ſ
sæcularis literæ expediuntur, quibus iudex exe- 20
quutionis apostolicus auctoritate apostolica omnes & singulos Principes sæculares cuiusuis dignitatis & præeminentiæ etiam si imperialis existant, veluti exequutores iustitiæ monet & requirit etiam excommunicationis & alijs pœnis & censuris Ecclesiasticis, excepto Imperatore, quem in hoc dūtaxat adhortatur, vt quotiescunque fuerint pro parte victoris requisiti contra aduersarium exequantur in personam, & sic detineatur, donec omnibus & singulis in sententijs & literis exequutorialibus contentis, victori integraliter satisfecerit, vel in bona, seruato tamen ordine, vt prius capiantur mobilia, deinde immobilia, & postremò ad nomina & iura perueniatur, l. à diuo Pio, §. in vendicatione, §. vtrum, & §. penultim. ff. de re iudi. quibus adhortationibus, monitionibus, & iussionibus, si paruerint, vel parere paratos se exhibeant, victor habebit intentum, si verò recusent, vel cessent, si victor ad Romanā Curiam reuer-

tatur cum relatione requisitionis suæ procederet Roma. Curia contra Dominos temporales huiusmodi, ad declaratoriam censurarũ & pœnarum in literis inuocationis auxilij brachij secularis contentarum, parte volente & instante, & camera apostolica reproductis literis inuocationis brachij sæcularis, ac instrumento requisitionis dominorum temporalium ad illarum exequutionem, vbi Patribus cameralis audietiæ visum fuerit dominos temporales sic requisitos recusasse, vel saltim cessasse in postulata exequutione, solent victo vtpote in casu denegatæ iustitiæ repræsalias contra subditos illius domini temporalis & literas oportunas desuper victori manu regia concedere. Quæ repræsaliæ quibus casibus, qualiter concedendæ sint, & à quibus, habes a Bart. in tract. suo repræsaliarum, ad quem semper poteris, vbi opus erit, recurrere.

12 Et* si aduersarius censuras tanto tempore sustinuisset, vt propter nimiam eius cõtumaciam videatur insurdescere, solet Signatura dare commissionem, vt fructus aliorum beneficiorum, quos ipse in alijs locis obtineret, sequestrarentur, donec literis exequutorialibus cõtra ipsum emanatis paruisset, argumen. text. in capit. quoniam frequenter in fin. vt lite non contestata, & in l. Fulcinius, §. ff. ex quibus causs. in poss. ear. Staph. car. 176. prima facie, Imò isto casu quia aduersarius propter insurdescentiam & censurarum neglectum, esset de hæresi non mediocriter suspectus, fieret contra ipsum locus fisco, & Signatura iustitiæ daret commissionem iudici ordinario Ro. Cur. vt constito sibi summariè & extra-

extraiudicialiter quantum sibi sufficere videbitur, quòd aduersarius sit de insurdescentia diffamatus, procedat contra ipsum veluti de hæresi suspectum, & monitorijs ad personaliter comparendum, seq; à præmissis expurgandum compareat, & quod plus est, darentur etiam contra ipsum via gratiosa literæ priuationis beneficiorum, & in forma iuris ad priuationem seruatis seruandis procederetur. Reliqua mi Pellee, quæ ad vsum iudiciorum sacri palatij attinent, quæque plurima sunt, ego aliàs, vbi maius ocium nactus fuero, ad te interim in foro adultiorem ea omnia veluti solidioris cibi scribam, nisi fortè tu meo exemplo, longa regestorũ lectione, quæ sola mihi in hac arte vera fuit pędagogia & diutina fori versatione, hac præsertim monstratione nostra adiutus à te ipso (vt facilè spero, acceperis, meque ab hoc munere exemeris.

ANNOTATIONES.

Non prodesset.) *Frustra nempe sententiæ proferrentur, si eæ debitæ exequutioni non demandarentur, capit. quoad consultationem de re iud. not. Accurs. in rubr. C. de exequ. rei iud.* a

Quæ valida.) *Sententia * inualida exequutionem non meretur, l. 4 §. condemnatum, vbi Bart. Alex. Ias. & alij ff. de re iud. Ang. in l. 1. ff. nil nou. appell. pend. & tradit Ass. decis. 283. nu. 1. & decis. 28. nu. 9. & rursus decis. 39. numer. 6.* b 23

Sed iudicis.) *Altero * de duobus modis, vt hic, exequutionẽ sententiæ peti posse, declarat etiam Andr. ab Iser. in consti. reg. Neap. dilationes, ibique admonet, melius esse officio iudicis exequutionem petere, illa certè ratione, quia hinc nec libellus, nec litis contestatio requiritur, quod secus esset, quando iure actionis peteretur, & huic opinioni* c 24

consentit Alex.cons.50.col.3.libr. 2. Cæterùm te monitum
25 esse velim,quòd* qui exequutionem petit nedum sententiam, sed acta exhibere tenetur, nisi biennium transactum fuisset, quia tunc solam producere sententiam sufficeret,ita Bald.docuit in l.1.C.ne lice.tert.prono. Quæ quidem exequutio sententiæ caussa summaria dicitur,l.à diuo Pio,§.super rebus,vbi Doct.ff. de re iu. Bart.in l.litibus,col.pen.C. de agri.& cens.lib.11.& Lanfr.in cle.sæpè,in 13.conclu. de verb.sig.Quod tamen cum temperamẽto intelligas, vt Bal. declarat in l.1.§.is videtur, prope fin. ff. si quis ius dic.non obtemp.habere locum, quando contra exequutionem nulla opponitur exceptio.

d Quòd exequutor.) Ita exequutione* sententiæ fa-
26 cienda,an partis citatio requiratur, à Doctoribus in varias sententias itum est.sed tu Alex.videas in d.l.à diuo Pio,§. in venditione,col. antep. Dec. cons.97.& Maran.in praxi, in fin.nu.16.& seq. vbi per conclusiones rem hanc bellissimè declarat,& Afflict.etiam legas decis.157.in fin.& 396.
Com.opi. nu.9.atque Gomes.in reg.Cancell.de subrog.collit.quæst.4. versic.ratio est,vbi post Alex.citato loco testatur, communem esse opinionem,quod sententia, quæ in iudicatum transiuit,exequutioni absque aliqua partis citatione mandatur, ibique de stylo Rotæ meminit, quòd cùm literæ exequtoriæ expediuntur,in eis apponitur clausula,quòd propria au-
Com.opi. ctoritate possessio capi possit,quem tamen stylum sanè intelligas, vt auctoritas hæc concessa videatur, si in possessione capienda aliquem resistentem non inuenerit,& est communis opinio teste Ias.in l.iustè possidet,num.13.ff.de acq.poss.
27 Sed an valeat* exequutio pro pecuniario debito, quæ non fuit facta seruata forma,dict.l.à diuo Pio,§. in venditione, scilicet, vt primò mobilia, deinde immobilia capiantur,& aliàs vt ibi.Doct.hac in re in varias sententias dissecti sunt, vt ex Ias.eo loci liquet,numer.10.tamen communis est opinio,quòd valeat,vt Ias.ibi testatur,quamuis ipsi displiceat.

Sed

Sed proculdubio cõmunis cõclusio procedit in causis, in quibus sola veritate inspecta proceditur vigore legum municipalium, tunc etenim virtute illius clausulæ, exequutio nequaquã revocatur, licet ordo minimè fuerit seruatus, vt prodiumest à Bal. in c. tuæ, vt lit. non contest. Rom. in l. non solùm, ff. sed probari. ff. de ope. nou. nunc. & Ias. præcitato loco. Nicol. Anton. Grauat. Com. opi.

Secus si.) Adde Bal. cons. 149. lib. 3. vbi ait, aduersus tertium in iudicio minimè nominatũ, exequtionem fieri nõ posse, conferunt ad hoc etiã, quæ ipsemet Bal. atq; Imo. scribunt in l. si binæ, ff. de iniust. rup. & irr. test, & idem Bald. in l. si pro te, in fin. C. de dotis promis. Nico. Ant. Grauat. e

Et licet Gellius.) Et si in pandectis lex illa sit contra ũberatos homines durissima, de qua Gell. meminit, lib. 20. c. 1. non inueniatur, vt auctor hîc ait, tamen lege XII. tabularum, (vt Gell. breuibus rem perstringit) ita cautum erat. Quæ quidem titulo de re iu. in hæc verba erat scripta, veluti Aymmaris Rinaldus, & Oldendorpius rub. 8. n. cnõ Fran. Bald. in Com. ad leg. XII. tab. in l. 46. tradiderunt. Aeris confessi, rebusque iure iudicatis 30. dies iusti sunto, post deinde manus iniectio est, in ius ducito, ni iudicatum facit, aut quis pseudo eo iure vim dicit, secum ducito, vincito aut nervo, aut compedibus 15. pondo, ne minore, aut si volet, maiore vincito: si non volet suo vinito, ni suo vinit, qui eum vinctum habebit, libras farris in dies dato si volet, plus dato: in vinculis 60. dies habeto, inter eos trinis nundinis continuis ad prætorem in comitium producito, quantæq; pecuniæ iudicatus erit, prædicato, tertijs autem nundinis (si interea pacatus non sit) capitis pœnas dato, aut trans Tyberim peregrè venum ito, & si plures forent, quibus reus esset iudicatus, tertijs nundinis parteis secanto. si plus minusue secuerunt, sine fraude esto. Hæc erat lex, quam Phauorinus Philosophus duram & planè inhumanam iudicabat, & Sextus Cæcilius iurisconsultus defendebat, veluti fidei seruandæ gratiam la- f 28

tam, & his vt terrorem incuteret, qui à creditoribus pecuniam passim sumebant, nulloque restituendi animo per vinarias tabernas, atque lupanaria illam deinde perditissimè consumebant: & ob id sic duram legem latam fuisse, Sex. Cæcil. aiebat, hinc vinctos plures fuisse, dissectum autem esse antiquitus neminem atque legisse, inquit, neque audiisse. De qua lege, vt debitoris corpus inter creditores dividi liceret, meminêre Fab. Quintilianus III. Iustitionum lib. Alex. ab Alexandro in Genealibus lib. 6. ca. 10. Budæus eruditè loquens in annotationibus in pandectas tit. de in diem additione, & Couar. lib. variarum resolu. secundo, cap. 1. qui benè cumulateque hac de re scribit, & Hieronymus Magius in Miscellaneorum primo, cap. octauo. Liuius tamen in II. ab vrbe condita literis mandauit, quòd ex lege XII. tabularum debitores, qui non erant soluendo in temporariam seruitutem creditoribus suis, vt nexi addicebantur. Cæterùm mutatis temporibus, priscarum legum illa durities à Iurisconsultis atque Imperatoribus lenita fuit, vt obærati bonis deficientibus in carceres tradantur, quos si effugere velint, beneficium eis concessêre (& si illud flebile sit) cessionis scilicet bonorum, vt ff. de cessione bon. & C. qui bo. ced. poss. Nicol. Anton. Granat.

g Quia per eum.) Quòd à sententia, qua pronunciatur appellationem esse désertam appellari possit, placuit Franco in capit. ex ratione, colum. 23. versi. circa notum de appella.
29 & diximus supra lib. 6. capit. 3 sub litera G. Cæterùm * appellationis euitandæ caussa, cautius est, vt iudex à quo ad sque alia iudicis ad quem pronũciatione sententiam exequatur, vt Franc. ibi admonet. colum. antepen. in fin. & traditur à Bald. cons. 390. libr. 3. atque Ang. consil. 140. quos sequi-
30 tur Maran. in praxi, in 6. par. ver. Appellatio, nu. 190 Sed * operæpreciũ est scire, quis iudex à quo, vel ad quem pronunciabit appellationẽ esse desertã? breui sic dicẽdum erit, quòd si appell. ex nõ prosequutione deserta sit, & iudex, ad quem nunquam

nunquã aditus fuerit, iudex à quo suã poterit exequi sententiam, quinimò nec alia sibi opus est pronunciatione, ne materia (vt diximus) appellandi præbeatur. Quanquam si super desertione pronunciare vellet, vtile alio ex latere erit, quia appellantem ad expensas condemnabit, vt Abb. ait, in c. sæpè colum. 3. de app. Si verò iudex ad quem aditus fuerit, & coram eo appellatio introducta, dubio procul ad eum pronunciare spectabit, veluti Franeis. citato loco ait, col. 19. versicu. circa septimum, & tradunt Alex. & cæteri in l. præses, ff. de re iudic. & Felin. in c. ex parte, 2. col. 6. de rescript. Non tamen* hac facti specie, quando sententia confirmatur ex de- 31
sertione primæ per lapsum fatalium, ageretur ex ipsa sententia confirmante, cùm ea sit interloquutoria, neque actionem Com. opi.
pariat, sed ex prima ageretur, & est communis opinio, sicuti Ias. affirmat in l. res iudicata, num. 14. ff. de re iudic. & in l. à diuo Pio in prin. nu. 26. eo. tit. vbi etiam Alex. nu. 20. Secus tamen esset, cùm aliter, quàm ex desertionis capite, prior sententia per iudicem appellationis confirmatur, nam tũc ex illa confirmante, & non confirmata ageretur, vt in d. l. res iudicata, num. 11. auctor est idem Ias. post alios dicens etiam hanc opinionem communibus suffragijs receptam esse, vbi Com. opi.
quoque Ripa num. 15. Nec illud* in hac desertionis materia 32
è memoria excidat, quod Fran. annotauit in d. c. ex ratione, col. 20. ver. quoad secundum, videlicet necessarium non esse, quod à parte de ipsa desertione opponatur, cùm iudex ex officio appellationem esse desertam pronunciare possit, & debet. Nicolaus Anton. Grauatius.

Quandoquidem.) Quòd* sententia, quæ super deser- h
tione profertur, sit interloquutoria, necnon quando fatalia 33
lapsa fuisse pronunciatur, vel quòd non liceat tertiò pronunciare, proditum est à Bald. in l. 2. col. penul. in fin. C. de episc. aud. verũ sanè intelligas, quia licet sit interloquutoria, vim tamen diffinitiuæ sententiæ habet, veluti eò loci Bal. declarat, & ab ea appellari potest, Corn. cons. 14. & 262. libr. 4.

& diximus lib.6.c.3.sub lit.G. Nico. Anto. Grauatius.

i Sed hodie.) *Vide Compilatorem Form. vari. com.15. fol.15.col.1. & fol.21.col.2.*

k Quia iſto.) *Adde Bart. in l.præcipimus,§.officijs,C.de iudic.& quæ ſuprà diximus ſub lit. G.in fine.*

l Quia hæc via.) *Hucſpectant,quæ Mil.tradit in verbo*
34 *Citatio per edictum. Et meritò* quidem hæc citatio per edictum non conceditur,niſi tuus non ſit acceſſus, nam de iure exorbitans eſt, clem.1. de iudic.vt tradit Rota deciſ.223.ſi committitur in no.idcirco in Roma.Cur.nulli iudici per publicum edictum citare permittitur,niſi hoc à Pontifice ſpecialiter committatur,vt gloſſ.adnotat in d.clem.1.in ver.ſpecialiter.Quinimò Pontifex in mandato clauſulam apponere conſueuit,ſcilicet conſtito ſummariè de non tuto acceſſu. Rota deciſ.693. nota,quòd in antiq. & Felin.docet in c. quoniam frequenter,col.11. verſicu. pro practica d.cle. vt lit.non conteſt.traditur per Dec.conſ.140.nu.26.Ceſſad.deciſ.2.in ſi. de do.& cont.Vant.in tract de null.ſent. ex def.citat.num. 124.& ſeq.& Veſtrium ſuprà lib.4.c.3. vbi nos quoque adnotauimus ſub lit. E.*

m Ex quo.) *Hucpertinent, quæ ſuprà diximus lib.5. cap. 2.ſub litera A.*

n Tanquam ablatiuus.) *Adde Affl.deciſ.355.nu.3.& deciſ.188.nu. 5. Fallit tamen hoc,in ſubiecta materia repugnaret,vt Iaſ.explicat in rub.ff ſolut.matr.in poſteriore l.ſt. nu.20.apud quem aliàs quoque videbis fall.*

o His peractis.) *Vide Compi.Form.vari.commiſſo.15.*
35 *col.1.Sed limita,* quæ auctor hic tradit,niſi eadem die,qua lata fuit ſententia,expenſæ taxarentur: nam hoc themate in taxatione citatio aliter neceſſaria uequaquã eſt, vt pulchrè voluit Bald.in l.terminato,colum.2.C.de fruct.& lit.exp. cui Fran.conſentit in c.ſæpè,quæſt.13. de app.& ita intelligendus eſt Iaſ.in l.nequicquam,§.vbi decretum, nume.46. ff.de offi.procon.qui tenet in experſarum taxatione citatio-*

rem non requiri, aliter minus rectè loqueretur. Cæterùm hodie communi stylo nunquam taxatio eadem die fit. sed reseruatur vt in d. l. terminato, ideoque pars semper in ipsa expensarum taxatione citanda erit, veluti Doct. eo loci explicant, & Maran. in praxi, in 6. par. in verb. exequutio, nu. 21. Nico. Anto. Granatius.

Et quia.) Adde text. in auth. post iusiurandum, & auth. nouo iure, vbi Bart. Bal. Alexan. Ias. & reliqui scribunt, C. de iudic. limita, * quòd per auctorem hic & alibi per alios dicitur. scilicet expensarum taxationem per iudicem suo arbitrio faciendam esse locum habere, quando plenè expensas victor non probauit. secus verò, cùm eas verè erogatas fuisse pleno testimonio comprobauerit, nam tunc iudicem non eam expensarum taxationem, sed condemnationem facere oportet, & in omnibus vtique expensis ad teruncium vsque secuti à vincente legitimè probatum fuerit. Et si cùm ad plenum, quod expensum fuerit, probatur à prima facti specie differt, in qua iudex suo arbitrio prius expensas moderat, & deinde iuramentum præstat, vt in præcit. authen. & tunc victor omnes expensas non recuperat, quo casu grauatur, verùm hoc leuamen habet, quia suo statur iuramento, ita Doct. declarant in d. authen. & Ias. in l. properandum, §. siue autem alterutra, num. 25. C. de iudic. à qua quidem expensarū taxatione appellare licet, quando tamen modum in taxando iudex excesserit, aliàs minimè, vt proditum est à Bart. in l. ab exequutione, col. vlt. ff. de app. & Franc. in c. sæpè, 12. q. de appel. & tunc caussa excessus in appellatione exprimenda est, aliàs nullius roboris appellatio, vt eò loci Franc. ait. Quæ de re vide Iason præcitato loco & numero. Nicolaus Antonius Granatius. p 93

Quam auditor.) In hac re admonitum te esse velim, quòd * in fructuum extimatione non est vbertatis, aut sterilitatis ratio habenda: sed considerandum est, qui fructus communiter percipi solent. Bar. in l. cotē ferro, §. qui maximos in q 37.

quarta

4. quæstio ff. de public. & Accurs. in l. si iactum, ff. de actio.
38 empt. quibus adstipulatur Gram. decis. 76. num. 14. Et * qui veniant fructuum appellatione, vide textum in l. qui fundū, §. vlti. ff. de contrahend. empt. & in l. qui fundum, vbi Docto. ff. solut. matrim. Alex. & Ias. in l. diuortio. in princ. ille quidem, colum. 9. verb. in gloss. in versi. 4. his autem, col. 2. Rom. consi. 70. visis themate. penultim. col. Alex. consi. 181. in causs., col. pen. & vlt. libr. 2. Inno. in c. in literis, col. 1. de restitu. spol. & in rubric. de re iudic. in verbo nomine autem fructuum, & Pract. Papien. in form. libell. in actione reali,
39 in versic. simul cum fructibus in fin. Qui * quidem fructus deductis expensis sumptibusque factis intelliguntur per Accur. Bart. & Ang. in l. in fundo, ff. de rei vendic. Alex. & recentiores in l. fructus, per illum tex. ff. solu. matrim. Pau. Castr. cons. 239 super hoc, col. vlt. lib. 1. Aret. cons. 17. consideratis, col. 9. vers. intelligimus, & Fel. in c. ad nostram, col. 1. & 2. de iureiu. Nic. Ant. Grau.

r Lata denique) Vide Form. var. commis. col. 1.

s Exinde.) Auxilium brachij sæcularis à iudice laico de-
40 negari non debet, cùm illud per eccl siasticum petatur. Quin
Com. opi. imò * secundum communem doctorum opinionem, de qua meminit Alci. in c. pernicioſam, num. 123. de offic. ord. iudex eccleſiaſticus ſæcularem compellere poteſt ſub excommunicationis vinculo, vt ſibi auxilium præſtet. At è regione, vt
Com. opi. ſæcularis eccleſiaſticum cogere poſſit, communiter docto. non
41 admittunt, vt eò loci Alciat. declarat. Cæterùm * Ancha. conſi. 388. Retento, vbi latius rem hanc explicat, cum temperamento intelligit, quòd iudex ſæcularis eccleſiaſtico parere teneatur, auxiliumque præſtare, ſi tamen ſeruato iuris ordine eccleſiaſticus iudex proceſſerit, cui conſentit Felin. in cap. eùm ſit, colum. 5. de foro compet. & Affli. ict. etiam ſe ſubſcribit deciſ. 220. num. 9. Sed hoc temperamentum proculdubio procedere poteſt, quando de re merè eccleſiaſtica non ageretur, at ſi de ea, & iudex eccleſiaſticus ſibi impartiri auxiliū

petat,

petat, Doctores pontificij iuris volunt iudicem secularem ad exequendum mandatum tantùm teneri, nec aliter se in causa intromittere, quod quidem Cæsaræi iuris Doctores ægrè ferentes abnegant: hinc magnum inter eos ortum est duellum, adeò, quòd vnaquæque pars pro se communem esse sententiam asseuerat, vt testatur Ias. in l. magistratibus, numero 19. ff. de iurisdictione om. iud. Alciat. præcitato loco num. 100. atque Imola in cap. 1. de offic. ordi. Qua de re videndus est Franc. Marc. decis. Delph. 269. & 773. Sed quid in contraria facti specie, an ecclesiasticus iudex processui facto per secularem acquiescere teneatur? vide Felin. in cap. at si clerici, de iudi. vbi communem conclusionem esse affirmat, quòd nequaquam obstringitur. Ad quod quidem seculare brachiũ nunquam peruenitur, nisi quatuor menses fuerint post latam sententiam elapsi, ea nempe ratione, quia menses quatuor regulariter ad soluendum dari condemnatis consueuerunt, Felino teste in c. Quærenti de offi. deleg. ita Papaz. adnotat in suis addi. ad Rotæ decis. 2. nu. 49. de rescrip. Nicol. Caton. Grauat.

Com. opi.

Com. opi.

Esset de hæresi.) Quòd * per annum in excommunicatione perseuerans, de hæresi suspectus habeatur, voluerunt Abb. in c. grauem, de pœn. & Andr. Iser. in c. 1. ver. post annum, de stat. & consuet. cont. lib. eccl. Et talis * per annum abstentus à sacrisque interdictus beneficio priuari potest, c. rursus, & c. quicunque, 11. quæst. 3. Bernar. Lucan. in Praxi, cap. 142. Quod tamen intelligas, cùm pro crimine, secus si pro summaria caussa excommunicatus fuerit, vt Abb. declarat in cap. 1. num. 24. de iudic. & in c. cùm contingit, num. 2. de dolo & cont. cui consentiunt Cassad. in consue. Burg. titu. des iustices, rubr. 1. §. 6. num. 2. Ioan. Lup. in cap. per vestras, §. 28. num. 22. de dona. inter virum & vxo. Steph. Aufr. in actionibus ad decis. Thol. 265. & Ripa in dict. c. grauem, & Iser. vbi suprà, tunc per anni curriculum in excommunicatione perseuerantem de hæresi suspectum esse, quando ille ex

c 42

43

alio

*alio fuerit, quàm hæresis crimine excommunicatus, secus verò *si ob hæresim, tunc etenim elapso anno pro convicto haberetur, & sicuti hæreticus pœnis subijci debet, c. excommunicamus, §. qui autem, & c. cum contumacia de hæret. in 6. Nicolaus Antonius Granatius.*

Redemptori Christo, eiuq́, pijssimæ Matri, Laus, honor, & Gloria.

FINIS.

ELENCHVS TITVLORVM, SEV ARGVMENTA CAPITVM, IN HOC LIbello contentorum.

EX LIBRO I.

De summo Pontifice & sacro Senatu. folio 14
De summo Pœnitentiario, ac sacræ pœnitentiariæ officio 22
De vtraque Signatura, ac earum conscribendi formulis. 28
De Vicecancellario, ac Cancellariæ apostolicæ officio & literarum expeditione 36
De officio contradictarum, eiusque audientia, ac literarum expeditione. 44
De literarum expeditione per cameram apostolicam 52
De literarum ac breuium expeditione per Secretariam apostolicam, & de Cardinali breuium Signaturæ præposito. 56

EX

EX LIBRO II.
De audientia Cameræ apostolicæ, eiusq; ditione ac membris. 62
De reuerendissimo Camerario, septem clericis, eorumq; rescriptis. 66
De Thesaurario seu magistro sacri ærarij, eiusque officio. 67
De auditore curiæ causarum cameræ apostolicæ, eiusque auditorio & ditione. 70
De Gubernatore Vrbis, eiusque auditorio & ditione. 82
De præsidente cameræ apostolicæ 89
De aduocato priuatorũ seu pauperum. 90
De aduocato fiscali. 91
De procuratore fisci, ac eius officio. 92
De commissario cameræ apostolicæ, eiusq; officio. 95
De clerico sacri senatus seu collegio reuerendiss. Card. in camera apostol. residente. 96
De eadem camerali audientia, deq; vtriusque ripæ foraneis iudicibus. ibid.
De camerali carcerum visitatione. 99
De iudice maresscalli vrbis, quem hodie curiæ S. bellorum, ac iudice, soldani Ro. Cur. quem hodie turris nonæ iudices vocamus. 101
De Senatore vrbis. 104
De vicario vrbis, eiusque ditione & officio. 107
De capellanis summi Pont. & sacri palatij causarum Auditoribus. 111
De aduocatis consistorialibus. 115
De procuratoribus causarũ sacri palatij. 117
De sollicitatoribus expeditionum & causarum Rom. Cu. 120
De notarijs actuarijs causarum sacri palatij. 122
EX LIBRO III.
De iudicijs. 125
Iudicium plurifariam accipi, & quale sit in nostra specie. eod.

Iudi-

Iudicium noſtrum multiplex in ſpecie,& plures eius diuiſiones.130
Iudicium quinque partibus conſtare, iuriſdictio autē multiplex, quales ſingulę ſpecies 141
Duplex in iudicijs perſonarum ſpecies. 144
Tempora iudiciorū varia,& quanta, & qualia in quauis ſpecie & inſtantia. 148
De cauſſarum deuolutione ex prouincijs ad Rom.Cur. 153
Appellationem extraiudicialem in pluribus à iudiciali diſtare.164
Tertia deuolutio per accidens extra formam iuris, & cle. cauſſam. 166
Quarta & vltima deuolutio ex Pont.decreto & ſpeciali eius reſcripto,ac aliqua de ſtylo ſignaturæ iuſtitiæ nō iniucunda. 167
Appellationem ab interloquutoria in plurib. diſtare ab apppellatione à diffinitiua. 178
De pręuentione inter iudices, & impetratione reſcriptorū ad lites etiam beneficiales,literis apoſtolicis non expeditis. 184
De impetratione iudicis pro titulario contra penſionem eccleſiaſticam. 187

EX LIBRO IIII.

Introductio cauſſæ in Rom.Cu.contra præſentem , quando ius reuocandi domum, ipſaq; dilatio ad partes concedi vel denegari ſoleant. 190
De citatione extra curiam etiam per edictū, eiuſq; decreto ac formula procedēdi pro reo, vbi aſſerto procuratori decreta eſſet. 195
De exequutione citationis ad partes decreta etiam per edictū publicum, relatione exequutionis,& vbi nulliter ſe exequuta, quibus ſanetur caſibus. 205

De

De dolo & cõtumacia. 213
De eisdem, ac de procuratoribus. 236
De petitorio ac possessorio, ac alterius suspensione. 255

EX LIBRO V.

De caussis ex natura caussæ, vel ex principis rescripto summarijs. 259
De dilationibus ac terminorum sacri palatij obseruatione in quauis caussa. 263
De terminorum obseruatione in caussa beneficiali, in quauis eius instantia. 271
De terminorum obseruatione in caussa prophana & in quauis eius instantia. 273
De obseruatione terminorum in causis nullitatũ. 280
De obseruatione terminorum in articulo grauaminis. 282
De obseruatione terminorum in caussa, qua quis reus petit absolutoriã ab obseruatione iudicij 23
De obseruatione terminorum in articulo cõpulsoriæ generalis decernendæ. 284
De terminorum obseruatione in articulo compulsoriæ specialis. ibid.
De terminorum obseruatione in articulo remissoriæ decernendæ. 287
De obseruatione terminorum in crimine, vel alio facto notorio 289
Adnotationes communes circa terminorum obseruationem. 290
De reiteratione terminorum, ac malæ eorum obseruationis, ac totius processus nulliter formati sanatione. 293
De positionibus, articulis, & cõpulsione partis ad respondendum singulariter singulis. 305
De articulorũ admissione 325
De positionum seu articulorum ac confessionum reuocatione. 329
De responsionibus rei ad positiones actoris, deq; interrogatorijs ac exceptionibus eiusdem. 341

EX LIBRO VI.

De productione iurium in curia, ac de literis compulsorialibus, illarumque exequutione in partibus. 362

De testibus & eorum inductione, iuramento atq; examine in Roma. Cur. 387

De remissione ad partes, ac illius processu & exequutionis. 423

EX LIBRO VII.

De calculo ferendæ sententiæ, allegationibus facti vel iuris, ac ipsius sentẽtiæ prolatione. 452

De sequestratione possessionis & fructuum. 476

De appellatione, apostolis, ac eiusdem appellationis prosequutione. 490

De temporibus, ac fatalibus appellationum, illorumque cursu & prorogatione. 548

EX LIBRO VIII.

De nullitate eiusque temporibus & processu. 584

De secunda ac tertia sentẽtijs, earumque prolatione, ac fructuũ & expensarum condemnatione. 600

De restitutione in integrũ. 616

Vt lite penden. Et de attentatis. 636

De exequutione rei iuditę, expensarum taxatione, ac fructuum liquidatione. 663

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS VOCVM, SENTENTIARVM, ET RERVM, QVAE *in hoc opere continentur.*

Abbreuiatorum officium tam maioris quam minoris parti, quale sit, nu.2. fol.37

Absens ex caussa reipubl. restituitur ad appellandum, num.25 fol.634.

Accursij opinio refellitur, quod ideo notarij serui publici dicuntur, quia publicè seruiunt, num.6. fol.124

Acta omnia ad iudicem ad quem transportanda sunt, vt super appellatione iudicium suum proferre queat, & quis ea mittere teneatur, nu.1. fol.602

Actorum æditio non debet fieri à notario, nisi iudice mandante, nu 20. fol 471

Actorum exemplum, & non exemplar ædendum est. num.22. fol.472

Actio iudicati, vel in factum ex re iudicata conceditur. num.1 fol.666

Actione carens à limine iudicij repellendus est. nu.21. fol.357

Actor quando forum rei non sequatur. nu.1. fol.155

Actore non comparente quomodo contra eum procedatur. nu.2. & 16. fol.217.228

Aduocatus fisci primò annalis erat nu.2 fol.91

Aduocatus fisci Comes appellari potest, & quoscunque procedit aduocatos nu.3 fo.92

Aduocatus gratis pauperi patrocinari debet, aliàs peccat. nu. 32 fol.234

Aduocati consistoriales decem, & eorum munus quale sit nu. 1. fol.115

Aduocati clientes ad respondendum positionibus instruere ne quaquam debent nu.8. & 30. fol.311. & 320.

Aduocati fiscalis munus. nume.2. fol.92

Aduocati malum consilium dantes ad omnia damna tenentur nu.29 fol.320

Aduocati pauperum officium. nume.1 fo.90

Aduocati publici decem ab Atheniensibus singulis annis constituebantur, qui delatos criminis defenderent numer. 4. fol.91

Aduocati fiscalis officium, nu. 1. fol.eod.

Aduocati qui dicantur, & qui

patroni, procuratores, & cognitores nu. 3. fol. 119
Aduocatorum cõsistorialium priuilegia. nu. 2. fol. 115
Aerarium & fiscus differunt, & quæ sit differentia nu. 2. fo. 68
Annata quibus soluenda est. nu. 4. fol. 38
Annatæ solutionem quis recipiat nu. 3 fol. 55
Appellans petens coram iudice à quo attentata reuocari, non censetur appellationi renunciare, nu. 5 fol. 641
Appellans vbi facto iudicis vel partis impeditur, non est, quid sibi imputetur nu 19 fol. 562
Appellans non potest appellationi renunciare inuito appellato. nu. 50 fol. 538
Appellans in decima die tenetur horam exprimere de iure, verùm in palatio hoc vsu minimè receptum est. nu. 26 fo. 515
Appellans si iudicem adierit, ab eoque responsum super apostolis petierit, si non respondet, non tenetur amplius ad eum reuerti. numer. 36. & 64. fol. 526. & 544
Appellans infra terminum iuris ei datum ad redeundum pro apostolis, nedum appellationē prosequi non valet, sed nec etiam iudicem impetrare. num. 37 fol. 527
Appellans à simplici interloquutoria an de nullitate agere possit. nu. 7 fol. 182
Appellans tria probare debet, ad fundandam iudicis aqpellationis iurisdictionem. nume 74 fol. 547
Appellantes puniuntur, qui iniuriosis verbis proponunt appellationes. nu 31 fo. 522
Appellantem, vt ei biennium ad prosequendam appellationem concedatur, quod probare oportet nu. 7 fo. 152
Appellandi praxis & formula, atque de nullitate dicendi. nu. 11. & 18 fo. 587. 592
Appellandi praxis, videlicet in parte & partibus, &c. nu. 30 fol. 521
Appellatio extraiudicialis in causa beneficiali vim citationis habet. nu. 4 fol. 166
Appellatio extraiudicialis in pluribus à iudiciali differt, & in quibus num. 2. & 5 ibid.
Appellatio est, quæ iurisdictionis exercitium iudici ad quem tribuit, i deoque de ea prius constare debet, nu. 2. 4. & 12. fol. 603. 603. & 611
Appellatio est tyriaca contra venenum iniustæ sententiæ. nu. 11. fo. 153
Appellatio ab interloquutoria in quibus casibus admittatur. nu. 6. fol. 181
Appellatio à pronunciato de exquen-

quendo, prohibita est. num. 43 fol. 533
Appellatio ab exequutione facti non est permissa, fall. tamen. nu. 44 fol. eod.
Appellatio generalis à quibuscũque grauaminibus non valet. nu. 1 fol. 179
Appellatio in scriptis quando dicatur. nu. 59 fol. 542
Appellatio viua voce statim proponenda est, aliàs nullius esset momenti. numero 60. fol. eod.
Appellatio in beneficialibus quò ad iudicem nunquam deserta censetur. nu. 25 fol. 565
Appellatio admissa si & in quantum, an pro admissa vel ne censeatur nu. 22 fol. 563
Appellatio si non admittatur, debet à non admißione appellari, aliàs sententia in iudicatũ transit. nu. 23 fo. 564
Appellatio amplius non dicitur, quæ deserta fuit. numero 16. fol. 163
Appellatio quot modis deserta dicatur. nu. 18 fol. eod.
Appellatio à possessorio & si regulariter iure ciuili non admittatur, tamen dicitur de nullitate. nu. 39 fol. 529
Appellatio à possessorio super remedio cap. reintegranda, admittitur etiam in foro seculari nu. 40 fol. eod.
Appellatio, si præsente appellato emissa fuerit, vel aliàs ad eius notitiam venisse probetur, non indiget alia intimatione. nu. 7 fol. 158
Appellatio non arctat ad comparendum quando deserta est. nu. 8 fol. 159
Appellatio extraiudicialis sit, causſa adhuc non cepta. num. 1 fol. 164
Appellatio viua voce facta, cum reseruatione appellandi in scriptis, & deinde in scriptis appellatum fuit, quæ appellatio, prior, an posterior, valida sit. nu. 62 fol 543
Appellatio quæuis etiam non friuola, à sententia vicarij vrbis prohibetur, infra tamen summam ducatorum quinque. itidem & nullitas nu 4 fo 110
Appellatio saluo iure dicendi de nullitate, an valeat? num. 1. & 17 fol. 575. & 591
Appellatio debet fieri coram iudice à quo, si eius præsentia haberi posſit, aliàs coram notario nu. 27 et 97. fo. 516 & 541
Appellatio ab interloqũtoria ex primis actis, non autem ex nouis iustificatur. fal. tamen. nu. 8. fo. 182
Appellatio est communis, ideoque appellatus potest eam sicuti propriam prosequi. nu. 29. fol. 520

Appellatio extra iudicium admitti potest, etiam die feriata. nu. 25. fol. 515
Appellatio in notorijs prohibita est nu. 13. & 17. fo. 506. et 508
Appellatio ab exequutione non permittitur, sed ab excessu tantùm, & tunc causſa excessus exprimenda est, nu. 12. & 44 fol. 504. & 533
Appellatio regulariter est permissa, nisi reperiatur prohibita, et in quibus prohibeatur. nu. 1. fol. 495
Appellatio in possessorio an admittatur. num 25. 8. 38. & 42 fol. 495 497. 500. 528. et 532
Appellatio recipitur à grauamine; quando illud irreparabile est; vtputa à decreto, quo aliquem torqueri præciperetur. nu. 3 fol. 496
Appellatio ne deserta dicatur, sufficit diligentiam facere, vel iter ad superiorem arripere. nu. 5 fol. 552
Appellatio remanet deserta, si infra terminum à iudice præfixum ad eam prosequendam, aliquid non fit, quod à desertione excuſet, num. 6. & 26 fol. 553. & 566
Appellatio est communis. nu. 7. fol. 554
Appellationis prosequendæ tempora, quæ sint de iure ciuili, & quæ de iure canonico num. 2. fol. 149
Appellationis prosequendæ tempora siue fatalia prorogantur toties, quoties auditoris arbitrio videbatur numer 31. fol. 150
Appellationis prosequendæ terminus non currit pendente compromisso, nec agenti super attentatis. nu. 41. & 44. fol. 531 & seq.
Appellationis prosequendæ terminus an possit vltra biennium prorogari. nu. 42 fol. 571
Appellationis in libello ab interloquutoria, eauſſæ grauaminũ exprimendæ sunt, aliàs nulla esset appellatio, nu. 3. 9. fo. 180. & 182
Appellationis forma, vt appellatio ipsa ad Roma. Curiam deuoluatur. nu. 4 & 10 fol. 155. & 161
Appellationis prosequendæ & finiendæ tempus hodie est annus, & ex causſa biennium, atque etiam triennium nu 8. & 12. fol 555. & 558
Appellationis remedium quare introductum fuit nu. 14. fol. 506
Appellationi à diffinitiua si iudices non deferunt, leges ipsæ deferunt nu 67 fo. 546
Appellationi quando deferenda sit, nu. 32 fol. 523
Appellationi in dubio deferenda

est à iudice, fallit tamen num. 10 fol. 153
Appellationi renuncians, an nullitati renunciare quoque videatur, nu. 4 fol. 578
Appellationi, qui vult adhærere, adhæsio infra decem dies fieri debet. num. 20. & 49. fol. 510 & 537
Appellationem esse desertam, quis iudex pronunciabit, à quo vel ad quem. nu. 30 fol. 696
Appellationem factam fuisse denunciari à quocunque potest. nu. 15 fo. 162
Appellatione pendente iudex potest prouidere, ne possessor turbetur in sua possessione, & non dicitur innouare. num. 35. fol. 661
Appellatione deserta, an nullitas deseratur. nu. 19 fo. 163
Appellatione pendēte, nil nouandum est. fallit tamen. nume. 1. & seq & num 27. & 40 fol. 639. 639 & 662
Appellatiōe deserta, iudex à quo potest sententiam exequi, absque alia pronunciatione iudicis ad quem, nu. 29 fo. 698
Appellatione ab interloquutoria causse grauaminis exprimendæ sunt, aliàs elapso decendio in iudicatum transiret. nu. 45 fol. 534
Appellatione in extraiudiciali an & quando causse exprimendæ sunt. nu. 3 fo. 165
Appellatione prohibita, an nullitas etiā prohibita intelligatur. nu. 6. & 24. fol. 580 & 593
Appellationum tempora à lege præscripta, non possunt à partibus ad longiora prorogari. nu. 18 fol. 562
Apdellandi terminus dierum decem à quo tempore currat. numero 21. & 52. folio 511. & 539
Appellare tertiò lex non permittit. nu. 19 fo. 510
Appellare in caussa possessorij nō permittitur. numero 42. fol. 532
Appellare potest semper, qui in dies grauatur, vtputa, quia carceratus detinetur. num. 56. fol. 540
Appellare coram honesta persona, quo casu permittatur, nu. 58 fol. 541
Appellare prohibitus, iudicis tamen officium implorare potest nu 25 fo 594
Appellare non licet tertiò. limitamen, & ampliatur, num. 28 fol. eod.
Appellari an possit à condemnatione expensarum ob contumaciam nu 21 fol. 230
Appellatur ab interloquutoria iure Pontificio, secus verò Cæsareo. nu 6 fo. 181
Appellatur semper in scriptis in

Roma. Cur. licet lex admittat appellationem viua voce. nu. 28 fol. 518
Apostoli reuerentiales; quando in forma conceduntur, quomodo eos concessos esse, intelligatur. nu. 69 fo. 546
Apostoli si fuerint petiti, & à iudice non dati, saltim refutatorij, si iudex procederet, nullus redderetur processus. num. 70 fol. eod.
Apostoli reuerentiales à diffinitiua dari solent in forma, & quæ sit forma nu 2 fol. 550
Apostoli infra 30. dies peti debẽt, sed an isti 30. dies currere incipiant à die sententiæ, vel à die appellationis n. 65 f. 544
Apostoli infra 30. dies peti debẽt, infra quem terminum iudices deliberant etiam vsque ad vltimum momentũ. nu 33 fo. 525
Apostoli petendi sunt in appellatione, & quare dicantur apostoli. num. 32. 35 & 63. & 66 fol. 523 526. 544. & seq.
Apostolos eis petere sufficit. num. 64. & 72 fo. 544. & 547
Apostolorum genera quatuor, & quæ. nu. 66 fol. 545
Approbatus, non potest ab eodem reprobari. nu 30 fol. 387
Arbitrium, siue compromissum iramento non firmatur iure ciuil, secus autem canonico. nu 7. fo. 144.
Arbitri qui dicantur, & qui arbitratores. nu. 3 fol. 143
Arbitrorum à sententia non appellatur, & quænam sit ratio. nu. 5 fo. 144
Articuli non debent esse calumnioſi, neque obiectiui, sed bene formati ac ſpecificati. num. 4 fol. 327
Articuli præsentari debent in termino ad articulandum dato, sed de stylo in Rotæ auditorio recipiuntur vsque ad conclusionem nu. 5. & 8 fol. 327. & seq.
Articuli probatorij in dubio admittendi sunt, idem in interrogatorijs, & positionibus dicendum nu. 12 fol. 153
Articuli facta conclusione in causa admitti non debent, tamen si admissi fuerint, valet admissio, & conclusio tacitè reuocata vocatur. nu. 10 fo 329
Articuli in dubio admittendi sunt, quando, vtrum pertinentes, vel ne sint, ambigitur. nu. 27 fol 319
Articuli admittuntur, quando controuersia est de impertinentia cum protestatione, saluo iure impertinentium, &c. nume. 6. fol. 309. & num. 26. fol. 318
Articuli in dubio admittẽdi sunt nu 7 fol. 328
Articuli, siue positiones non possunt

possunt reuocari, post quã acceptatæ fuerint, numero 17. fol.316.
Articuli quandocunque ante conclusionem in causa an recipi possunt, nu 36. fo.323
Articulos, & contenta in eis esse vera, articulans iurare debet num.19. fol.403
Articulorum copia datur in Ro. Cur. monito ad illis respondendũ, nu.9. & 33. fo.311. & 321.
Articulorum in admissione, pars est citanda. nu.9. fol.328
Articulorum super admissione, an interloquutoria sit necessaria? nu.3. fol.327
Articulorum in admissione pars est citanda, nu,5. fo.266
Attentans appellatione pendente tenetur fructus restituere. nume.43. fol.663
Attentata pendente nullitatis causa non reuocantur. nu.2. fol.639.
Attentata in quibus casibus per officium iudicis non reuocantur. numero 16. & 40. fol. 647. & 662.
Attentata, quo casu ante omnia non reuocentur. numero 8. fol.583.
Attentata reuocantur via ordinaria nullitatis. nu.28. f.660
Attentata, vt reuocari possint, necesse est appellationem iudici & parti notificatã fuisse. num.29. fol.eod.
Attentata reuocari petenti non obstat excõmunicationis exceptio in eum oppositã. nume. 30. fo.660
Attentata reuocare, ad quem spectet. nu 8. fo.642
Attentata plurima sunt, quæ non veniũt in primis & ante omnia reuocãda & quæ sint. nu. 9, & 16. fo.eod. & 642
Attentata in quibus casibus non reuocantur. nu.40. fo.667
Attentata an prius dilucnda, quàm negocium principale. num.42. fo.663
Attentatorum iudicium est summarium. nu.41. fol.662
Attentatorum reuocatio vsque ad conclusionem peti potest. num.14. fol.646
Attentatorum ad reuocationem duplici via agere possumus. numero 12. & 39. fol.645. & 662.
Attentatorum causa pendente, non potest procedi in causa principali. num.31. fol.660
Attentatorũ priuilegia quæ sint. num,32. fol.eod.
Attentatorum remedium non habetla-

bet locum contra tertium. fal. tamen. num. 36. fo. 661
Attentatorum in cauſſa, qualis erit procedendi formula. num. 17. fol. 649
Audientia cameralis ter in hebdomada in palatio apoſtolico conuenire ſolet, & quod ſit eius munus. nu. 1. fol. 96
Auditor cameræ ſuper quibus notionem habeat, num. 1. & 10. fol. 71. & 80.
Auditor cameræ per duos vicarios iuriſdictionem exercet num. 9. fo. 79
Auditor cameræ in quibus caſibus ingerit ſe contra Epiſcopos cæteroſque prælatos. numer. 6. fol. 76
Auditores ſacri palatij hodiè appellantur, qui prius capellani ſummi Pontificis dicebantur, & de eorum manere. num. 2. fol. 113.
Auditori cameræ multiplex eſt procedendi formula. num. 7. fol. 77

B.

BEneficialis cauſſa ſiue eccleſiaſtica quando cenſeatur veluti profana, adeò quòd ad inſtar profanarum procedere neceſſe ſit. num. 3. fo. 276
Beneficiales cauſſæ ſuper articulo deuolutionis non deſiderant iudicis interloquutionem, profanæ verò ſic. num. 1. fol. 169
Beneficium, quempiam acceptaſſe probare non ſufficit, niſi infra menſem acceptaſſe probetur, nu. 13. fol. 611
Beneficiorum reſignationes vbi publicari debent, & expectantium acceptationes. num. 2. fol. 45
Beneficiario mortuo quomodo in lite procedendum. numer. 12. fol. 226
Biennium quando detur in cauſſa appellationis. numero 9. fol. 555
Brachij ſæcularis auxilium petitur, quinimò & præcipitur ab eccleſiaſtico, vt ſibi præſtetur nu. 20. & 40. fo. 691 & 700
Breuia triplici modo ſcribuntur, & quilibet declaratur. num. 4. fol. 59
Breuia cur ſic appellentur. num. 2 & 7. fol. 57. & 61
Bulla quare ſic appelletur. num. 13. fol. 43.
Bullæ vt breuiter expediantur, formula, ſiue modus docetur. num. 6. fol. 39
Bullæ à regiſtratoribus ſcribuntur, eæque recognitæ in publi

publicis libris reponuntur.nu. 10. fol.40
Bullæ recognitio, si cum supplicatione concordet. numero 5. fol.38.

C.

Calumniatores puniri debēt num.22. fo.448
Cameræ apostolicæ audientia, quare sic vocetur, & cur sex prælatos domesticos, (qui clerici cameræ appellantur,) Pontifex sibi adsciuerit, & quid in ipsa camera tractetur.nu.1.& 3.fol 62.& 64
Camerarius hodiè succedit in locum procuratoris Cæsaris.nu. 4. fo.65
Camerarius rescribit de mandato Pontifi. viuæ vocis oraculo sibi dato, & hac in re ei creditur.nume.2. fol.66
Cancellariæ ad regentem, quæ spectent eiusque ad officium. num.6. fo.39
Cancellariæ apostolicæ regens causas inter auditores æqualance distribuit. numero 2. fol.123.
Capellani summi Pontificis hodiè duodecim sunt.numer.1. fol.112.
Carceratio infert ignominiam. num.17. fo.631
Carceres singulis mensibus visitantur.num.1. fol.99
Cardinalis signaturæ gratiæ præpositus quomodo rescribat. numer.7. fo.31
Cardinales cur appellentur. numero.9. fol.21
Cardinales æquiparantur senatoribus.num.8. fol.18.
Cardinalium dignitas prima est apud Pontificem. numero 7. fol.eod.
Cardinalium numerus nostra ætate nō est cōstitutus,& quando apud Pontificem hi conueniant.nu.1.& 10.fol.15.& 21
Caussa vbi semel summariè committatur, semper in sequioribus etiam instantijs summaria durat.num.2. fol.261
Caussa beneficialis aliquando non est summaria, vt cùm de propietate agitur. numero. 3. fol.eod.
Caussa non remittitur quamuis remissibilis sit, postquam in Roman. Cur. de ea tractari inceptum fuerit, numero.12. fo.245
Caussa semel commissa in Curia non extrahitur. numero 12. fol.174.
Caussa simpliciter commissa, censetur tam super petitorio, quàm

quàm possessorio. numero 1. fo.255
Caussa instructa quando dicatur. num.9. fo.171
Caussa iusta excusat ab expensarum condemnatione, & quid in sacro palatio obseruetur. numero 10. & 22. fo.609. & 614
Caussæ maioris, quamuis prouinciales sint in Roma. Cur. pertractantur, & quæ sint illæ, nu.3. & 9.fol.155. & fo.160
Caussæ status principi narrandus est.nu.16. fol.176
Caussæ iustæ litigandi quæ sint, vt ab expensis quis excusetur num.22. fol.614
Caussæ sui naturæ summariæ, quæ sint, & quæ ex Innocentianæ bullæ dispositione.numer. 1. fol.260
Caussæ ripales ad cameralem audientiam spectãt, & cur causæ ripales dicantur, & de vtraque Ripa.numer.2.fo.97.
Caussæ, quæ in Roma.Cur.aduocantur.nu.10. fol.172
Cautela, vide in verbo Praxis.
Cessio litis & caussæ operatur etiam cessionem iuris. numer. 26. fo.658
Citatio est de iure naturali, idcirco nullus defectus in iudicio potêtior est, quam citationis.num.22. fo.140
Citatio ad sententiam an debeat cum peremptorio fieri.nume. 6. fol.267
Citatio, quia de iure naturali est, omitti non potest. numero 8. fol.263
Citatio vt valeat, quæ considerande sint.num.23. fo.230
Citatio domi facta quãdo valeat numero 11. & sequent.fo.302 & seq.
Citatio domi facta, vt valeat, an requiratur ad citati notitiam deuenisse.nu.13. fol.303
Citatio contra putantes interesse non arctat ad comparendum, nisi quatenus citatus velit. num.8. fol.222
Citatio neutro cõparente circumducitur, fall. tamen. numero. 14. fol.227
Citatio generalis ad totam caussam fieri potest, limitatur tamen.nu.15. fol.eod.
Citatio litis pendentiam inducit. num.5. fol.194
Citatio ad sententiam fieri debet & non ad audiendum voluntatem iudicis, siue curiæ intentionem, aliàs sententia est nulla.num.8. fol.268
Citatio partis in quibus casibus non

non est necessaria.numer.30. fol.410.
Citationis defectus sanatur, si ad citati notitiam citationē pervenisse probetur.nu. 5. & 11. fol.156.& 161.
Citatio vbi publicatur, si tutus non pateat accessus.nu. 4. & 12. fol.206.& 212
Citatio per edictum fit, quando tutus non patet accessus.num. 3. fol.197
Citatio per edictum procuratoribus relaxari non solet, nisi mandatum ostenderint, vel cauerint.nu.4. fo.198
Citatio per edictum cùm decernitur,in publica audientia legi solet.& quare. numero 3. fol.45.
Citatio prima non est procuratori intimãda,nisi in subsidium. numero 2.& 10. fol.206 & 211.
Citatio ad sententiam necessaria est,etiam si principis sententia esset.numero 1. & 6. fol. 265.& seq.
Citatio si extra Roman.Cur. facienda sit,debet dari facultas citandi expressè. numero 1. fol.197.
Citatio est de iure naturali,& diuino,num.7. fol.301
Citatio per edictum non circumducitur actore neque reo die indicta comparentibus, quò ad futuros actus, sed tantum quo ad illum,qui indictam habuit diem.nu.1. fol.216
Citatio per edictum est exorbitans,& ideò non conceditur, nisi quando tutus non est locus,nu.34. fol.274.
Citatio per edictum generaliter concedi solet ad comparēdum ad omnes & singulos actus vsque ad sententiam inclusiuè.nu.6. fo.201
Citatio non requirit peremptorium in beneficialibus quia à lege subintelligitur, nec in profanis ex stylo Roma.Cur. num.7. fo.202
Citatio per edictum in locis solitis affigenda est, & per aliquas horas etiam dimittenda num.5. fol.208
Citatio tempore feriato fieri potest.numer.6. & 13.fol.209 & 212.
Citatio extra curiam per quemcunque in partibus exequi potest, imò per ipsum principalem.numer.7. fol.204
Citatio perperam exequuta,si ad partis notitiam peruenerit, valet.nu.8. fol.210

Citatio

Citatio si verbo tantùm producatur, multiplex potest esse eius vtilitas. num. 6. fol. 221
Citatio est nulla, si in ea congruum tempus non est præfixum. num. 29. fol. 566
Citatio, intra nimis angusta tempora facta, non valet. num. 10 fol. 203
Citatio absque termini præfixione facta, an valeat. numer. 11. fol. eod.
Citatio ad comparendum personaliter in ciuilibus causis regulariter non fit, fal. tamen. num. 16. fo. 204.
Citatio ad sententiam in causa nullitatis an requiratur. nu. 13. fol. 588
Citatio realis absque iudicis mandato regulariter fieri non potest. fal. tamen. nu. 18. f. 204
Citatio partis an requiratur in fatalium prorogatione, num. 19. fo. 559
Citatio, non nisi cum competenti termino ad comparendum fieri debet. num. 5. fol. 201
Citatio si est inualida, erunt et iam & omnia subsequuta. nume. 31. fol. 567
Citatio inualida per comparitionem reconualidatur. num. 32 fol. eod.
Citatio inualida, si peruenerit ad notitiam aduersarij, reconualescit. num. 33. fo. 568
Citatio circumducitur parte non instante. nu. 34. fo. eod.
Citatio inducit litis pendentiam. num. 23. fol. 653
Citatio partis an requiratur in exequutione sententiæ. num. 26. fol. 694
Citatio fit ad videndum taxari expensas, & de ipsius formula. numer. 14. & 35. fol. 684 & 698.
Citationis copia, quæ citato dimittitur, à citante, ipsius impensa dimittenda est. num. 12 fo. 161
Citationis exequutæ relatio die feriato fieri non potest. num. 24. fo. 230
Citationis relatio quid continere debeat. numero 9. & 13. fol. 211. & sequ.
Citationis exequutæ relatio prius facienda est, quàm iudex in contumacem procedat, fal. tamen. num. 5. fo. 220
Citationis defectus, etiam per expensarum refectionem insanabilis est. num. 6. fo. 460
Citationis per edictum, & eius exequutionis formula. nume. 1. & 4. fol. 197. & seq.

Citationis

Citationis copia danda est, si petatur.num.3. fol.206
Citationis formula in officio signaturæ.num.5. fo.30
Citationis per edictum eiusque exequutionis modus. numer. 9. fol.202
Citationem ad personaliter comparendum absque speciali Pontificis iussu, auditor ex obseruantia Roman. Curiæ concedere non valet. numer. 8. eod.
Citatione si dicatur, compareas hinc ad duodecimam diem, vel in duodecima non parum refert.num.2. 293
Citandus omninò est, qui interesse prætendit.num.10. 302
Citandi si plures essent, expressè nominandi sunt. numero 2. 197.
Clausula generalis & relatiua ad omnia grauamina ex actis cuusse colligibilia, non est à lege recepta.num.2. 179
Clausula, saluo iure impertinentium, &c. quid importet, & an passim articuli cum ista clausula admittendi sint. num.26. 318
Clausula omnesque alios, &c. quæ in citatione apponi solet non operatur, vt vltra quatuor citari possint numero 2. 197
clausula omni meliori modo, quid operetur. numero 21. 592
clausula, parito iudicato, quid referat.numero 10. 623
clausula summariè, simpliciter, &c. quantæ sit efficaciæ. numero 7. 263
clausula statum & merita causæ & causarum pro expressis habentes. numero 8. 171
clausula vnà cum toto negocio principali, cum suis incidentibus emergentibus &c. quid operetur.numer.11. 173
clemen. causam, de elect. nonnullis modis limitatur. numer.1. 166
clerici in Roman. cur. contra iuris regulas, aduocationis & procurationis munus exercent.nume.4. 146
clerici quomodo iusiurandũ præstare debeant. numer. 7. & 41. 397. & 416
comparatio scripturarum, quando, & qualiter facienda. nu. 10. & 27. 373. & 385
comparatio sola literarum, an plenè probet. numero 27. eod.

compro-

Compromissum pendente appellatione factum, prorogat appellationem.nume.17.& 41. fol.561.& 571
Compulsoriæ generalis & specialis formula.nume.13.fo.376.
Compulsoriarum in exequutione quomodo procedendum sit. nume.14. fol.377
Compulsoriarum literarum duæ sunt species.num.12. fol.375
Conclusio in causa operatur, vt negocium finitum esse censeatur.num.15. fol.647
Conclusio operatur, vt vlteriori probationi renunciatum esse videatur. numero 7.& 25. fol.221.& 231.
Conclusio in causa an sit de substantia.num.30. fol.474
Confessio quando præiudicet. nu. 11. fol.337
Confessio iudicialis notorium inducit.limit.tamẽ,& ampliatur.nu.12. fo.eod.
Confessio aduersarij non prodest, quando agitur de titulo beneficiali.num.13. fo.eod.
Confessio erronea reuocatur,fall. tamen pluribus modis.nume. 14. fo.eod.
Confessio an possit pro parte acceptari,& pro parte non. num. 15. fol.338
Confessio tanquam erronea non solùm ab eo, qui errauit, sed etiam ab eius hærede reuocari potest.num.16. fo.339
Cõfessio facta in positionibus, & in libello,regulariter non reuocatur.num.17. fol.340
Confessio procuratoris domino præiudicat.nume.18.fol.eod.
Confessio aduocati quãdo noceat. num.19. fol.eod.
Confessio etiam iurata reuocatur errore probato. nu. 20.f.eod
Confessio procuratoris in tribus differt à cõfessione principalis.num.3. fol.332
Confessio procuratoris plurimùm differt à confessione principalis.fallit tamen. nu. 4. fol.333
Confessio per verbum, credo,facta in positionibus,dicitur confessio de veritate.num.15.& 28. fol.315.& 320
Confessio facta coram solo notario plenè non probat. numero 50. fol.420
Confessio iudicialis vim sententiæ habet.num.9. fol.336
Confessionis reuocatio prætextu erroris quando non admittatur.nam.5. fol.367
Confessiones veluti erroneæ post conclusionem in causa reuocari

cari non possunt. num. 21. 341
Confessiones persuasu aduersarij extortæ, etiam post sententiam reuocari possunt. nume. 23. eod.
Confessus, non tamen conuictus, an appellare possit. nume. 16. & 48. 507. & 537
Confiscari quid sit. numero 1. 91
Coniunctus pro coniuncto & si admittatur, non tamen ante litem contestatam procuratorem constituere potest. numero. 5. 146
Coniunctus pro coniuncto in decem & septem casibus absque mandato non admittitur. num. 7. 147
Coniunctus pro coniuncto admittitur in profanis sine mandato, secus tamen in spiritualibus. num. 1. 145
Coniunctus non admittitur pro coniuncto in causis speciale mandatum requirentibus. numero 6. 147
Consistorium quare dicatur, & quid in eo tractetur. nu. 2. 15
consuetudo capiendi sportulas, an excuset iudices. numero 32. 475
Contumax ad nouam citationem non admittitur, nisi caueat de comparendo in termino. num. 3. 218
Contumax in sui odium habetur pro præsente. nume. 2. & 24. 134. & 140
Contumax priuilegij forum allegare non potest. nu. 25. 141
Contumax verus non auditur appellans. num. 54. 540
Contumax verus qui dicatur, & qui fictus. numero 22. & 53. 513. & 539
Contumax fictus an egeat beneficio restitutionis in integrum in causa appellationis. numero. 11. 624
Contumax comparens admittitur ad causam in statu, quo ea reperitur. numero 9. 223
Contumax multas patitur pœnas, & quas. numero 24 140
Contumax non auditur, nisi refectis expensis. nume. 16. & 20 228. & seq.
Contumax vt quis dicatur, necesse est ipsius contumaciam accusari. nume. 17. 229
Contumax quo casu non punitur. num. 18. eod.
Curia Sabellorum, quæ sic appellatur, est Mareschallus vrbis, & de eius potestate. nu. 2. 83

D.

Debitor suspectus de fuga, pendente lite capi potest. nume. 33. fol. 661

Debitor suspectus, vt capi possit, quæ requirantur. numero 17. 204

Debitores, quibus pœnis olim afficiebantur, & quomodo aduersus eos hodiè procedatur. num. 5. & 28. 668. & 695

Debitoribus actione personali cõdemnatis datur quadrimestre tempus ad soluendum. numer. 6. 671

Dictio de plano quid significet. nu. 3. 5. & 6. fol. 102. 104

Dies quando est de substantia, debet fieri specialis mentio. numero. 19. 356

Dies quibus ius in palatio dicitur qui sint. num. 5. & 6. fol. 151. & seq.

Dignitates principales in vrbe, quæ sint. num. 6. 27

Dilationi concessæ, an quis renunciare possit in præiudicium alterius partis. nu. 6. 278

Dilatio intelligitur continua, & dies feriati currunt. nu. 7. eod.

Dilatio probatoria, est peremptoria, & vnica. nu. 8. 279

Dilatio secunda ex caussa conceditur. nu. 9. eod.

Dilatio facilius prorogatur, quàm de nouo concedatur. numero. 10. eod.

Dilatio in literis remissorijs arbitraria est. num. 19. 447

Dilatio ad deliberandum dubitanti super positionibus respondere, an sit concedenda. nume. 34. 322.

Dilatio datur procuratori dubitanti se non esse certum de his, quibus interrogatur, ad suum principalem cõsulendum. numero 10. 312

Dilatio data pro expeditione remissoriæ an prorogari possit? num. 5. 435

Dilatio ad dandum interrogatoria non datur nisi petenti. numer. 54. 421

Dilatio à iudice siue à parte data, vim peremptoriæ citationis habet. num. 2. 167

Dilatio non currit impedito per moras & dilationes aduersarij. num. 25. 449

Dilatio tota reintegrari debet, si pendente termino impedimentum superuenerit. numero. 26 eod.

Dilatio non currit, dum disputatur, an articuli vel positiones admitti debeant, vel ne. num. 27. eod.

Dilatio

Dilatio cõcessa vni parti, prodest alteri.num.5 278
Dilatio quibus in casibus denegetur.num.3. 191
Dilationis prorogatio debet fieri durante priore dilatione, non autem nlapsa.num.11. 279
Dilatione pendente, non est sententia ferenda. numero 15. 469
Dilatione reo concessa, actor vti potest.num.28. 450
Dilatione pendente iudicis officium conquiescit.nu.2. 286
Dilationes in causis summarijs breuiandæ sunt. numero 30. 567
Dilationes quæ in beneficialibus dantur sunt communes actori. s. & reo, secus verò quæ in profanis.num.4. 267
Dilationes in materia repulsæ contra testes, non absq; magna causæ cognitione conceduntur numero 23. 357
Dilationes dandæ sunt iuxta locorum distantiam.numer. 28. 566
Dilationes in secunda instantia illæ dantur, quæ in prima. numero 1. 291
Dilationum materia plurimùm in iudicis residet arbitrio. numero 4. 194
Diplomata, vulgò bullæ, quomodo conficiantur, num. 4. 16
Diplomatum siue bullarum expeditiones qnomodo fiant, & quis ordo seruetur.nu. 3. 37
Doctores Romæ procuratorum munere funguntur, verùm illi oratores sunt, & non procuratores.nu.1.& 3.fo.115.& seq.
Doctores legum egregiæ dicuntur personæ, fall.in doctore, qui officium procuratoris gerit. numer.12. 443
Dominium qualiter probetur. numero 38. 324
Dominium aliquando per famam probatur.num.39. eod.
Dubia quando litigantibus dari soleant.numer.9. 463

E.

EPiscopi, cæterique ordinarij absque sedis apostolicæ indulto suis vicarijs pontificalia demandare nequeunt. numero.5. 110
Exceptio incompetentiæ iudicis impedit sententiæ exequutionem.num.17. 305
Exceptio inimicitiæ capitalis, consanguinitatis, domesticitatis, aut notorij criminis oppositæ contra testes examinandos, repellit eos ab examine, si in

continenti probari offeratur. num.61. 422
Exceptio non specificata repellitur.num.4, 345
Exceptio inhabilitatis oppositа contra productum testem, an impediat ipsius examen. nu. 24. 407
Exceptionum peremptoriarum, & dilatoriarum differentia, de earumque effectu,remissiuè tamen,nu.17. 356
Excommunicatio an sit latinum verbum.num.11. 80
Excommunicatio non est christianorum inuentum.nu.12. 81
Excommunicatio vnde ortũ habuit.nu.27. 473
Excommunicationis in causa quomodo procedatur. numero.8. 78
Excommunicationis formula cõtra eum, qui rei iudicatæ non paruit.num.18 689
Excommunicationem contemnentes, qua pœna plectendi sint.num.21. 692
Excommunicationem negligens per annum de hæresi non mediocriter suspectus est. nme. 22. & 42. fol.eod.& 701
Excommunicatus in iudicio agere non valet, sed se defendere vtique potest. numero 25. 28.& 29. 473
Excommunicatus perdurans per annum in excommunicatione beneficio priuari potest. numero 43. 701
Exequutio sententiæ ad quem iudicem spectet, & quid regulariter Signatura rescribere soleat. numero 9. 674
Exequutio non facta seruata forma.l.à diuo Pio, §.in venditione, quando valeat.numero.27. 694
Exequutio rei iudicatæ summatim facienda, nullaque iudiciorum obseruatione adhibita.num.3. 667
Exequutio trium sententiarum conformium vbi peteretur, quid Signatura seruare soleat numero 7. 672
Exemplatio, parte citata facienda est.uum.15. 380
Expensæ debentur testibus venientibus ad se examinandũ, & quæ.num.15. 445
Expensæ contumaciales præstantur, etiam si contumax iustam litigandi causam habuerit,& quæ expensæ veniant. num.22. 230
Expensæ an reseruentur in fin litis in processus sanatoria numero

num.8. 461
Expensæ quando refici debeant in confirmatione siue processus inualidi sanatione. numero 6. 299
Expensæ, quæ sint, quæ in lite resarciri debeant? nu.25. 615
Expensæ ratione contumaciæ, quæ veniant. numero 26. 616
Expensarum condemnatio nedum in diffinitiua, sed in interloquutoria fieri debet. numero 18. 613
Expensarum condemnatio fit in causis criminalibus. numero 10. eod.
Expensarum à condēnatione excusatur, qui habuit iustam litigandi causam. nu. 20. eod.
Expensarum in condemnatione quæ veniant, & quid hac in re palatium obseruet. numero 11. 610
Expensarum condemnatione omissa in diffinitiua, non potest amplius de expensis tractari, fallit tamen in duobus casib. num.8. & seq. 608
Expensarum condemnatio fit in caussa appellationis etiam ab interloquutoria. numer. 6. & 24. 607. & 615
Expensarum taxatio, quo casu non est facienda sed condemnatio in omnibus expensis. nume. 36. 699

F.

FOri priuilegio quando forenses capitolini renunciare possint. num. 4. 73
Fructus intelliguntur deductis expensis. nu 39. 700
Fructus quomodo extimentur. num. 37. 699
Fructuum ad restitutionem condemnatus potest negare eos recepisse, vel oponere, se in ecclesiæ vtilitatem conuertisse. num. 17. 688
Fructuum appellatione, qui veniant. nu. 38. 700

G.

GVbernatoris officium in quo consistat. num. 5. 84
Gabernator vrbis æquiparatur Questori & Præfecto vrbis. nume. 9. 188
Gubernator vrbis intra quadragesimum duntaxat lapidem iurisdictionem habet. numero 1. 83
Gubernator Vrbis excommunicare non valet, etiam in causis vigore obligationis in forma cameræ. num. 4. 84
Gubernator duos vicarios habet. num. 6. 86

H.

Haeres condemnatur ex confessione defuncti, & sic non propria. num. 17. 508

Hæresis causſa, si quis excommunicatus fuerit, elapso anno pro conuicto habetur. numero 44. 702

I.

Ianizerorum siue sollicitatorum officium narratur. numero 8. 39

Ignorantia non præsumitur cùm res parùm innotescat. numero 30. 360

Ignorantia solo iuramento probatur, admittitur tamen probatio in contrarium. numero 31. eod.

Inhibitio siue iusta, siue iniusta timenda est. num. 10. 645

Impedimentum quomodo probetur, & an solo iuramento. numero 24. 448

Incontinenti factum quando dicatur. num. 61. 543

Instantia causſæ iure pontificio nunquam perit. numer. 22. 593

Instantia causſæ perpetua est de iure canonico. fall. tamen. numero 25. 657

Instantia causſæ, iure cæsareo in ciuilibus triennio finitur, & in criminalibus biennio, at de iure Pontificio perpetua est. numero 1. & 6. 149. & 152

Instrumentum reprobatur per duos testes. numero 23. 384

Instrumentum originale non cogitur quis apud acta dimittere, sed copiam collationatam. num. 11. 374

Instrumentum producens omnia in eo etiam aduersantia, approbare videtur, fall. tamen. numero 19. 382

Instrumenta publica absque iudicis mandato à proprijs notarijs habentur. num. 1. 364

Instrumenti exemplum, siue copia an fidem faciat. numero 28. & seq. 386

Instrumenta producere cum clausula illa, si & in quantam in fauorem faciunt, & non aliter, quantæ sit efficaciæ num. 20. 383

Instrumentorum in productione pars citari debet, aliàs non probant. numero 7. & 25. 370 & 384

Intellectus ad capit. suscitata de restitut. in integr. numero 16. 630

Interloquutoria mera est omnis iudicis pronunciatio post latam diffinitiuam. nu. 11. 503

Interlo-

Interloquutoria reuocatur per sulitas repositiones, quæ fieri solent, numero 16. & 33. 469. & 475

Interloquutoriæ habentes vim diffinitiuæ, quæ sint, & quomodo cognoscantur. numero 46. 535

Interrogatoria dari possunt, numero 17. 403

Interrogatoria qualiter, quotúe modis fiant. numero 16. 355

Interrogatoriorum copia non datur. num. 56. 421

Itineris arreptio ad superiorem habetur loco appellationis. numero 27. 566

Iudex nullus in Roman. Curia ordinariam iurisdictionem à se ipso habet, nisi à Pontifice, excipiuntur tamen Auditores Sacri Palatij. numero 4. 143

Iudex capitolinus appellationum ordinarius est, quæ in Senatoris curia fieri contingunt. numero 3. 105

Iudex curiæ Sabellorum, est iudex ordinarius curialium inferiorum ordinis. numero 2. 102

Iudex in re dubia partes ad arbitros eligendum cogere potest. num. 12. 129

Iudex appellationis, an possit mandare, vt exemplar, siue originale ei transmittatur. numero 23. 472

Iudex suam interloquutoriam reuocare potest. numero 7. & 10. 180. & 183

Iudex post sententiam de expensis cognoscere non potest, quāuis earum condemnatio reseruata fuerit. num. 23. 614

Iudex secularis an super possessorio beneficij, aut rei spiritualis, cognoscere possit nu. 6. 262

Iudex suam sententiam in accessorijs supplere potest. n. 12. 183

Iudex suam sententiam potest eadem die supplere, vt puta super expensis. num. 9. 608

Iudex appellationis cùm iudicis appellati sententiam reuocat, causas exprimere tenetur. numero 16. 612

Iudex, quando ex iusta causa victum ab expensis absoluit, debet illam in sententia declarare. num. 21. 614

Iudex appellationis ab interloquutoria inhibere non debet, nisi causa cognita num. 37. & sequ. 662

Iudex suam interloquutoriam quibus casibus reuocare non potest. nume. 33. 475

Iudex à quo potest terminum appellanti præfigere ad prosequendum appellationem, eo dē tamen contextu sed non ex interuallo. numer. 3. & 24. 551. & 564.

Iudex an possit prorogare terminum præfixum ad prosequendam appellationem. numero 4. 552

Iudex an possit esse sequester. numero 13. 488

Iudex an possit aliquem cogere, vt sit sequester. nu. 14. 489

Iudex super admissione articulorum interloqui solet cū clausula saluo iure impertinentiū ex stylo Rom. Cur. num. 1. & 3. 326. & seq.

Iudex nullitatis non solùm super nullitate, sed etiam super iustitia, vel iniustitia sentētiæ pronūciare potest. nu. 34. 598

Iudex exequutionis expensas taxat, sequestrum (si quod esset) relaxare facit, fructus liquidat, & alia, de quibus hic. numero 11. 679

Iudex sententiam diffinitiuam reuocare non potest, nisi statim. numer. 11. 183

Iudex potest innouare in his, quæ tendunt ad causæ faciliorem exitum, & qui sint isti exitus, numero 3. 640

Iudex potest partibus interdicerent ne nuberent, etiam postquam ab ipso appellatū fuisset super matrimonio, de quo controuersabatur. nu. 4. cod

Iudex secundum allegata & probata ius dicere debet. numero. 7. 127

Iudex, qui appellationi à diffinitiua non detulit puniendus est. numero 1. & 21. fol. 550. & 563

Iudex ordinarius in his, quæ seruitium ecclesiæ respiciūt, prouidere debet. num. 3. 480

Iudex interloquutorias reuocat ante sententiæ prolationem. numer. 17. 469

Iudex cui in partibus commissum est testium examen, an responsiones partium & confessiones recipere possit. num. 9. & 29. 440. & 450

Iudex cui commissa est testium receptio, an per se ipsum testes examinare teneatur? numero. 10. 440

Iudex ecclesiasticus potest compellere iudicem sæcularem ad præstandum sibi auxilium. num. 40. 700

Iudex sæcularis, an teneatur stare processui facto per ecclesiasticum

cum, & quid econtra. nu. 41. fol. eod.
Iudex appellatus in quibus casibus post inhibitionem iudicis ad quem procedere possit. numr. 7 fo. 641
Iudex reuocat grauamen per repositiones. & frequens est iste vsus in Rom Cur. nu. 6. fo. eo.
Iudex an teneatur condemnare victum in expensis, quæ in libello petitæ non fuerint. num. 7. & 17 fo. 608. & 612
Iudex potest abbreuiare terminum iuris ad recipiendum apostolos. nu. 71 fol. 546
Iudex ad quem de appellatione cognoscere nō potest, nisi prius de ea constiterit. num. 73. fol. 547
Iudex à quo terminum iuris appellanti breuiare potest. limi. tamen. nu. 24 fo. 564
Iudex nullitatis sententiam nullam pronunciando, an illam in negotio principali reformare valeat. & quæ sint eius partes in iudicando super nullitatibus. nu. 15. & 34. fol. 590. & 598
Iudex appellationis pronunciat se iudicem competentem. nume. 3 fo. 605
Iudex appellationis confirmat vel infirmat sententiam his verbis, benè, vel malè iudicatum. nu. 4 fol. eod.
Iudex ex officio debet pronunciare appellationem esse desertam, nu. 32 fol. 697
Iudex pauperi testes producere non valenti, subuenire debet. nu. 28 fol. 233
Iudex delegatus ad testes recipiendum & examinandum, nō potest cognoscere, virum articuli, vel testes sint admittendi, vel ne, nec testes publicare nu. 29 fo. 450
Iudex delegatus ad testes examinandum, potest illos interrogare, & protestationes contra testes recipere. nu. 30 fo. 451
Iudex delegatus rescripti formā excedere non debet, fallit tamen. nu. 19 fo. 178
Iudex delegatus si delinquit in territorio iudicis ordinarij ab ipso puniri potest. nu. 20. fol. eod.
Iudex delegatus cum inserto tenore suæ commissionis citare debet, aliàs ei non est credendum. nu 39 fol. 570.
Iudex subdelegatus testium receptionem subdelegare non potest, antequam testes nōn fuerint citati & iurati nu. 32 fol. 451
Iudex ad testes examinandum delegatus debet partem aduersam ad videndū iuramenta testium citare. num. 33. fol. eod.

Iudex ad examinandum delegatus, non potest examen parte reluctante alteri subdelegare. fall. tamen. nu. 34 452
Iudex, siue exequutor ad testes examinandum an possit recipere confessionem partis. nu. 31 451
Iudicis officium ad attentata reuocanda implorare quis non prohibetur, etiam si via ordinaria agere cœpisset. nume. 12 645
Iudicis officium quale. num. 24 472
Iudicis officium in exequutione rei iudicatæ potius postulandum, quàm via actionis agendum. nu. 2. & 24 667. & 693
Iudicis officiũ quale esse debeat. nu. 11 129
Iudicis incompetentia quandocunque opponi potest, quæ iudicium reddit nullum. nu. 16 304
Iudicem ordinarium tria faciunt scilicet lex, consuetudo, & consensus. nu. 2 142
Iudices non satis bene faciunt, qui statim inhibent, non cognita prius appellationis qualitate. nu. 11 645
Iudices siue ordinarij, siue delegati sint, ante omnia de eorum potestate docere debent. nu. 40 570
Iudices rarò vel nunquam dant simpliciter terminum iuris ad apostolos recipiendum, sed dicunt & interim quandocunque, & quid referant hæc verba. nu. 34 526
Iudices sacri palatij appellanti à definitiua apostolos reuerentiales dare solent, cum termino dierum decem ad prosequendam appellationem. nu. 4 150
Iudices debent esse contenti propriis stipendijs nec sportulas capere. nu. 31 474
Iudices ecclesiastici, vbi pœna corpori infligenda est, reos ad sæculares iudices remittunt. nu. 7 110
Iudices appellationi à definitiua non deferentes, puniri debent nu. 68 546
Iudices pedanei vnde dicti nu. 1. & 4 101 & 103
Iudices delegati in citatione rescriptum eorum iurisdictionis inserere debent. nu. 4 667
Iudicum visitantium carceratos quale sit munus. nu. 2 99
Iudicandi ratio multiplex fuit olim Romæ in capitalibus iudicijs. nu. 7 87
Iudicium quindecim modis accipitur. nu. 1. & 5 125 & seq.
Iudicium quid sit. nu. 2. & 9. fol. 126. & 128
Iudicium vnde dicatur. nu. 3 126

Iudicium aliud ordinarium, aliud extraordinariū. nu 5 133
Iudicium quomodo intelligatur. nu.8 128
Iudicium à citatione exorditur. nu.10 556
Iudicium multiplex est. numer.1. & 15 132. & 136
Iudicium aliud ciuile, aliud criminale, aliud mixtum num.2 132
Iudicium spirituale quid sit, quid ecclesiasticum, & temporale. nu 3 ibid.
Iudicium diffugientes, de eorum iustitia diffidunt. nu. 21 447
Iudicium mortuo principali valet cum procuratore, si is tamen dominus litis effectus fuerit nu. 41 235
Iudicium contra mortuum, etiā si per viuentem defendatur, est nullum. nu. 38. fall. vt nu. 41 ibid.
Iudicia qua de caussa instituta fuēre nu. 4. 6. & 10 126. 127. & seq.
Iuramentum calumniæ est de iure diuino. num. 39. fo. 415. & nu. 12 269
Iuramentum calumniæ tacitè remitti potest, expressè autem nullatenus. nu. 11 ibid.
Iuramentum calumniæ petitum, est de substantia iudicij, & propter illud non præstitum iudicium redditur nullum. num. 16 270
Iuramentum calumniæ omitti potest, si pars illud non petat. nu. 3 265
Iuramentum calumniæ quando quis præstare non possit cogi. nu. 13 270
Iuramentum calumniæ in quacunque parte iudicij peti potest. nu. 14 ibid.
Iuramentum testibus an super euangelijs præstandum sit, nu. 21 & 57 405 & 421
Iuramentum testibus an possit dari super cruce. numero 58 422
Iurare de calumnia quando quis cogi non possit. nu. 13 270
Iuramentū testi expressè remitti potest à partibus, nu. 8. & 42 397. & 416
Iuramentum parti defertur post expensarum taxationem à iudice factam nu 15 684
Iuramentum relaxari potest à parte parti. nu. 43 416
Iuramentum suppletorium semiplenè probanti datur. num. 10 466
Iuramentum, an sit de forma, vel substantia testimonij. num 37 414
Iuramentum testibus potest à partibus remitti. nu. 42 416
Iurisdictio quadruplex est. nu. 1 142
Iurisdictio per citationem præuc uem.

nitur.nu.4 fol.187
Iurisdictio non perpetuatur per citationem circumductam. nu.36 568
Iurisdictio expressè, siue tacitè prorogata iudicium reddit validum.nu.14 611
Iurisdictionis defectus siue incõpetentiæ sanari non potest, fallit tamen.nu.4 298
Iurisdictionem Capitolinam multi Pontifices confirmarunt. nu.4 105
Ius nouũ si in causſa superueniat, quid à cauto causæ patrono agendum sit.nu.7 460
Ius nouum in causſa superueniẽs, quando deduci possit. nume.5 299
Ius patronatus de re spirituali atque temporali participat. nu.4 133
Ius reuocandi domum deprehẽso in Rom. Cur. quando detur, & quibus ex causis.nu.2.& 11 191 & 195

L.

LEgatus de latere an summariè causſas decidendas cõmittere possit? nu.16.136
Læsio enormis & enormissima, quæ dicatur.nu.36 234
Lex noua, ab antiqua interpretationem accipit.nu.6 498
Libellus generalis & obscurus parte non opponente procedit in summarijs.nu.20 356
Libellus & si in summarijs non requiratur, requiritur tamen aliqualis petitio, limit. tamen.nu.10 269
Libellus sumptibus actoris ædendus.nu 13 162
Lis super beneficio & sic super iure, an afficiat non solum super proprietate, sed etiam super possessione.nu.24 656
Lis quando pendere dicatur.nu. 6 194
Litis pendentia inducitur per petitionem, quod quis carceretur, & per bonorũ sequestrationem.nu.9 eod.
Litis pendentia per citationem circumductam non inducitur. nu.10 eod.
Litis pendentia per simplicem citationem inducitur.nu.1 191
Litis pendentia nõ inducitur per citationem circumductam. nu.35 568
Lite pendente nouum ius, aut noua prouisio impetrari potest. nu.7 194
Lite pendente an supplicare liceat, & rescripta impetrare. nu.8 ibid.
Lite pendente aduocatur causa per principem.nu 5 170
Lites & contentiones malæ sunt nu.13 129
Lites diutius in foro ecclesiastico ventilantur.nu.9 153
Literæ remissoriæ ad partes non

debent concedi, quoties pars poterat in loco iudicij testes examinare, & neglexit. num. 23. 448
Literarum executorialium formula. nu. 23 448
Literæ remissoriæ in dilatorijs exceptionibus non conceduntur nu. 18 447
Literæ remissoriæ non dantur actori in causa attentatorum. nu. 20 652
Literæ remissoriæ de audientia testium absentium dantur, fallit tamen criminarijs in causis, nonnullis & etiã casib. n. 1. 11. et 16 427. 442 et 445
Literæ remissoriæ ad audiendum testes non conceduntur in attentatis, nec in spolio, sed quid in beneficialibus, in scripturarum recognitione, & testium repulsa. nu 2 430
Literæ remissoriæ semel concessæ an iterum dentur. nu. 3 433
Literæ remissoriæ quomodo exequãtur. n. 7. et seq. 438. et 439
Literis remissorijs si vsus non fuerit, non est audiendus aliam remissoriam petens. num. 20. 447
Literarum expeditiones, quæ per cameram apostolicam fiunt, expressum põtificis iussum requirunt. nu. 1 53
Locus vicinus quando dicatur. nu. 11 212

M.

Mandatum si alicui transmittatur, qui non intendat, nisi in vna causa procurationis onus acceptare, qua cautela vti debeat n. 4. 240
Mandatum generale si alicui admittatur, qui non intendat, nisi in vna causa procuratoris onus acceptare, qua cautela vti debeat nu. 5 242
Mandatum debet esse sufficiens, vt procurator admittatur. nu. 24. 249
Mandatum procuratorium non est extendendum. nu. 39 255
Mandatum specificum in quibus causis requiratur. nu. 20 248
Mandatum quo casu duret post mortem. nu 18 509
Mandatum procuratorium acceptari debet. nu. 3 240
Mandatum morte mandantis an & quando expiret. nu. 39 235
Mandatum procuratoris in beneficialibus expirat per mortem mandantis, etiam re integra. nu. 37 eod.
Mandatum an debeat expressim acceptari, & quid iure pontificio caueatur. nu. 33 252
Mandati procuratorij copia quando est danda. nu. 6 157
Mandati defectus etiam refectis expensis non suppletur. nu. 27 250
Mandati defectus ad mille vsque annos

annos opponi potest. nume. 28 ibid.
Mandati defectus insanabilis est. nu. 3. & 4 298
Mandato in generali causſæ beneficiales non includuntur. num. 37 253
Marito pendente lite potest inhiberi, ne ad vxorem accedat, non obstante possessione maritali, si tamen matrimonium iure non valet. nu 34 260
Meretrices iudicis curiæ Sabellorum tributū pendunt. Et quis primus fuit, qui vectigal lupanarijs exigendum statuit. nu. 3. & 6 102. & 104
Metus iuramento probatur, vbi perhorrescentia narratur. nu. 4 169
Minor Respub. vel Ecclesia, quando lesionem probare teneantur, & quando non. nu. 7 621
Mors quomodo probanda. num. 2 392

N.

NEgligentia in iudice non præsumitur, idcirco protestari necesse est. nu. 8 152
Notarius, cui commissum est testium examen, non potest cognoscere, an articuli vel testes sint admittendi, vel ne. nu. 14 402
Notarius absque iudice vel eius mandato, iuramentum testi deferre non potest. nu. 11. & 45 399. & 418
Notarius potest clausulas consuetas extendere, licet illæ non fuerint expressæ. nu. 18 & 34 470 & 476
Notarius cùm mittitur extra locum ad examinandum, an cōmunibus actoris & rei expensis mittendus erit. numer. 14. 444
Notario non creditur de commissione sibi facta, & per ipsum scripta. nu. 48 419
Notarij cancellariæ in expeditione literarum seu bullarum quid agere debeant. numer. 9 40
Notarij decem sunt in camerali audientia, & eorum quid sit munus. nu. 3 98
Notarij cur sic dicti. nu. 3 123
Notarij serui publici erant. nu. 5 124
Notarios quadraginta octo sacrum palatium habet, & de eorum munere, atque privilegijs. nu. 1 122
Notariorum ordo antiquitus honestus fuit, sed postea vilis. nu. 4 124
Notorij discrimina, atque differentiæ. nu. 15 507
Notorio in facto quomodo procedatur. num. 1. 3. & 4 289 & seq.
Notorijs in causſis ordo est, ordinem

dinem non seruare num.2. & 4 289 & seq.
Nullitas cum negocio principali quomodo dcidi debeat.nu. 16 390
Nullitas insimul cum appellatione proposita, quando æquè principaliter deducta esse censeatur, & quando accessoriè. nu. 2. & 19 576 & 591
Nullitas, quòd potius principaliter, quàm accessoriè deducta intelligatur, quæ vtilitas sit. nu.3 578
Nullitas & appellatio possunt insimul cumulari.num.5. & 23 579. & 593
Nullitas an proponi possit, contra tres sententias conformes, & an earum exequutionem differat.num.7. & 27. & 28 580.594. & seq.
Nullita. euidens impedit exequutionem, nu.9 584
Nullitas cum appellatione deuoluitur in diffinitiua, secus in interloquutoria.nu.20 592
Nullitas potest proponi vsque ad 30.annos.nu 30 597
Nullitas an habeat effectum suspensiuum, vt interim in caussa principali procedere non possit nu.11 587
Nullitatis in caussa quomodo procedatur.nu.12 ibid.
Nullitatis in caussa, quis erit pronunciandi modus. num.13. & seq. 588 & 590
Nullitatis in caussa, quomodo termini obseruandi sint. num.1 280
Nullitatis in libello causæ exprimi debent. nu.2. & 5 281 & seq.
Nullitatis tempora, quæ, & quanta sint. nu.10 585
Nullitatis in caussa libellus, siue formula nu 32 598
Nullitatem sententiæ proponens ex vna causa, potest etiam omnem aliam nullitatis cæusã prosequi nu 33 ibid.
Nullitate pendente, negocium principale appellationis conquiescit.nu.31 ibid.

O.

Obiectus si specificati clarè non fuerint, an possint declarari nu.11 348
Obiectus si quis ignorauerit, an post terminum eos dare admittendus sit, & an super ignorantia, suo stetur iuramento num. 12 350
Obiectus etiam in secunda instantia dari possunt.nu.14 352
Obiectus præstans an audiatur, si de titulo nõ doceat.nu. 5 346
Obiectus specificari debent. nu.3. & 18 345 & 356
Obiectus an in quacunque parte iudicij tradi possint. nu. 7. & seq. 347 & seq.
Obiectus, vide in verbo Repulsa.

Obligatio secundum formam cameræ apostolicæ ideò sic vulgò appellatur, quia ab ipsa camera ortum habuit, de cuius materia nu. 2. & 5 72. & 75
Obligatio secundum formam cameræ comprehendit debitum etiamsi in Ro. Cur. non apprehendatur. nu. 5 75
Obligatio penes acta curiæ absente iudice à notario recepta, nõ valet. nu. 46 418
Odiosa restringenda sunt. num. 2 345
Officium signaturæ, à certis annis nedum in rescriptis gratiæ, sed etiam iustitiæ passim dispensat nu. 7 50
Officium siue audientia contradictarum, quas literas concedere soleat. nu. 5 46
Officium contradictarum, præter auditorem, duos habet lectores, & quatuordecim patronos, & quod eorum sit munus nu. 6 49
Officium contradictarum cur sic appelletur, & quòd sit eius munus. nu. 1. 4. & 8 44. 45 & 52
Officium secretariæ apostolicæ à quo Pontifice institutum fuit & quando, & quot in eo secretarij existant. nu. 3 57
Officium summistæ quale sit. nume. 5 60
Officium camerarij siue cameralis audientiæ, quæ negocia cõplectatur. nu. 1 66
Officium Præsidentis cameræ apostolicæ quale sit. nu. 1 89
Officium plumbatoris, atque custodis describitur. nu. 7 39
Opinio D D. Rotæ pro communi reputatur. nu. 18 382

P.

Parricidium antiquitus non solùm parentis, sed cuiuscunque hominis cædes appellabatur. nu. 8 88
Pauper restituitur æduersus sententiam. nu. 12 625
Pauper quis dicatur arbitrio iudicis committitur. nu. 30 233
Pauperi appellanti gratis danda est actorum copia. nu. 33 234
Pauperi prouidendum est à iudice de aduocato, aliàs mortaliter peccat. nu 32 eod.
Pauperum causæ grat. audiri debent. nu. 31 233
Pauperum cura habenda est. nume. 2 90
Paupertas vbique contempta est nu. 3 eod.
Pàupertas quando excuset, & quando non. nu. 10 225
Paupertas excusat ab appellationis prosequutione. nu. 29 566
Paupertas à contumacia excusationem præstat, multis & alijs in casibus. nu. 27 232
Paupertatis probatio alleganti incumbit. nu. 29 233

Pendētia per citationem circumductam non inducitur. nu. 10 fol. 194

Pensio ecclesiastica si dicatur nulla, vel excessiua, an interim solutio retardetur. num. 1. fol. 188

Pensio transferri potest. numer. 2 fol. 189

Pensionarius vbi via exequutiua obtineret, & titularius appellaret, non conceditur appellationis commissio, nisi cum clausula, sine præiudicio legitimæ exequutionis. nu 3 190

Peremptorium in beneficialibus summarijsque causis non requiritur. n. 12. & 15. 203 & seq.

Peremptorium in Rom. Curia ex stylo in citationibus apponi nō solet. nu. 13 203

Petitorium quando suspendi possit, & vsque ad quod tempus, & an suspensio deinde reuocari queat, & quid operetur suspensio, multaque de ipsius materia. nu. 2. & 3 256. & 258

Petitorium etiam post litem contestatam suspendi potest, & in solo possessorio agi. nu. 4 ibid.

Petitorium actor suspendere non potest, & in possessorio retinendæ agere. nu. 5 259

Petitorio suspenso, si iudex sententiam protulerit, erit nulla. numero 6 ibid.

Pœnæ pecuniariæ à præsulibus impios vsus erogandæ sunt. nu. 6 fol. 110

Pœnitentiarius quibus in causis rescribat, & de eo multa. numero 5 20

Pœnitētiarij summi munus, quomodo per maiores ecclesias vrbis pœnitentiarij siue vicarij ab eo substituti sint. num. 2 & 6 23. & 27

Pœnitentiario, (quem summum appellamus) quando credatur & de eius formula in rescribendo. nu. 3. 24

Pœnitentiariæ officium viginti quatuor patronos habet. nu. 4 ibid.

Pontifex, ligandi & soluendi in terris quemcunque vellet, potestatem habet. nu 1 23

Pontifex signo crucis iussum & consensum præstat literis per cameram apostolicam expeditis. nu. 2 54

Pontifex non potest dispensare. quod testis in perhibendo testimonio, non debeat iurare. nu. 38 414

Pontifex quomodo in literis iustitiæ & gratiæ rescribat, & sua manu subsignet. nu. 6 3.

Pontificis potestas breuibus describitur. nu. 5. & seq. 16. & seq.

Positio reuocari non potest, si est probata, vel iurata. nu. 6. & 20

fol.335. & 340
positio negata, nil neganti prodesse potest, at testes super ea producti iuuare possunt nu.23 fol.318
positio continens partim verum, partim falsum, an in totum negari possit nu.24 ibid.
positio captiosa, quæ dicatur nu. 20 317
positioni criminosæ non est respõdendum fallit tamen. num.18 fol 316
positiones quando reuocari valeant, nu.16. & 17. fol.331 335. & 340
positiones contrariæ admittuntur, & si captiosæ, & impertinentes reijciantur.nu.21 317
positiones alternatiuæ admittuntur.nu.22 ibid.
positiones quibus modis impugnentur.nu.6 327
positiones quare inuentæ sint.numero 1 307
positiones tam ab actore, quam à reo traduntur.nu 2 ibid.
positionum formulæ.nu.3 308
positiones in quacunque parte iudicij fieri possunt.nume.12. & 35 313. & 323
positiones quo pacto formandæ sint nu 13 314
positiones an infra terminum probatorium fieri debeant. nu.35 323.
positiones veras negans, si de mẽdacio conuincitur, ad omnia damna tenetur.nu.25 318
positionum copia edenda est, fall. tamen nu 33 321
positionibus quis respondere teneatur, principalis vel procurator.nu 11 312
positionibus respondendum est simpliciter, per verbum, credo, vel, non credo, fall.tamen. nu.14 315
positionibus respondere per verbum, credo, quare admittatur. nu.7 310
positionibus quando, & ex quibus caussis quis respondere cogi non possit.nu 19 316
positionibus si quis respondere minimè velit, quid agendum. nu 4 308
positionibus respondere quis compellitur, fallit tamen, nume.5. & 16 309. & 316
possessio an debeat colorari in iudicio attentatorum. nume.19 fol.652
possessione sua nemo absque causæ cognitione priuandus est, etiam si esset prædo, aut intrusus.nu.22 357
possessionem, in iure decimandi, coll.standi, & si quæ similia sint, non satis est probare, sed amplius iuris adminiculum. nu.7 499
possessor etiam iniustus defendi debet in sua possessione, donec

constet de meliori iure alterius.n.6.& 22 347 & 357
possessorium causſæ beneficialis, aut spiritualis non dicitur spirituale sed temporale. num.5 fol.262
practica illa communis excipiendi generalia, quem effectum operetur. num.10.& 13 fol.348 & 351
praxis ad effugiendum necessitatem interloquutionis super deuolutione tam in beneficialibus, quàm prophanis. num.2 fol.169
praxis ad fugiendam narrationem status causſæ, in petitione aduocationis causſæ. nu. 7 fol.170
præceptum exequutiuum nulla præcedente causſæ cognitione non valet, nisi adesset clausula si senserit se grauatum, compareat.nu.3 456
præceptum cum clausula, si senseris te grauatum, &c. an sit interloquutoria, & de eius virtute.nu.21 471
præscriptiones temporales an currant contra minorem. num 5 fol 610
præsens habetur per consentientem in iudicialibus actis. numero 31 252
præsens non est citandus. num.9 fol.301
præsidens camerę apostolicę habetur ad instar Quæstoris vrbani.nu 2 15
præsumptio iuris, liquidissima est probatio nu 29 360
prætorum duplex iurisdictio, vrbana scilicet & peregrina.numero 6 106
præuentio quando inter iudices facta dicatur.nu.1 185
præuentio non inducitur, quando actus, qui iurisdictionem tribueret, esset inualidus. num.2 ibid.
præuentio iurisdictionis non fit per inualidam citationem nu mero 37 569
præuentio per citationem inducitur, & quid si vnus iudex præuenit per citationem verbalem, alter verò per realem. nu.5 187
præuentio locum habet inter curiam Sabellorum & Senatorem vrbis.nu.3. 84
præuenire actorem an & quando reus possit, cupiens viam censurarum euadere.nu 3 73
princeps expressim rescribere debet, vt summariè in causſa procedatur, aliàs summarius processus negatus censetur, etiam si rescriberet, fiat, vt petitur nu.6.& 18. fol.133 & 136
princeps etsi multa iudicij substantialia tollere possit, non tamen citationem. numero 7 & 23

& 23 110. & 140
Princeps vbi de negotio certior factus non fuit, non obstantibus quibuscunq; clausulis. præindicium inferre nō præsumitur. nu 17 177
Princeps cognoscendo causſam ad se aduocare videtur. nu 18 ibid.
Princeps solus peremptæ instantiæ spiritum vitæ insufflare potest. nu. 43 572
Princeps non præsumitur causam aduocare, vbi ipsius causſæ status narratus non fuisſet. nu. 6. & 17 170. & 177
Principis in auditorio, sola veritate inspecta proceditur. nu. 16 fol. 380
Principes soli causſas summariè decidendas rescripto imperāt nu. 16 fo. 136
Priuilegium à principe concessū ex forma supplicis libelli declaratur. nu. 20 137
Priuilegiatus contra priuilegiatum, an vtatur suo priuilegio. nu. 21 634
Probatio nulla maior, quàm per rei euidentiam. nu. 26 232
Probatio in promptu quando dicatur, arbitrio iudicis cōmittitur. nu 27 359
Procurator ad omnes causſas datus, an in causa spirituali etiā datus esse videatur. num. 10. fol. 245
Procurator ad omnes causſas datus, nedum ad præsentes, sed ad futuras etiam intelligitur. nu. 11 ibid.
Procurator cum facultate substituendi, non potest substituere, antequam mandatum acceptasſet, nu. 6 242
Procurator qui litem non fuit contestatus, quando admittatur tanquam dominus litis effectus. nu 7 244
Procurator substitutus per litis contestationem & actus etiam succedaneos dominus efficitur nu. 8 ibid.
Procurator contra certam personam constitutus, contra aliam comparere non potest. num. 13 fol. 246
Procurator contra vnum constitutus, in causſis tantùm expressis contra illum comparere potest. nu 14 ibid.
Procurator ad causſam an possit absque speciali mandato restitutionem in integrum petere. nu 15 ibid.
Procurator simpliciter ad agendum & defendendum datus appellare potest, sed appellationem prosequi minimè. nu. 16 fol. eod.
Procurator ante litem contestatam substituere non potest. limitatur tamen. nu 34 253
Procurator postquam substituit, amplius

amplius procurator non remanet nu. 35 ibid.
Procurator substitutus substituere potest post litis contestationem per ipsum factã, vel postquam pertractauerit, etiam si per alium lis contestata fuerit nu. 36 ibid.
Procurator falsus dicitur, & si generale mandatum habeat, si in causis speciale mandatum requirentibus compareat. numero 21 248
Procurator an possit positiones reuocare etiam si de errore non doceat. nu. 105 333
Procurator mandatum ostendere tenetur, aliàs iudicium est nullum. nu. 22. & 30 fol 248 & 251
Procurator etiam verus à iudicio repellendus est, si de mandato non constet. nu. 23 248
Procurator in Rom. Cu pro principali absente ad soluendas expensas regesti obligatur nu. 3. fol 146
Procurator generalis ad omnes causas, an intelligatur ad futuras etiam constitutus. numero 38 254
Procurator reuocari potest, etiã si iuratum fuerit illum non reuocari. nu. 15 304
Procurator, in animam propriã de calumnia iurare tenetur, & quando speciale habet mandatum in animam domini, aliàs minimè. num. 15 fol 270
Procurator pro expensis factis pro suo principali potest ipsius scripturas loco pignoris retinere, non autem pro salario. idẽ in iudice & aduocato. num. 8 fol. 147
Procurator dubium habens mandatum repellitur, si de rato nõ satisfdet nu 19 247
Procurator si est excommunicatus, iudicium est nullum. numero 26 473
Procurator verus contumax ad appellandum non admittitur. nu. 55 540
Procuratoris persona ante omnia legitimanda est. numero 25 fol 249
Procuratoris potestas à die recepti mandati transfertur, adeò quod ante veram notitiam gesta per ipsum nulla sunt. nu. 26 & 29 249. & 251
Procuratoris fisci officium. nu. 3 fol 92
Procuratoris mandatum in primis inspiciendum est, an sufficiens legitimumve sit. num. 1 fol 238
Procuratoris officium vile est.
Procuratori citatio fieri potest. nu. 10 211
Procuratoris fisci munus nobile est, & simplices aduocatos prece-

præcedit.nu.4 & 5 92
procuratoris confessio reuocatur num.2 332
procuratori prima citatio fieri potest.nu.10 211
procuratorem iurare de calumnia nedum in animam principalis.sed propriam,vsu receptum est in Roma.Curia.nu.17 fol.247
procuratorem minus legitimum mittens, pro non comparente & contumace habetur:idem si legitimum, si tamen mandatum non acceptaret, num.2 fol.239
procuratore non appellante, an poterit dominus appellare etiam lapso decendio latæ sententiæ,dummodo infra decendium à die scientiæ. num.24 fol.513
procuratores cauti contra positiones protestantur,& quomodo.nu.7 335
procuratores antequam petant in caussa pronunciari, omnes errores reuocare solent. nu.8. & 21 336 & 341
procuratores plures si in causa dati sint, nec etiam insolidum, vsu receptum est in Rom. Cu. quod cum vno duntaxat valeat processus in caussa beneficiali nu.18 247
procuratorij copia sumptibus domini danda est,nu.14 162
prorogatio termini fieri non potest,nisi durante termino numero 16 561
prorogatio fatalium ab Auditoribus Palatij concedi potest, quinimò & vnum fatale & vsque ad quod tempus. nu 13. & 15 559 & seq.
prorogatio iurisdictionis, vt valeat, necessariò requiritur, quòd iudex sit illius capax. nu.15 612
protestatio generalis contra personas testium quid operetur. num.23 407
publica non sunt principis iure proprietatis,sed administrationis.nu.3 69
publicatio testium quando in Roma.Cur.peti soleat.nu.4 458
pupilli,& viduæ, cæteræque miserabiles personæ ab inferiore ad maiorem iudicem causas trahere possunt, si iurant aduersariorum potentiam perhorrescere.nu.13 175

Q.

QVæstorum origo, deque eorum officio.nu.4 69

R.

REferendarij qui,& eorum quod sit munus. nu. 2. & 10. 29 & 34
Referendariorum origo. num. 11 fol.34

Rego-

Regestum cur sic dictum. nu. 1. & 19 454 & 471
Regestum notarius facere non potest, nisi partium mandato. numero 2 455
Remedium Cap. Reintegranda, pinguius cæteris est, atque vtilius. nu. 41. 530
Remedium extraordinariũ cessat, donec ordinarium habet locum. nu. 2 618
Remissoria testium quando dari possit, & an debeat iurare, qui remissoriam petit, quod non animo frustrandi aduersarium facit. nu 4 434
Remissoria testium an ante litis contestationem detur. num 6 fol. 436
Reus citatus si differat litem contestari, quomodo procedatur. num. 2 275
Reo mortuo pendẽte iudicio quomodo in causa procedendum erit. nu 13 227
Reo non comparente, quid agendum sit, quomodoque in eum procedendum. nu. 4 219
Repulsa testium in causa appellationis an admittatur. nu 52 fol. 361
Repulsa, est defensio. nu. 33 ibid.
Repulsa in causa attentatorum admittitur. nu. 34 ibid.
Repulsa facta cõclusione non conceditur. nu. 35 ibid.
Repulsa in causis summarijs an concedenda. nu. 36 ibid.
Res integra quomodo intelligatur. nu. 40 235
Res integra quando dicatur nu. 8. & 11 328. & seq.
Rescriptum, siue commissio, non firmat iurisdictionem, neque probat, nisi parte ad opponendum citata. num 12. fol. 682
Rescriptum & principis gratia ad libellum referuntur. num. 19 137
Rescriptum aduocatorium vitio subreptionis redditur ipso iure nullum. num 3 & 14 fol. 169. & 175
Rescripto si neutri, quando obijci possit. nu. 15. 354
Rescripta quot modis impugnentur. nu. 15 176
Rescripta ad lites absque speciali mandato, validè pro alio impetrantur ex communi vsu. num. 2 146
Rescripta iustitiæ tripliciter expediuntur, gratiæ verò dupliciter nu 9 33
Rescriptorum formula in camerali audientia epistolaris est, quorum duplex est expeditio. num. 3 64
Rescriptorum impetrationes an mandatum exigant. nu 3 186
Respublic. regularium sodalitia, & principes apud Pontificem suos habent oratores, &

quod sit eorum munus. num.3 fol.15

Restitutio in integrum ex capite ignorantiæ post 40. annos, infra quadriennium tantùm cõpetit Ecclesiæ, & non vltra, num.24 635

Restitutio in integrum impedit exequutionem.nu.25 ibid.

Restitutio in integrum competit nedum reipub. & ciuitati, sed etiam villæ, siue pago.num.22 fol.634

Restitutio in integrum peti potest, vbi appellatio denegatur nu.1 fol.618

Restitutio in integrum intra quadriennium petenda. num.11 fol.226

Restitutio in integrũ an admittatur ad impediendum exequutionem trium cõformium sententiarum.nu.29 596

Restitutio in integrum officio iudicis petitur.nu.3 619

Restitutio in integrum multis de causis petitur, & concedi solet, & quæ sint. num.4 fol.eod.

Restitutio in integrum an exequutionem differat. num.15 fol.628

Restitutio in prophanis an detur. nu.13 626

Restitutio ad appellandum vbi concederetur, debet restituus infra decem dies à die restitutionis appellare. num.18 fol.632

Restitutio in integrum intra quadriennium peti debet, & quando istud quadriennium currere incipiat. num.34 fol 234

Restitutio aduersus tres sententias an concedenda. num.8 fol 622

Restitutionis impetrandæ forma num.9 623

Restitutionis petendæ tempora, quæ & quanta sint.numer.14 fol.626

Restitutionis in materia plura inter minorem & maiorem sunt discrimina.nu 6. 621

Restitutionis petendæ multiplex modus, & qualiter in ea procedatur nu.19 632

Romana curia vnicuiq; proprius est forus.nu 2 155

Rotæ auditorium cur sic appelletur.nu 3 114

Rusticus, quando vt principalis examinatur, potest eius aduocatus adesse. num.30 fol 320

Rusticus nõ excusatur, si peritiores consulere potuerit.num.32 fol.eod.

S.

SAlarium pro regesto quando procurator soluere teneatur.nu.2 fol.455

Scri-

Scripturæ priuatæ recognoſci debent, & quomodo, & quid in palatio vſu receptum ſit. nume. 8. & 26. fol. 370. & 385
Scripturæ an poſſunt pro parte acceptari, & pro parte impugnari. num. 21. 381
Scripturæ in iudicijs parcè producendæ ſunt. num. 2. 364
Scripturæ & articuli, (ex vrbanitate tamẽ patrum) admittuntur etiam poſt terminum ad producendum omnia vsque ad concluſionem, & quandoque poſt, ex gratia. nu. 3. 366
Scripturas ſimpliciter producens, omnia in eis contenta fateri videtur. numero 4. & 19. 366. & 382
Scripturas producens, aut teſtium depoſitiones, cum clauſula ſi et inquantum &c. poteſt cogi, vt præcisè declaret, ſi illis pro veris vti velit. nu. 22. 383
Scripturas producendi ſtylus in Roma. Curia. num. 6. 367
Secretarij apoſtolici de quibus reſcribant. num. 1. 56
Secretarij domeſtici munus quale ſit apud Pontificem. nu. 2. 64
Senator tres habet ſubſtitutos vicarios. nu 12. 105
Senatoris ſiue Prætoris vrbani officium. num. 1. eod.
Senatores cur dicti, & conſcripti. num. 5. 106
Sententia conformis libello eſſe debet. num. 14. 468
Sententia contra ſtylum lata, eſt nulla. nu. 6. 273
Sententia Senatus Neapolitani pro lege in regno habetur. numero 17. 382
Sententia nulla eſt, quæ lata fuit temporibus appellationis elapſis. num. 17. 163
Sententia non valet illius, cuius conſcientiæ aliquid fuit commiſſum, ſi primò non iurauit, quòd ita eius cõſcientia dictat num. 35. 414
Sententia ſuper deſertione appellationis, vel cauſſæ, vel quòd non licet tertiò prouocare, licet ſit interloquutoria, habet tamen vim diffinitiuæ. numero. 33. 697
Sententia abſque partis citatione, eſt nulla, etiam ſi eſſet ſententia principis. nu. 28. 569
Sententia parte inſtante proferri debet, aliàs eſt nulla, fallit tamen. num. 9. 268
Sententia diffinitiua, & quæ vim diffinitiuæ habet, æquiparantur, quatenus ad appellationis admiſſionem attinet. numero 4. 497

sententia noctis tempore an ferri poßit.num.31. 412
sententia super attētatis est interloquutoria, fallit tamen. numero 22. 653
sententia lata in fauorem absentis, non tamen citati est nulla, fallit in quibusdam casibus numero 8. 301
sententia quæ pendente dilatione fertur, est nulla. numero.3. 286.
sententia arbitrorum non parit actionem neque exceptionem, fallit tamen.num.6. 144
sententia est proferenda die, & hora, ad quam pars citata fuit aliàs est nulla.nume.53. 421
sententia pro excommunicato ferri non potest. numero 11. 466
sententia nulla exequutionem non meretur.numer.23. 693
sententia ex inualido processu sustinetur stante confeßione.numero.10. 336
sententia ex confirmante, an ex confirmato agere debeamus. num.31. 697
sententiæ exequutio fit ex sententia confirmante, non autem confirmata. numero 10. & 31. fol.679.& 697
sententiæ exequutionem petere officio iudicis, est melius, quam via actionis.numer.24. 693
sententiæ exequutionem petens, an teneatur omnia acta producere.num.25. 694
sententiæ formula & petitionis absolutionis ab instantia iudicij.num.19. 229
sententiæ tres vbi sunt conformes, an audiatur quis super nullitate ad impediendum earum exequutionem. num. 27. cum seq. 594.& seq.
sententiam non esse desertam in dubio pronunciandum est.numero 11. 558
sequestratio conceditur in causa beneficiali, etiam si à sententia appelletur, & de nullitate dicatur.num.5. 481
sequestratio post sententiam possessorij fieri potest. numero 6. 482
sequestratio pro tertio non fit, & in nonnullis casibus etiam pro principali.numero 7. 483
sequestratio impeditur per triennalem posseßionem.numer. 8. & 18. fo.484.& 490
sequestratio per fideiussoriam cautionem impeditur, numero 9. & 19. fol. 485. & 490

sequestra-

Sequestratio & si regulariter prohibita sit, in plerisque tamen casibus permissa est. numer. 1. & 13. fol. 477. & 488

Sequestrationi si quis se intromittat, quæ pœna plectendus. numer. 12. 488

Sequestrata Ecclesia, non poterit is, qui possidebat amplius se intromittere, etiam in seruitio Ecclesiæ. nume. 2. & 12. 480. & 488

Sequestrum quando possessionem tollat. numer. 17. 489

Sequester an possit renunciare sequestro. num. 15. eod.

Sequestris officium quale sit. numero 4. 481

Sequestres, qui malè in administratione se gesserint, tenentur. num. 20. 490

Sequestres plures an esse debeant, vel vnus sufficiat. nu. 10. 486

Sequestres subrogari, & ex caussa mutari possunt. nu. 11. eod.

Sequestres an salarium habere debeant. nu. 16. 489

Sigillum an probet. numero 9. 372

Signaturæ, remissiones, extensiones, & quæ ad ipsius mores pertinent, declarantur. numero 8. 32

Signaturæ officiales, diem præstitutam in hebdomada habētq; quæ simul conueniant, vt si quæ postulata sint, in auditorio proponantur. numero. 3. 30

Signaturæ, duo sunt auditoria, in quorum vno, ea, quæ gratiam, in altero, quæ iustitiam concernunt, pertractantur. numero 1. 28

Sportulæ an licitè capi à iudicibus possint. num. 13. 467

Stylus est apud referendarios, siue mos, vt quæ reiecerint postulata, amplius non proponant. num. 4. 730

Stylus, siue mos pronūciandi prout in cedula. num. 12. 466

Stylus fori, in quo caussæ ventilantur, & non curiæ delegantis obseruandus est. nu. 4. 272

Stylo Romanæ Curiæ, adhærere debemus. num. 5. 273

T.

Tacens quando habeatur pro consentiente, & quando non. num. 4. 240

Tacens, regulariter in sui præiudicium consentire non videtur num. 32. 252

Tempus quadriennij ad petendum restitutionem est vniforme, tam Ecclesiæ, quàm reipubli.

publi. & minoribus. nu. 23. 635
Tempus quadriennij ad petendam restitutionē in integrum non currit, donec prælatus viuit, qui rē Ecclesiæ malè alienauit. num. 35. 234
Thesaurarius cur sic appelletur. num. 1. 67
Thesaurarius æquiparatur Vrbano quæstori. numero 5. 70
Terminus ad faciendum omnes defensiones, an vnico contextu præfigi potest. s. ad articulandum, ponendum producēdum, num. 37. 323
Terminus decem dierum ad appellandum prorogari non potest, etiam partium voluntate num. 51. 538
Terminus dierum decem ad appellandum, à die scientiæ currit. num. 52. 539
Terminus decem dierum ad appellandum nūquam currit durante grauamine successiuo. numer. 23. 513
Terminus ad probandum & probatum habendum vim conclusionis habet, & quid referat iste terminus. numero 60. & sequ. 422
Terminus ad producendum omnia, an loco conclusionis habeatur. numer. 3. 272
Terminus ad dicendū contra producta, valdè necessarius est. num. 4. 266
Termini octo sunt, qui in causa beneficiali obseruantur. numer. 1. & 2. 271. & sequ.
Termini in causa prophana, qui obseruantur, decem sunt. numero 1. 275
Termini omnes post litem contestatam sunt peremptorij. numero 14. 203
Termini in caussa attentatorum, qui obseruari debeant. n. 3. 281
Termini in caussa diffamationis, iactationum, qui obseruentur. num. 4. fol. eodem
Termini obseruandi in articulo grauaminis. num. 1. 282
Termini qui obseruari debeant in caussa absolutoriæ ab obseruatione iudicij. num. 1. 283
Termini obseruandi in articulo compulsoriæ generalis. numero 1. 284
Termini substantiales iudicij in sacro palatio quatuor sunt, qui si omitterentur, sententia nullius esset momenti. num. 1. 265
Termini in caussa appellationis, quatuor sunt. num. 8. 674
Termini obseruādi in articulo cōpulsoriæ specialis. nu. 1. 285
Termini contra non parentem rei iudicatæ,

iudicatæ, qui seruari soleant. numer.19. 690

Termini obseruandi in articulo remissoriæ decernendæ.numero 1. 287

Termini omnes post litem contestatam sunt peremptorij. numero 7. 268

Terminorum obseruatio non est necessaria in attentatorum reuocatione.num.18. 650

Terminorum mala obseruatio, processusque defectus,quando sanari possit.num.5. 459

Terminorum malè obseruatorum reiteratio, ac processus sanatio à principe concedi solet.nume. 1. 494

Testis non iuratus, an saltim præsumptionē faciat.nu.40. 415

Testis vltrò se offerre non debet. num.22. 407

Testis examinatio committi extra iudicium potest.nu.13.401

Testes aliquando lite non contestata produci possunt,veluti si de morte,aut absentia dubitetur.num.3. 392

Testes affuturi possunt recipi appellatione pendente,& sic isto casu innouare licet.nu.4. 394

Testes quando producuntur, debet aduersarius citari ad ipsorum iuramenta videndū,fall. tamen. numer.5. 28.& 29. 395.& 410

Testes debent iurare,etiam si cardinalatus honore præfulgeant aliàs minimè probant. numero 6.& 34. 396.& 413

Testes parte præsente iurare debent.num.15. 402

Testes si extra diem & locum,ad quos pars aduersa citata fuit, iurent, eorum receptio nequaquam valet.nume.16. 20.& 53. fol.402.405.& 421

Testes instrumentarij, si instrumēto contradicant, an puniantur. num,24. 384

Testes super recognitione scripturæ producti,non aliter probāt, nisi præsentes fuisse testificentur.num.26. 385

Testes non interrogati super interrogatorijs possunt repeti & interrogari etiam facta publicatione in causa. similiter si aliquis articulus fuit omissus super quo testes nō fuerunt examinati.num.56 421

Testes se ingerentes suspicione fal si non carent.num.25. 409

Testes cogi possunt ad testimoniū perhibendum.nu.26. eod.

Testes tenentur ad omnia damna quando noluerunt venire ad deponendum. num.27. eod.

Testes

Testes examinati parte nõ citata, non probant, nec faciunt iudicium. fall. tamen sex decim modis. num. 29. 410
Testes cùm producũtur, protestari contra eos debemus, & ante publicationem, ad hoc, vt repulsa concedi possit. fal. tamen num. 62. 423
Testes an satis sit in termino inducere, & iurari facere, vt post terminum examinari queant. nu. 8 439
Testes an possint aduocari de vna ciuitate in aliam, vt veniãt ad deponendum. nume. 13. & 17. 443 & 445
Testes affuturi super articulis nõ admissis recipiũtur. nu. 2. 326
Testes iurati in termino possunt post terminum examinari fallit tamen. nu. 59. 422
Testes debent iurare antequã deponerẽt, & quid si postea iramentũ præstitẽre. nu. 36. 414
Testes super tota caussa recipi, atque iurare, vtile est. nu. 9. 398
Testes extra articulos deponere, quomodo intelligatur. n. 10 399
Testes citari debent, aliàs nulla esset eorum receptio. nu. 1. & 25 fo. 391. & 409.
Testes trib. interrogationũ speciebꝰ. interrogari solent. nu. 1. 344
Testes quando repulsantur. eorum defectus non in genere exprimi debent, puta sunt fures, spurij, adulteri & huiusmodi. sed in specie. num. 18. 356
Testes non debent regulariter examinari extra locũ iudicij. nu. 47. & 52. fo. 419. & seq.
Testes si coram notario tantũ falsum deposuerint. pœna falsi nequaquã puniuntur. nu. 46. 418
testes veniunt instrumentorũ appellatione. num. 28. 360
testes debent iurare, veritatẽ dicere pro vtraq; parte. n. 44 417
testes quomodo ad futurã rei memoriã examinentur. n. 32. 413
testes affuturi tria iuramẽta præstare debent. num. 33. fol eod.
testes non recipiuntur facta conclusione in caussa. num. 25. 231.
testium iuramentum & examen iudex committit notario caussæ, n. 12. & 51. f. 400. & 420
Testium nomina ædenda sunt, & quare. nu. 18. 403
Testium repulsa siue reprobatio, an concedenda in causa attentatorum. num. 21. 652
testium examen quando committi debeat. nu. 11. 442
tertius sciens litem, & se non opponens, præiudicat sibi. nume. 25. 358

Tertius non impedit exequutionem sententiæ, si illi deindemnitate caueatur. num. 26. eod.
tertius quando obiectus dare possit. num. 8. 348
tertius admittitur in causſa, in statu quo reperitur. nu. 9. & 24. fol. 348. & 358
tertius appellans vt audiatur, ne dum causſam legitimam exprimere, sed etiam eam probare saltim semi plenè obstringitur. num. 10. 503
titulus & proprietas Ecclesiæ in quo differant. num. 4. 262
Tutor & curator per litis contestationem substituendi facultatem accipiunt. num. 9. 244

V.

VErbum, constito, importat partis citationem. nu. 13. 683
Verbum, credo, à parte prolatum veritatem denotat. nu. 28. 320
Verbum, fiat, concessionem græcè ipso facto denotat. nu. 21. 137
Vicarius vrbis an Cameræ auditori præferendus. nu. 9. 111
Vicarius vrbis beneficia haud quam confert. num. 2. 108
Vicarius vrbis summariè procedit, infra tamen 60. ducatorum summam. numer. 3. & 8. fo. 110. & sequ.
Vicarij vrbis iurisdictio, ac de eius numere, numer. 1. & 8. fo. 108. & 111
Vicecancellarius cur sic dicatur. num. 12. 41
Vicecancellarij apostolici officiū, dignitate, auctoritate, & vtilitate primarium est. numero 1. & 11. fo. 36. & 41
Vniuersitas quomodo citetur, & quid si ciues portam claudserunt, ne citatio fiat. numero 12. 212

Sor. Iesv Paderb.

FINIS.

COLONIAE,
Typis Lamberti Andreæ.
Anno D. M. XCVII.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vestrius de
jure Romano

Th
4823